This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

WIDENER LIBRARY
HX JVSV U

Yd 15.285
Corridor

HARVARD UNIVERSITY.

LIBRARY OF THE

Classical Department,

HARVARD HALL.

21 Sept. 1891.

Digitized by Google

Lübbert

Digitized by Google

Digitized by Google

DEMOSTHENIS

ORATIO

IN

ARISTOCRATEM.

GRAECA EMENDATIORA EDIDIT,
APPARATU CRITICO, COLLATIONE CODICIS PARISINI
SIGMATIAE DENUO INSTITUTA, PROLEGOMENIS,
COMMENTARIO PERPETUO ATQUE INDICIBUS
INSTRUXIT

ERNESTUS GUILIELMUS WEBER,

WEISSENSEAS, PHILOS. DR. ET PROFESSOR ILLUSTRIS
GYMNASII WIMARIENSIS.

IENAE,

IN BIBLIOPOLIO CROKERIANO.

MDCCCXLV.

Digitized by Google

Gd 15, 285

1891, Okt. 21.

Digitized by Google

VIRIS

ILLUSTRISSIMIS GENEROSISSIMIS
EXCELLENTISSIMIS

ERN. CHRIST. AUGUSTO DE GERSDORF

LIBERO BARONI

DYNASTAE ALT-SEIDENBERGII SUPERIORIS ET INFERIORIS
NEC NON NEOLUXII

SERENISSIMI MAGNI DUCIS SAXONIAE WIMARIENSIS ET ISENACENSIS A CONSILIIS SECRETIORIBUS SUMMO RERUM PUBLICARUM ADMINISTRO CANCELLARIO ORDINIS CUBICULARIO MAGNAE CRUCIS INSIGNIBUS CONDECORATO DOMESTICI ORDINIS MAGNIDUCALIS SAXONICI VIGILANTIAE SEU FALCONIS ALBI ORDINIS CAESAREI RUSSICI SANCTAE ANNAE ORDINIS REGII BORUSSICI AQUILAE RUBRAE ORDINIS REGII BAVARICI VIRTUTIS CIVILIS ORDINIS REGII WURTEMBERGICI FRIDERICIANI ORDINIS REGII LEONIS BELGICI DUCALIS SAXONICO-ERNESTINI ETC.

ET

CHR. GUIL. SCHWEITZER

IURIS UTRIUSQUE DOCTORI

DYNASTAE CLODRAE ET REINSDORFII

SERENISSIMI MAGNI DUCIS SAXONIAE WIMARIENSIS ET ISENACENSIS A CONSILIIS SECRETIORIBUS ADMINISTRATIONIS REIPUBLICAE MINISTRO ET MODERATORI ORDINUM MAGNIDUCALIS SAXONICI VIGILANTIAE SEU FALCONIS ALBI REGII SAXONICI VIRTUTIS CIVICAE ELECTORALIS HASSIACI LEONIS AUREI DUCALIS SAXONICO-ERNESTINI REGII LEONIS BELGICI SUMMIS INSIGNIBUS CONDECORATO ORDINUM REGII BORUSSICI-AQUILAE RUBRAE CLASSIS PRIMAE CAESAREORUM RUSSICORUM S. ANNAE CLASSIS PRIMAE ET S. VLADIMIRI EQUITI ETC.

LITERARUM BONARUM AMANTISSIMIS
FAUTORIBUS ATQUE PATRONIS
EXIMIIS

Digitized by Google

VIRIS

ILLUSTRIBUS DOCTISSIMIS PLURIMUM COLENDIS

FERDINANDO HAND

PHILOSOPHIAE DOCTORI LITERARUM ANTIQUARUM IN ACADEMIA IENENSI PROFESSORI PUBLICO ORDINARIO SEMINARII PHILOLOGICI DIRECTORI II MAGNI DUCIS WIMARIAE A CONSILIIS AULICIS SECRETIORIBUS ORDINUM MAGNIDUCALIS VIGILANTIAE SEU FALCONIS ALBI DUCALIS SAXONICO-ERNESTINI EQUITI ETC.

ET

CAR. GUIL. GOETTLING

PHILOSOPHIAE DOCTORI BIBLIOTHECAE IENENSI PRAEFECTO LITERARUM ANTIQUARUM IN ACADEMIA PROFESSORI PUBLICO ORDINARIO SEMINARII PHILOLOGICI DIRECTORI III MAGNI DUCIS WIMARIAE A CONSILIIS AULICIS SECRETIORIBUS NUMO MEMORIALI AENEO OB RES IN BELLO GESTAS CONDECORATO ORDINIS DUCALIS SAXONICO-ERNESTINI EQUITI ETC.

LITERARUM BONARUM INTERPRETIBUS ERUDITISSIMIS ATQUE ELEGANTISSIMIS

HUNC LIBRUM

EXIGUUM SUMMAE VENERATIONIS GRATISSIMIQUE ANIMI DOCUMENTUM

SACRUM ESSE VOLUIT

EDITOR.

Digitized by Google

Praefatio.

Quum hodie nemo dubitet, quin iuventus, ad veram illam ac solidam eloquentiam, qualis inprimis Germanos decet, informanda, in Graecorum oratorum, maxime Demosthenis, lectione continenda sit, utile mihi visum est, unam et alteram e maioribus summi dicendi magistri orationibus pariter ab arte et compositione insignem novissimeque nondum tractatam in publicum edere, postquam curae multorum hominum eruditorum et postremo exquisita Frid. Frankii doctrina et Car. Georg. Boehneckii ingenii sagacitas ad Philippicas aliasque minores orationes penitus spectandas cognoscendasque plenum paene aditum fecerunt. Itaque maiorum edendarum initium sumsi ab Aristocratea, quam deinceps excipient proxime Timocratea et oratio de falsa legatione. Non est, ut longus sim in explicando, quae instituti mei ratio fuerit quidque praestare voluerim: praecipua tantum commemorabo et si quae potiora aut praetermisi aut reliqui, benevolus lector ipse animadvertet.

Digitized by Google

Ut novam a me dotem Aristocratea acciperet, id egi, ut qui in Parisina bibliotheca regia exstat codex praestantissimus, ab Im. Bekkero collatus et Sigmatiae nomine dignus, denuo conferendum curarem, ita criticorum utilitatibus me optime consulere ratus, si quae in illo vineto ἐπιφυλλίδες residerent, quanta maxima posset fieri diligentia, pervestigarentur. Nec profecto poenituit me hanc collationem instituisse, plenam illam quidem laboris, sed fructuosam mihique iucundam: nam recognovi primum in ea re vetus studium, fidem, benevolentiam amici, qui Parisiis artem medicinam prosperrimo successu factitat, Gust. Weilándi, ex illa nobili gente orti, cuius nomen semper Wimariensibus carum erit ac dulce; tum permultas fruges gustu iucundas et probabiles ex illo libro accuratius quam ante excerptas accepi, quae ad textum emendandum aliquid conferre viderentur. Ad haec ipse e sex editionibus antiquis scripturarum varietatem conquisivi, fructu, si non magno, attamen nonnullo, adiecto simul apparatu critico a prioribus editoribus ex codicibus congesto: quae materia quasi rudis et indigesta moles, quum separatim tanquam in tabula exposita sit, hoc saltem boni praebebit legentibus, ut praeterquam quod in quoque loco scripturae auctoritates cognoscendi copia facta est, primo adspectu unusquisque conspicere possit, quanta discrepantia Bekkeriani textus sit atque eius, qui est editionis Reiskianae. Nam novum Demosthenis orationibus decus, novam dignitatem et magnam integritatem inde

Digitized by Google

ab eo tempore esse exortam, quo accuratam crisin Im. Bekkerus in iis exercebat, quis est qui nesciat aut infitietur? Verum ingentia eius merita non tam in eo consistunt, quod et optimorum et deteriorum codicum scripturas divulgavit in iisque Parisinum Sigmatiam praestantissimum significavit, quam quod summam cautionem et diligentiam recipiendis scripturis adhibuit, ita ut etiam, ubi optimus ille bona per se et bene graeca suppeditaret, a credulitatis levitate, quoties ea ingenio oratoris eiusque dicendi rationi non respondere existimaret, ad iudicandi moderationem ac dubitandi constantiam adduceretur. Non nego quidem, cum complura, quae reperisset primus, eaque non aliena a Demosthenis usu, in rem suam convertere potuisse, at quemadmodum fecit, id multo laudabilius est, quam si quaecunque ipsi non ad certum modum examinata nec probata satis viderentur esse, maiore libertate ex uno libro in textum recepisset. Atqui fundum meae editionis esse volui textum Dindorfianum, sed eum hic illic mutatum, ubi vel codicum auxilio vel arbitratu meo aliam scripturam praeferendam esse iudicarem. Quod feci idcirco, quoniam illum post Im. Bekkerum in arte critica, quam adhibuit emendandis redintegrandisque Demosthenis orationibus, non minore diligentia quam acumine ulterius progressum esse constat. Malui igitur in numero eorum esse, qui criticae moderatae et mitis studiosi sunt, quam qui asperiorem et duriorem consectantur. Mitem autem et moderatam eam

Digitized by Google

dico, quae quidquid bonae frugis ex libris ad criſin redundat, cum ingenio et forma orationis Demosthenicae optime conciliat: in quo interdum excessisse modum putandi sunt novissimi editores, et Turicenses et Voemelius, e Sigmatis recipiendis, quae quidem plurima bene graeca essent idoneisque auctoribus usurpata, at non vere Demosthenica, quamquam si virtutes eorum et merita grato animo recolamus, non potest obscurum esse, quot et quanta sint, quae debeamus istis tam doctis prudentibusque Demosthenis sospitatoribus. Ingressi sunt autem illam viam, quam Funkhaenelii signatam atque impressam vestigiis viderent, quo nemo auctoritatem Sigmatiae acrius defendit, nemo scripturas eius aliquo modo tolerandas studiosius commendavit, nemo maiore cura orationes Demosthenis pristino nitori restituere voluit. At isto modo non integrum et genuinum Demosthenem, sed fictum ex parte et personatum habebimus. Nam ut dicam, quod de illius libri auctoritate existimo, is sane a multis saepe laudatus nunquam poterit satis laudari, ut cui critica orationum Demosthenicarum tanquam fundamento superstruenda sit, sed exemplar antiquum, ex quo descriptus est, compluribus locis corruptum fuisse puto, et grammaticus, qui eo usus est, ipse ingenio suo et scientia fretus, saepe obliterata et depravata ambitiosis suis commentis explevit et correxit copiamque dicendi et elegantiam non raro ut verbositatem ineptam et inutilem insectans, ita oratorem meliorem et fortiorem facere voluit; in nonnullis

Digitized by Google

etiam errore lapsus est. Alteram manum, quae interlineares posuit correctiones, bonis saepe scripturis ditiorem esse, quam vulgo existimant, assentior Voemelio. Adversam autem viam et rationem inierunt ii, quibus libros deterioris notae debemus, in quorum numerum veluti Reiskii Augustanus L. et Im. Bekkeri aliquot libri adscribendi sunt, quippe qui Demosthenem per Demosthenem corruperint, quum eius usus dicendi periti saepe similia et in verbis simplicibus et in iunctis alibi animadversa in alios locos inferrent. Ab his signis et notis, quibus plurimi Demosthenis codices inter se discrepant, duo eorum genera, quae quidam homines docti statuunt, distinguenda esse censeo, de qua re alio loco fusius exponam. Nunc iuvat ea referre, ad quae in hac re interpretes Demosthenis communi studio incumbere et omnibus viribus attendere animos debeant. Scilicet tria omnino esse puto, quae necesse est coniungantur, si quis integritati oratoris restituendae velit consulere: primum positum est in pervestiganda et iudicanda fide et veritate codicum: qua demum notitia efficitur, ut habeat quo consistat et quasi quiescat animus interpretis. Sed accuratam exspectamus adhuc, dum denuo perficiatur collatio, si non omnes libros mss., at saltem praestantiores complexa et certa fide. Alterum idque praecipuum, sed nondum satis observatum et exploratum, inest in cognitione usus loquendi Demosthenici, ea quidem, quae prohibet, ne aut in singulis loquendi formis aut in tota orationis iunctura peregrinum

Digitized by Google

quiddam vel a recta ratione alienum reperiatur. Idcirco in Demosthenis familiaritatem intretur necesse est eamque intimam: attendatur non tantum pura eius et bene graeca oratio, qualis est aliorum quoque eius aetatis scriptorum, sed etiam propria, exquisita, copia et ornatu insignis et cuique rei accommodata, itemque observetur totum eius orationis artificium, ex inventionis, dispositionis et tractationis virtutibus enitens. Quum enim Demosthenes is sit, qui non modo totos cum longiores tum breviores locos ex aliis suis orationibus in alias transtulerit, sed etiam unam eandemque rem saepe et similiter et variis modis expresserit et in verbis singulis et in formulis dicendi, sibique promptum atque expeditum usum oratoriae quasi supellectilis finxerit, permultum refert nosse, quae similes in eadem re formae in verbis pariter singulis ac iunctis occurrant, deinde quae emineant dictiones, similes inter se maxime et quasi cognatae, tum etiam in quibus dissimilitudo quaedam constet et diversitas. Accepta fuerunt Dissenii studia, quae posuit in perquirenda periodorum Demosthenicarum ratione et structura; novimus Doberenzii quaestiones de nonnullis synonymis apud Demosthenem obviis institutas, quibus res magni momenti inchoata est; desideratur adhuc quam maxime inventio legum, in quibus collocatio verborum aditatur, cui si accesserit observatio, quibus regulis concinnitas orationis ex illa enata et grata numerorum varietas fundata sit, multum ad crisin rite exercendam proficiemus. Sed in his,

Digitized by Google

quae consequi nemo sine magna observandi diligentia et diuturno usu potest, non sunt omnia; inest modo quaedam bona eaque bene structa materia, quae codicibus fluctuantibus multum valet ad iudicandum; tertium accedat oportet idque summum, cunctarum illarum rerum, quae observationibus prope innumerabilibus et tenuissimis continentur, comprehensio, ex qua cognitio totius formae et habitus atque coloris orationis Demosthenicae enascatur. Sic enim existimo, haec tria studiorum genera, si societate et foedere iungantur, mutuis opibus atque auxiliis incredibilem in modum criticam adiutura, sed idem ego censeo, quamvis multum subsidii et firmamenti critico afferat codicum praestantiorum fides, tamen nihil sine accurata cognitione usus loquendi et sine exacta perceptione totius oratori proprii, quem dicunt, characteris vel probabile vel praeclarum in critica effici posse. Ideo prorsus ab eorum opinione discedo, qui quod rectum sit et verum, ex uno Sigmatia vel etiam e duobus tribusve aliis libris describendum maximeque his, si quid ferendum sit, obsecundandum esse contendunt, non considerantes, multa in optimis libris scripta exstare, quae ex graeca consuetudine accipienda sint, quum ex Demosthenica debeant. Quo quidem nomine parum acute viderunt Funkhaenelius, Turicenses, Voemelius, adeoque, quo magis fuerunt dediti admirationi Sigmatiae, eo facilius non uno loco accidit iis, ut pro Demosthenicis nobis quaedam minus graeca exprimerent. Exempla ponam aliquot, alias orationes

Digitized by Google

nunc praeteriens, ex sola Aristocratea petita. Nemo probabit ut graece ea vi dictum, qua illi §. 193. verba φίλος δὲ φήσας μετεβέβλητο e Sigmatia et duobus aliis libris receperunt, neque graecitatem sapiunt contracta illa §. 26. καὶ οὐχ ἅπερ, ἂν ἁλῷ, εἶναι. Iidem non distinxerunt §. 156. bonam graecitatem εἴτε χρὴ φιλανθρωπίαν λέγειν a posterioris aetatis, accepta scriptura εἴτε χρὴ φιλανθρωπία λέγειν, quam in Sigmatia extare putabant, pro Demosthenica: neque perspexerunt, quid §. 94. oratoris ingenio et arti conveniret. Ita etiam §. 15. ὑφ' αὑτὸν ποιήσεται non sumsi ad exemplum optimorum librorum, ut Demosthenis constantiam dicendi servarem. Sed quum graece doctissimorum hominum errata quaedam in lucem profero, nihil minus propositum habeo, quam ut quidquam de eorum existimatione ac gloria deteram: equidem satis intelligo, quam longe ipse absim ab ea Demosthenicae linguae facultate, ut, quid bene Demosthenicum sit, iudicare possim; id tantum sequor atque expeto, ut illi ad hoc, quod desidero quodque ad crisin gravissimum efficacissimumque est, plane perficiendum commune studium communemque operam convertant, ita demum consequuturi, ut de Demosthenis aut integritate aut depravatione certius iudicium, quam adhuc factum est, ferri possit.

In explicanda hac oratione id inprimis spectavi, oratorem esse quem explicarem. Quare ipsius commen-

Digitized by Google

tarii in singula orationis capita antequam initium sumerem, illud fructuosum esse studiosae iuventuti atque salutare putavi, paucis de quaque parte universe disputare, ad singulas eius virtutes intendere, argumentum et tractandi admirabilem usum exponere: quae ut ad meliorem et rectiorem orationis intelligentiam ducant, ita etiam illud commodum praebeant, ut adolescentes accuratiore oratoriae artis cognitione ad eloquentiam informent. Hanc quidem certe rationem nobis Melanchthon, Camerarius, Sturmius, Casselius aliique optimarum literarum statores et auctores praeiverunt, eorumque exemplo summa ope eo contendi atque in eo elaboravi, ut neque praetermitterem necessaria neque inutilia consectarer. Questus sum saepe, quod posteriores tritissimam illam viam celeberrimamque deseruerunt plane ac dereliquerunt, usque dum novissimis demum temporibus Dissenius, homo elegantis doctrinae cupidissimus, in explicanda Demosthenis oratione de corona animos discentium ad rhetoricen artisque oratoriae virtutes singulariter revocavit, omittens tamen magis minusve, quae veteres rhetores in hanc rem commentati erant. Mihi magis consultum videbatur esse, insistere, ubi fieri posset cunque, vestigiis illorum, in quorum scriptis, si ad Graecos etiam Latinos adsciveris, Ciceronem et Quinctilianum et intelligendi et dicendi magistros optimos, magna sane est subtilitas et prudentia, ideoque eorum praecepta, opportunitate oblata, etiam in explicandis singulis locis adhibui, ut quibus, qui velint

Digitized by Google

vim et praestantiam orationis Demosthenicae vel noscere accurate vel feliciter imitando exprimere, eorum studia mirifice sustentari posse videantur. Utinam Walzius Tubingensis et Spengelius Heidelbergensis, artis rhetoricae gnari in paucis, qui penitus sese dederint in veterum rhetorum familiaritatem, ad horum exemplum effingant explicationem rhetoricam Philippicarum Demosthenis, qua mihi persuasum est multo eos maiores iuventutis ad eloquentiam informandae processus effecturos esse, quam praeceptis minutis et spinosis effici solent, quibus hodie saepenumero ingenia iuvenum magis attenuantur quam eriguntur.

Adnotationum autem reliquarum haec fere ratio est, ut quidquid e re Aristocrateae esse videretur, sive id contineretur aliorum interpretum notis sive a me demum observatum esset, in perpetuum commentarium recepe-rim. Nonnunquam sane operosas et longiores, quam res desideraret, quaestiones ad singula loca institui; eae pertinent pleraeque vel ad usum loquendi Demosthenis aperiendum explanandumque vel ad coniecturas et suspiciones hominum doctorum removendas vel ad scripturas ab iis receptas aut refutandas aut stabiliendas magis vel ad historiam et antiquitatem rerum illustrandam, in quibus, quae ad leges et iudicia capitis copiosius exposui, rebus nonnullis obscuris et reconditis lucis aliquid et opis allatura spero. Sed profitendum est non deesse

Digitized by Google

hic illic in commentario, quae minus placeant aut quae resecari velles: vereor enim, ne nimis vulgaria et protrita sint, sed quum ea non plane abhorreant a consilio, quod in edenda hac oratione, a qua lectionem Demosthenis ordiamur, sequutus sum, spes in me reliqua est, fore, ut ea, quamvis levia et pusilla sint, aliquot tamen inveniant amatores.

Prolegomenis adiectis alia subsidia et adiumenta, quae lectores magis ad cognitionem intelligentiamque huius orationis converterent, administrari volui. Quoniam in explicandis orationibus primam ac praecipuam interpretis curam in eo positam esse censeo, ut universae artis oratoriae ex iis elucentis expositio detur, complexus sum ab initio de ea quae in commentario sparsa et vage disiecta reperiuntur et uni quasi conspectui subieci. Accedunt disputationes de tempore, quo conscripta est haec oratio, de personis litigantium, de re mercenaria ab Atheniensibus et Graecis variis temporibus instituta, quibus postremo tanquam ornamentum comitem et administram addidi Rumpfii dissertationem de Charidemo Orita diligenter conscriptam, sperans, me hac accessione opusculi multis ignoti, sed multa scitu digna et ad historiam illius aetatis pertinentia continentis, de studiosis et Graeciae et Thraciae antiquitatum bene meriturum esse.

Digitized by Google

Indices denique copiosissimi verborum ac rerum, quae commentario et prolegomenis continentur, atque scriptorum, qui ibi citantur, curae et diligentiae debentur collegae suavissimi et doctissimi, Ernesti Lieberkühnii, qui non modo in his conficiendis officiosum sese in me praestitit, sed etiam editionum Turicensis et Voemelianae cum mea conferendarum negotium promptissime in se recepit, cui collationi ad calcem commentarii locum concessi. Erant enim illae editiones serius ad me perlatae, ut neutram textui constituendo adhibere et priorem illam ex parte tantum in commentario respicere possem, nullo loco alteram.

Scripsi Wimariae Calendis Maiis a. MDCCCXLV.

Digitized by Google

Prolegomena.

Hoc apud nos usu et consuetudine receptum est, ut lectionem orationum Demosthenis exordiamur ab Aristocrateae interpretatione et per hanc aditus iuvenibus fiat ad cognoscendam perfecti oratoris indolem, vim atque eloquentiam; idque e quo tempore facere soliti sumus, discentes non modo eius praestantiam e singulis dicendi virtutibus eminentem facile cognoverunt, sed etiam speciem et formam admirabilis componendi artis mente conceperunt. Constat, quibus integra et perfecta oratio constare solet, quinque partibus, exordio, narratione, confirmatione, refutatione, peroratione, et excellit cum argumenti copia et varietate tum maxime tractandi arte et solertia, ut hoc in genere laudis nulli inter omnes Demosthenis orationes cedat plurimaeque ei merito posthabendae sint. Quamobrem eam inter veteres dicendi magistros Theo in progymnasmatis edit. Walz. rhetorum graec. vol. I. p. 166. commendavit ut exemplum orationis, ad quod se conformaret iuventus, quod non solum intueretur, sed etiam imitaretur [1]). Idem eam eodem loco p. 150. inter pulcherrimas recensuit orationes: *οἱ γοῦν κάλλιστοι τῶν δημοσίων λόγων εἰσὶν, ἐν οἷς περὶ νόμου τὶ ἢ ψηφίσματος ἀμφισβητεῖται, λέγω δὲ τόν τε περὶ στεφάνου καὶ τὸν κατὰ Ἀνδροτίωνος καὶ Τιμοκράτους καὶ πρὸς Λεπτίνην καὶ κατὰ Ἀριστοκράτους· ὀλίγον γὰρ διήνεγκεν, εἰ μὴ νόμον ἀλλὰ ψήφισμα ὁ Ἀριστο-*

1) Allata sunt rhetoris verba in commentario p. 171.

Digitized by Google

κράτης ἔγραψε. et praestantiam eius Hermogenes de ideis libr. II. c. 10 vol. III. p. 371. ed. Walz. et qui eum sequuti sunt, Iosephus Rhacendytas compend. rhet. ibid. p. 513. et Ioannes Siceliota schol. ad ideas Hermog. vol. VI. p. 479. s. laudibus extulerunt, omninoque variae et multiplices virtutes, quibus exornata est, uberrimam rhetoribus artis oratoriae explicandae materiem praebuerunt.

Demosthenes quidem eam ipse non habuit [2]), sed confecit tamen et ita confecit, ut res tractata ubique videatur in pectore, non in ore, nata. Scripsit eam mercede Euthycli adversus Aristocratem, qui rogationem tulerat in senatu probatam et ad auctoritatem προβουλεύματος promotam [3]), ut, si rata fieret, nihil deesset nisi populi confirmatio. Ea habet id argumenti: *si quis Charidemum Oritam occiderit, eum abducendi ius fasque esse ex omnibus gentibus foedere et amicitia Atheniensibus coniunctis; sin quis abductum vi exemerit sive civitas aliqua sive privatus, eum foedere excidere.* Scilicet prius Athenienses Charidemum civem fecerant suum aliisque honoribus ornaverant, partim quod de civitate bene meruisset, partim quod maiora et optima quaeque ab eo exspectarent. Nunc ille ipse apud Cersobleptem unum e regibus Thraciae, cuius affinis erat, stipendia faciens, legatum Athenas miserat, qui cives impelleret in eam mentem, ut ipsum ducem suum crearent. Ac multi erant, qui petentem adiuvarent assensu suo, dicentes, eum unum esse aptissimum, qui Amphipolin recuperare posset adeoque Aristocrates eo processerat favoris, ut

2) Vid. commentarium ad argument. II. p. 7. s. Ulpiani scholia p. 219. ed. Hier. Wolf. Cf. Dionysii Halic. epistol. ad Ammaeum §. 4., cuius verba Taylor in praefatione ad hanc orat. attulit: Ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ καὶ τὸν κατὰ Ἀριστοκράτους ἔγραψε λόγον Εὐθυκλεῖ τῷ διώκοντι παρανόμων τὸ ψήφισμα.

3) Vid. commentarium p. 315.

Digitized by Google

illam rogationem ad Charidemi vitam tutandam in senatu perferret. Hanc Euthycles, antequam ad populum ferretur, impugnavit actione παρανόμων, libello ad magistratus constitutos delato [4]). Accusatio tria capita continet. Primum ad leges et iudicia capitalia spectat, contra quae Aristocratem contendit rogasse: secundum destinavit reipublicae utilitati providens, ne restituta Chersonesi possessio denuo perderetur: in tertio examinans singulas Charidemi vitae partes ostendit, eum, quoniam nec vir bonus esset nec bene meritus de civitate, non dignum esse, in quem tanta cura, quantam vellet Aristocrates, conferretur. Quorum sententiam si breviter comprehensam concludere velis, quemadmodum ipse orator indicavit [5]), primi capitis probationes sunt τοῦ νομίμου, secundi τοῦ συμφέροντος, tertii τοῦ δικαίου. Nempe adhibuit Demosthenes eam partiendi consuetudinem, quae in accusationibus παρανόμων in usu erat, a rhetoribus [6]) ex iis notata atque ab ipso grammatico Polluce Onomast. VIII. 5. 44. indicata. Primum et tertium accusationis caput ex ipso psephismate deprompsit, secundum, quia ad causam oportunum erat, ab ipso inventum prudenter addidit [7]). Sic summa oratione intra certos terminos et cancellos circumscripta constitutum est, quid esset in controversia positum quidque praecipue tractandum. Quia actio παρανόμων est et leges fundamentum huius orationis faciunt, praecipuus status est legitimus sive νομικός [8]), et si ceterorum capitum suum cuique proprium

4) Vid. Meierum et Schoemannum de ordine iudiciorum Atheniens. p. 60. Platnerum de causis et iudiciis Atheniens. p. II. p. 51.

5) Vid. partitionem §. 18—22. et quae de ea in commentario p. 159. s. dicta sunt.

6) Vid. commentarium p. 123.

7) Vid. commentarium p. 128. s.

8) Vid. commentarium p. 168.

Digitized by Google

assignare velis, id quod necesse minime est, secundo dicas coniecturalem esse et tertio qualitatis statum. Potius hoc teneas non ad unum genus pertinere orationem, sed caput primum esse generis iudicialis, in secundo reperiri deliberativum et in tertio demonstrativum, quod quidem veteres rhetores animadverterunt [9]).

Si autem quaerimus, quid sit, quo haec oratio laudem a viris prudentibus sibi conciliarit, dicemus id esse maximi momenti, quod e generoso et celso animo manarit [10]). Caritate patriae, admiratione rerum a maioribus gestarum plenus, omnem honestatis sensum nutriens, virtutis amore et vitii odio imbutus, eas potissimum res cupidissime tractavit, quae commodam ei de commendanda vera reipublicae salute, de vitandis eius incommodis et propulsandis periculis agendi suadendique necessitatem iniungerent [11]). Eodem animi impetu motus Euthyclis causae, qui perversis aliorum artibus et perniciosis reipublicae consiliis resistere vellet, magnum se adiutorem praestitit, illiusque velut spiritu orationi firmitatem, robur, splendorem atque perfectionem afflavit.

Nolo iam illud afferre, quod oratio inventione singulorum capitum excellit; ea enim consentit cum vulgari

9) Vid. commentarium p. 332. et p. 419.

10) Plutarch. in Demosth. p. 852. A. *Παναίτιος ὁ φιλόσοφος καὶ τῶν λόγων αὐτοῦ φησὶν ῥῦτω γεγράφθαι τοὺς πλείστους, ὡς μόνον τοῦ καλοῦ δι' αὐτὸ αἱρετοῦ ὄντος, τὸν περὶ τοῦ στεφάνου, τὸν κατὰ Ἀριστοκράτους, τὸν ὑπὲρ τῶν ἀτελειῶν, τοὺς Φιλιππικοὺς· ἐν οἷς πᾶσιν οὐ πρὸς τὸ ἡδιστον ἢ ῥᾷστον ἢ λυσιτελέστατον ἄγει τοὺς πολίτας, ἀλλὰ πολλαχοῦ τὴν ἀσφάλειαν καὶ τὴν σωτηρίαν οἴεται δεῖν ἐν δευτέρᾳ τάξει τοῦ καλοῦ ποιεῖσθαι καὶ τοῦ πρέποντος.*

11) Hoc ipsi inimici oratoris testati sunt, ut apparet ex oratione *περὶ συνταξ.* 12. p. 169.: *τί δ' ἡμῖν ἀπὸ τῶν Δημοσθένους λόγων ἀγαθὸν γέγονεν; παρελθὼν ἡμῶν, ὅταν αὐτῷ δόξῃ, ἐνέπλησε τὰ ὦτα λόγων, καὶ διέσυρε τὰ παρόντα, καὶ τοὺς προγόνους ἐπῄνεσε, καὶ μετεωρίσας καὶ φυσήσας ἡμᾶς κατέβη.*

Digitized by Google

accusationum παρανόμων ratione, ut quis in iis constituendis minus valuisse ingenii solertiam dicere possit. Illud collaudarim, quod quae invenit orator, ita disposita sunt, ut alterum luce alterius collustretur, quamvis non eo ordine prolata, quem ratio logica praescriberet, sed quem iuberet prudentia [12]). At praeclarius quiddam est, si quidquid universe constitutum et excogitatum fuit, exponitur satis copiose et gravissimis argumentis firmatur. Ac profecto, si totum orationis complexum et dispersarum in ea cogitationum, sententiarum et rerum ubertatem et copiam spectamus, prudens et consideratus fuit orator in rationibus et momentis, quae ad singula capita apta essent, inveniendis: nam quidquid erat rerum ad causam necessariarum, id omne collegit eorumque quae tum antiquitas tum recens memoria suppeditarunt, nihil non habuit praesens paratumque, ut nihil omnino, quod posset ad id, quod vellet, obtinendum aliquam vim et utilitatem habere, praetermisisse existimandus sit. Maxime autem admirabilis est ars, qua tam amplam argumenti materiem in singula capita dispositam ac digestam diligentissime pertractavit, eam dicendi rationem ingressus, quae, ut Aristoteles dicit [13]), tribus ad fidem faciendam rebus est nixa: ut eos nobis, qui audiunt, conciliemus: ut id quod verum sit aut appareat esse, demonstremus ex iis, quae in quaque re ad probandum sunt apposita: ut animi eorum, apud quos dicimus, ad id, quod volumus, commoveantur. Nam statim ab initio Euthyclem loquentem fecit, ut quem nihil moveret atque sollicitaret nisi reipublicae cura [14]); deinde illata subsidii et firmamenti causa

12) Vid. commentarium p. 159. s. et p. 419. s.

13) Rhetor. I, 2, 2. *Τῶν διὰ τοῦ λόγου ποριζομένων πίστεων τρία εἴδη ἐστιν· αἱ μὲν γὰρ εἰσὶν ἐν τῷ ἤθει τοῦ λέγοντος· αἱ δὲ ἐν τῷ τὸν ἀκροατὴν διαθεῖναί πως· αἱ δὲ ἐν αὐτῷ τῷ λόγῳ, διὰ τοῦ δεικνύναι ἢ φαίνεσθαι δεικνύναι.* Cf. Cicero. de orat. II, 27, 115.

14) Vid. commentarium p. 124.

Digitized by Google

reliquae orationis, maxime eius partis, quam ipse invenit, rerum Thraciae narratione [15]) ostendere studuit, Aristocratem rogatione sua id agere, ut unus Cersobleptes maiorem, quam ceteri Thraciae reges, potentiam nanciscereturque eamque si nactus esset, damnum Chersonesi civibus consequuturum, et in cursu orationis ubique data occasione talem se praebuit, qui bona et honesta sectans humilia atque turpia despiceret: qua ratione nulla efficacior est benevolentiae conciliandae. Sed tota vis vincendi ratioque probandi est in confirmatione. Caput primum [16]) si spectamus, ubi in legum capitalium interpretatione et amplissimis iudiciorum capitalium spatiis versatur, valde sese commendat certa eius iuris illius scientia et accuratissima in explicandis legibus diligentia definitumque iudicium de rebus e prisca antiquitate erutis. Tum magna vis in eo conspicitur, quod legum varias sententias iisque oppositam psephismatis voluntatem tam perspicue, tam acute et tam strenue exposuit, ut omnia sint clara et evidentia, eiusque subtilitatem in argumentationibus et constantiam vigoremque demonstrandi miremur, siquidem quam viam ingressus est, persequitur usque et urget, donec ad finem propositi pervenerit. Et ne, quum plurimum hic in rebus subtilibus et tenuibus versaretur, ieiunius agere videretur ipsaeque virtutes, quibus tota eius expositio excellit, taedium parerent, bene calluit adhibendis voluptatibus et delectationibus sensus audientium fovere animosque delinire: in quam rem haud mediocris pulchritudinis aestimator Dionysius Halicarn. de vi Demosthenis §. 45. attendit, ubi haec: *ὁρῶ αὐτὸν, εἴποτε λάβοι πράγματα χαριεστέρας δεόμενα κατασκευῆς, πανηγυρικὴν αὐτοῖς ἀποδιδόντα τῆς λέξεως ἁρμονίαν, ὡς ἐν τῷ Ἀριστοκράτους πεποίηκε λόγῳ,*

15) Vid. commentarium p. 141. ss.
16) Vid. commentarium p. 168. ss.

Digitized by Google

πολλαχῇ μὲν καὶ ἄλλῃ, μάλιστα δ' ἐν οἷς τὸν περὶ τῶν νόμων ἀποδίδωσι λόγον καὶ τὸν περὶ τῶν φονικῶν δικαστηρίων, ἐφ' ἧς χρείας ἕκαστον τέτακται.

Ad caput secundum [17]) si mentem convertimus, in eo quoque permagna probandi vis est, cum exemplorum usu et copia tum applicata eorum ad mentes audientium et ad rem accommodata electione, maxime autem tractandi modo confecta. Quamvis enim demonstratio per exempla instituta per se debilis atque infirma sit, collatione tamen similium accurate usus, ex pluribus eo pervenit, quo voluit, et si non necessitatem persuadendi nactus est, tamen magna probabilitate animos percussit. Egregia huius expositionis adminicula sunt sententiae in fine argumentationum solitae aures ferire: eae ex re ipsa natae mentes illustrant et animis infixae permovent ad concedendum. Nec minus caput tertium [18]) excellit vel potius superat secundum argumenti potentia et gravitate. Id quum unice niteretur testimoniis eorum, quibus variae causae cum Charidemo intercessissent quique eius agendi rationem novissent, singula momenta expendit et observavit scienterque notavit, quid ex quoque faciendum esset iisque artificiose explicandis illustrandisque persuasionem de Charidemi perfidia in animis audientium efficere studuit. Idem caput praeterea aptissimum fuit affectibus movendis eosque movit orator partim malis artibus eorum exponendis, qui maxime voluntatem psephismatis Aristocratis tuebantur, partim ostendendo, quid mali ex illo comprobato eventurum esset atque e tota ratione, qua eos adhibuit iudicibus, apparet ipsum iisdem sensibus impletum fuisse. Quod autem maxime placet et audientium animos efferre, ad aemulationem incendere et ad magna quaeque et praeclara suscipienda inflammare debuit, illud

17) Vid. commentarium p. 332.

18) Vid. commentarium p. 419. ss.

Digitized by Google

est, quod totum caput splendidius et illustrius reddidit adiecto loco communi de laude maiorum [19]). Serum tamen fuisset ad finem demum uti permotione, quia assuetos moderatae demonstrationi subito in paulo acriorem mutatae facile adversantes et repugnantes invenisset audientes. Idcirco iam antea in probationibus, ubi decebat, invidiam, odium et indignationem excitavit, nunquam tamen perturbato animo, sed ubique modeste et temperanter. Ut autem nihil praeteriret, quod ad suam causam alicuius momenti esse arbitraretur, vel subiecit vel interposuit cuique capiti occupationes [20]), ea statim dissolvens, quae ab adversa parte obiici possent. In conclusione [21]) denique summam legum in primo capite tractatarum repetiit, ut, antequam ad suffragia irent iudices, infixum animis tenerent, quod firmissimum esset et causae maxime prodesset. Ita ubique manifestum est studium fidei faciendae et orationis omnibus numeris absolvendae, neque, quid omissum, quid non satis probatum aut non strenue refutatum sit, dicere licet.

Oratio tamen non inventionis felicitate et tractandi ratione magis excellit, quam aptae et concinnae eloquutionis virtutibus, ut non solum teneat, sed delectet etiam et in sui admirationem rapiat. Quia pectus est, quod in ea loquitur, ubique eam assumit formam, quae decet: nihil quaesiti, arcessiti nihil, nihil alieni reperitur, sed omnia sua sponte sequuntur e cogitationum et sensuum et affectuum veritate. Ubi orator arguit et refellit, subtiliter disputat et enucleate et instat vi et vigore dicendi: ubi explicat res gestas narrando, oratio tanquam lene et placidum flumen decurrit: ubi post narrationem argumentatur, concitatius fertur, et insurgit, ubi commotus est

19) Vid. commentarium p. 501. ss.

20) Vid. commentarium p. 313. p. 340. p. 352. p. 490. ss.

21) Vid. commentarium p. 541. ss.

Digitized by Google

animo, sed tamen leniter et morate. Ut videas, quam convenienter rebus loquatur, consideres modo exordium et conclusionem: illic explanatior est et uberior, hic densus et concisus. Nihil dicam de apto verborum usu et delectu, de recta eorum iunctura et ordine: praestat oratio etiam eorum collocatione, quae non tantum adiuvat perspicuitatem, sed etiam animos acuit magisque attentos reddit; praestat sententiis in ampliores enunciationes diductis et cum opus fuit, membrorum et incisorum variatione et periodis iungendis sectandaque concinnitate et maxime numerorum iucunditate, quam iam veteres animadverterunt. Sunt quidem tria diversa dicendi genera in hac oratione coniuncta, iudiciale, deliberativum et demonstrativum, sed diversitas magis consistit in dissimili tractandi ratione, quam in dicendi forma, quae una est et aequabilis et temperata, naturali venustate nitens, aspersa variis ornamentis et luminibus et in omnibus partibus suavitatem spirans et gravitatem. Disputat de eius virtutibus Hermogenes de ideis loco supra citato.

Quare quia haec oratio omnibus modis perfecta est, qui eius praestantiam pervidere ac plane cognoscere cupiunt, non debent eam uno adspectu contemplari, sed ex omnibus partibus attente intueantur ac seorsum considerent necesse est.

Quo anno habita sit, convenit nunc inter eruditos. Sunt autem duae, quantum scio, opiniones. Habita est, si Dionysio Halicarn. in epistol. ad Ammaeum c. 4. VI. p. 725. R. [22]) credimus, Olymp. CVII. an. 1., eique

22) A Plutarchi auctoritate iam Taylor in praefat. ad Aristocrateam p. 3. Schaef. appar. critic. et exegetic. ad Demosth. t. IV. decessit. Ille in l. c. Demosthenis c. 15. τῶν δὲ δημοσίων, inquit, ὁ μὲν κατ' Ἀνδροτίωνος καὶ Τιμοκράτους καὶ Ἀριστοκράτους ἑτέροις ἐγράφησαν, οὔπω τῇ πολιτείᾳ προσεληλυθότος· δοκεῖ γὰρ

credere possumus, qui in constituendo tempore, quo singulae Demosthenis orationes habitae sunt, luculentos auctores, qualis fuit Philochorus [23]), ante oculos habuerit. At Rumpfius in dissertat. de Charidemo Orita p. 22. ss. secus sentit, eam, si non Olymp. CV. an. 4., saltem ante Olymp. CVI. an. 4. scriptam fuisse contendens, quia, quamquam orator tot res ad civitatem Atheniensium pertinentes commemoret, nullam plane eorum faciat mentionem, quae inter Olymp. CV. an. 3. et Olymp. CVII. an. 1. evenerint. Adsentitur Alb. Gerh. Beckerus in libr. de literis Demosthen. p. 176. s. eamque Olymp. VI. an. 1. adsignat. Contra cum Dionysio consentiunt cum alii tum Taylor in praefat. ad h. orat., Clinton in Fast. Hellenic. p. 141. ed. Krueger., Rankius in Encyclopaed. Ersch. et Grub. s. Demosth., Ioan. Dideric. de Riemerus in specim. critic. inaugur. in Demosthen. oration. advers. Aristocrat. p. 7. ss., Bruecknerus de Philipp. reg. Macedon. p. 85., et Boehneckius in quaestt. de attic. oratt. p. 26. et 83., gravibus argumentis nixi. Eademque est ratio Weiskii in hyperb. III. p. 33—39., Rumpfii opinionem impugnantis. Profecto eam probari non posse nec convenire temporibus, manifestum et apertum est. Primum memoratur §. 109. legatio Olynthiorum, qui inita ad Athenienses debellandos cum Philippo societate soluta, cum iis in gratiam revertebantur et foedus facere volebant [24]), et memoratur ita, ut paulo ante, quam haec oratio habita est, Athenis adfuerit necesse sit. Olynthii

---

δυοῖν ἢ τριῶν δέοντα ἔτη τριάκοντα γεγονὼς ἐξενεγκεῖν τοὺς λόγους. Verba Dionysii supra p. II. n. 2. citata sunt. Vid. Car. Georg. Boehneckii quaestt. de attic. oratoribus p. 83. ss.

23) Iudicium de Atthide Philochori tulit Boehneckius l. c. p. 5. 267. ss. et aliis locis.

24) Foedus demum Olymp. CVII, an. 3. factum est, si Boehneckio in quaestt. p. 161. n. 1. et alibi fidem habemus. Vid. commentar. ad §. 109. p. 351. Add. Libanium ad Olynth. I. p. 7.

Digitized by Google

cura Philippi partibus defecerint si quaerimus, causam quidem universam ponimus in metu auctae in dies regis potentiae, sed proximam in eo deprehendimus, quod ille novum quiddam molitus fuerit, quo nec fide amplius et amicitia iis dignus videretur, et ipsis adeo terribilis factus esset. Nihil tamen iam tum in ipsam Olynthum urbem ausum esse legimus; hoc solum constat, eum a Pylis repulsum Chalcidicen [25]) invasisse; ac veri admodum simile est, tum nonnullas e multis Chalcidicis urbibus, de quibus principatum illo tempore Olynthii tenerent [26]), aggressum sibi subiicere voluisse, ex eoque conatu illos vidisse, quo is in se animo esset. Incidit vero haec invasio in Olymp. CVI. an. 4., eaque non mirum est perterritos Olynthios Athenas legatos misisse, ut civium amicitiam quaererent et cum iis societatem coniuncturos se esse significarent. Ii autem extremo Olymp. CVI. an. 4. aut ineunte Olymp. CVII. an. 1. illic videntur apparuisse. Philippum Olymp. CVI. an. 4. in Thracia commorantem, quemadmodum sibi urbes ibi acquireret suumque regnum amplificaret, cogitasse, ex eo quoque apparet, quod Maroneam et Abderam [27]) occupavit et ad consilia sua persequenda in eo fuit, ut cum Cersoblepte [28]) se coniungeret, nisi eum Amadocus transitu per suos fines prohibuisset. Eodem tempore Pammenes [29]), dux Thebano-

25) Vid. Iustin. VIII, 3. Diodor. Sic. XVI, 52. Demosth. Olynth. I. 13. p. 13. Cf. Voemelii prolegomen. in Philipp. I. et Olynth. p. 93. Westermanni quaestt. Demosthenic. p. I. p. 5. n. 4. Boehneckius quaestt. p. 210.

26) Vid. Boehneckius quaestt. p. 149. n. 2.

27) Vid. commentar. ad §. 183. p. 486. Cf. Boehneckius quaestt. p. 243. s. n. 4.

28) Flathius histor. Macedon. I. p. 121. et p. 149. errat, quod Amadoci societatem cum Philippo iuncturi meminit.

29) Vid. commentar. ad §. 188. p. 486. Boehneckius quaestt. p. 243. n. 4.

Digitized by Google

rum, quum ad Artabazum transire vellet, in illis regionibus fuit, adscitus ad communionem societatis illius et haud dubie pariter ac Philippus intentus ad damnum Atheniensibus inferendum. Ista quaesita coniunctio quum ad nihil recidisset, tum praesentia Charetis et per hunc vi facta Sesti expugnatio coegerunt Cersobleptem desistere a conatibus et machinationibus, quibus Chersonesum Atheniensibus iam prius concessam denuo eripere tentaret [30]). Ea res, quae incidit in Olymp. CVI. an. 4., tum instituta per Athenienses eodem anno colonorum in Chersonesum deductio, clare ostendunt, Aristocrateam non retrahendam esse ad priorem annum, sed optime ei Olymp. CVII. an. 1. convenire. Nam tota oratione id potissimum agitur, ut vix tuta facta Chersonesi possessio servetur [31]). Tum Athenienses videbant Philippum inimicissimum suum, cuius caedes ipsis sic esset grata, ut nulla res gratior esse posset. Dicitur enim ille §. 121. *ὁ μάλιστα δοκῶν νῦν ἡμῖν ἐχθρὸς εἶναι Φίλιππος οὑτοσί.* cf. §. 107. et 116. et ipsi §. 109. hostes capitales, *οὓς ἴσασιν (οἱ Ὀλύνθιοι) ἁπάντων ἀνθρώπων ἥδιστ' ἂν καὶ τοὺς ἐκείνου φίλους καὶ αὐτὸν τὸν Φίλιππον ἀποκτείναντας.* Cuius generis dicta indicant, regem non tantum potentiorem factum fuisse et metuendum Atheniensibus, sed etiam iis iam multa incommoda intulisse. Et cui tempori ista magis congruunt, quam primo anno Olymp. CVII? Nam si Philippi res gestas distinguimus aetatibus, usque ad hunc annum inde ab eo, quo regnum suscepit, prior gloriae eius et potentiae paratae aetas proferenda est. Per id tempus occupavit Amphipolin, Pydnam, Potidaeam, Methonen, deinde Thessaliam ingressus res eius perturbatas composuit, denique in Thracia quum versaretur, quid a se Atheniensibus exspectandum esset, non obscure signi-

30) Vid. commentar. ad §. 178. p. 473.

31) Vid. commentar. p. 123. s. p. 142. s. p. 333. et aliis locis.

Digitized by Google

ficavit[32]). Ad confirmandum, quod quaerimus, valent etiam verba Philippic. III. 25. p. 117. ὧν Φίλιππος ἐν τρισὶ καὶ δέκα οὐχ ὅλοις ἔτεσιν οἷς ἐπιπολάζει ἠδίκηκε τοὺς Ἕλληνας. Haec oratio habita est Olymp. CIX, an. 3. ideoque ab oratore initium Philippi inimicitiarum in Graecos erumpentium ad Olymp. CVI, an. 3. revocatur. Praeterea melius in annum primum Olymp. CVII, quam in priorem aliquem, veluti Olymp. CVI, an. 2., quadrat facta §. 102. aequalitatis mentio inter civitates Graecorum constitutae. Tum enim Thebani per Phocenses bello sacro Olymp. CVI, an. 2. exorto coercebantur, et Lacedaemonii cum Argivis, Arcadibus, Messeniis et Megapolitanis pugnabant, quod bellum Olymp. CVII, an. 1. componebatur. Alia addunt homines docti eaque non minus firma: sed unum paene oblitus sum commemorare, quod haud scio an palmarium sit. Phayllus §. 124. commemoratur ut princeps Phocensium, qui Onomarcho Olymp. CVI, an. 4. interfecto successit. Is tamen Olymp. CVII, an. 1. rebus bellicis occupatus lenta tabe confectus est. Vivus adhuc commemoratur et quum plura ab eo hoc anno gesto sint itemque ab eius successore Phalaeco facta referantur, necdum tempore causae in iudicio transactae mors illius Athenas nuntiata sit, verisimile est orationem media aestate vel ineunte auctumno habitam esse. In finem huius anni actionem noluerim producere. Initio enim hiemis Philippus Heraeum oppugnare coeperat; cuius rei nuntio iam tempore orationis Athenas allato vix puto oratorem ab ea commemoranda se abstinere potuisse, quum civium animos tantopere perturbasset, ut illico apparatus bellicos decernerent[33]). Ceterum, ut haec

32) Olynth. I. §§. 12. et 18. Philippi res gestae huius temporis brevi in conspectu positae sunt.

33) Vid. Olynth. III. 4. sq. p. 29.

Digitized by Google

addam, Olymp. CVII, an. 1. Demosthenes novem et viginti annos natus erat[34]).

Habuisse hanc orationem Euthycles, arte oratoria Demosthenis adiutum, contra psephisma Aristocratis, supra dictum est. De utroque nihil certi constat. Ut ab reo incipiam, plures eiusdem nominis inveniuntur. Unus commemoratur Scelliae filius in orat. adv. Theocr. 67. p. 1343., ab Aristophane av. 123. Thucyd. VIII, 89. Plat. Gorg. p. 414. B., addictus optimatum causae, deinde inimicus dominationi paucorum et magni aestimatus a populo, quem scholiastes Aristoph. l. c., cui Suidas s. v. *Σκελλίου υἱὸς* adstipulatur, non differre a Demosthenico contendit, dicens: *παρὰ τὸ ὄνομα πίπτειν· ἦν Ἀριστοκράτης Σκελλίου υἱὸς ἦν· ὃν ὁ ῥήτωρ Δημοσθένης ἔγραψεν.* Sed si uterque unus idemque fuisset, hic ab Euthycle accusatus grandi aetate psephisma scripsisset, quod non credibile est[35]). Neque est idem, qui orat. in Conon. 39. p. 1269. homo vilis et improbus dicitur, quum hunc Aristocratem bonum et honestum virum fuisse existimandum sit, in quem quidem tantum abest ut Demosthenes vehementius et contumeliosius invectus sit, quod more oratorum fecisset, si ante acta eius vita vituperandi materiem suppeditasset, ut ubique molliter humaniterque eum tractaverit. Alius eiusdem nominis e demo Lamptra ortus refertur in tabula X. c. 67. 74. inscriptionum Piraeensium, quas Boeckhius edidit, inter trierarchos, qui pecuniam reipublicae debitam solverant. Hunc, si tempora, quibus vixit, spectamus, nihil obstat, quominus cum Aristocrate Demosthenico componamus: nam

34) Vid. Boehneckii quaestt. p. 85.

35) Cf. Taylor. in praefat. ad Aristocrat. et ad orat. adv. Theocrin. p. 1348. v. 5. ibique interprett., Stallbaum. ad Plat. Gorg. p. 104., Sieversii commentar. historic. de Xenophont. Hellenic. p. 30. et not. p. 89. s.

Digitized by Google

illum Boeckhius l. c. p. 233. circa Olymp. C — CV. vixisse suspicatur, ita ut hi duo aequales iidemque de re publica bene meriti fuerint. Neque mihi improbandum videtur, si duos pro uno habendos esse statuimus, quoniam, si ii, qui rebus publicis occupati eodem tempore vivebant, diversi inter se fuissent, id sane miraremur, quod accusatus ab Euthycle nulla diversitatis nota a ceteris eiusdem aetatis distinctus fuit. In ipsa oratione nulla distinctio obvenit; neque in Libanii argumento, neque in altero incerti auctoris quidquam continetur, quod certiores de eo nos faciat, nisi quod ibi haec exstant: *Ἀριστοκράτης οὖν τις, Ἀθηναῖος ὑπειλημμένος, ἔγραψε τοιοῦτο ψήφισμα;* ubi verba *Ἀθηναῖος ὑπειλημμένος* nihil significant, quod per se non clarum sit, et ubi non dubium est, quin ea, quia deinde accusatoris nomen cum additamento eius originis sequitur: *Εὐθυκλῆς δέ τις Θάσιος τὸν δῆμον*, oppositionis causa posita sint. Si quid tamen ex ipsa oratione de Aristocrate augurari licet, illud est, quod eum, quum psephisma componeret, ad *βουλευτὰς* pertinuisse dicimus, id quod iam Libanius verbis *ἐν τῇ βουλῇ ἔγραψε* indicavit, assentiente Riemero; et Joannes Siceliota vol. VI. p. 182. ed. Walz. diserte dixit: *εἰς ὢν τῶν πρώτων τῆς βουλῆς*. Unde ista grammaticus et rhetor sumserint, non constat, nisi sumta e §. 92. orationis putamus: *Οἶομαι τοίνυν αὐτὸν κἀκεῖνον ἐρεῖν τὸν λόγον καὶ σφόδρα ταύτῃ ζητήσειν ἐξαπατᾶν ὑμᾶς, ὡς ἄκυρόν ἐστι τὸ ψήφισμα· προβούλευμα γάρ ἐστιν, ὁ νόμος δ' ἐπέτεια καλεύει τἀ' τῆς βουλῆς εἶναι ψηφίσματα κ. τ. λ.* Nata enim in ipso senatu eiusque auctoritate probata decreta annua erant [36]). Quod autem Riemerus Aristocratem fuisse oratorum ministrum dicit, qui consiliis

36) Vid. commentarium p. 315. s. Car. Frid. Hermanni antiquitt. public. §. 125. n. 9.

Digitized by Google

eorum efficiendis inservierit, id conficit ex eo, quod illi passim in oratione ut auctores reipublicae malorum perstringuntur, sed nusquam tale quid legimus, eum ab illis corruptum et deceptum fuisse, neque id puto verum, sed potius Aristocratem pono in numero eorum, qui quae in praesens prodessent reipublicae optime viderent et inter eos multos ex oratoribus fuisse existimo, ut illum pro principe factionis habuerim.

Perveni ad accusatorem, Euthyclem. Neque huius hominis magis quam Aristocratis exstat ulla memoria praeter ea, quae passim in ipsa oratione, ubi de se ipse loquitur actor, partim a Dionysio Halic. l. c., Libanio et in altero orationis argumento significantur. Haec posteriora tamen satis tenuia sunt. Dionysius Halic., Libanius et auctor argumenti II. nihil referunt, nisi Demothenem Euthycli hanc orationem mercede scripsisse; ipse §. 5. fatetur se non pertinere ad eloquentes homines et peritos dicendi. Praeterea Thasium eum auctor argumenti II. appellat, pro quo non *Θριάσιος* scribendum erat, ut in adnotat. p. 7. exposui. Num is sit *Εὐθυκλῆς Κτησίου Πειραδιώτης*, qui apud Boeckhium tabulis XI. b. 63. XIII. d. 18. XIV. d. 20. XVI. a. 91. inscriptt. Piraeensium commemoratur inter trierarchos, ad quorum quidem ordinem noster pertinuit, an cum hoc cognatione iunctus, an ab eo diversus, nemo decernere audebit, quamquam publica illa documenta ad Olymp. CXIV. referenda sunt. Neque videri potest idem esse, qui archon erat, ut ex oration. de coron 119. p. 266. constat, quum Ctesiphon rogaret, ut Demosthenes propter merita sua corona aurea donaretur. Nam ad publicam auctoritatem noster non est evectus. Ipse sibi optimus in oratione testis [37]) est vel,

37) Variis locis de se loquitur, veluti §§. 1. 4. 5. 165. ss. 187. ss. et ubi pravos oratores vituperat, §§. 8—13. 144—147. 189. 206. 208. ss., inde conspicitur, qualis ipse in rempublicam fuerit.

Digitized by Google Der Buchbinde

si mavis, Demosthenes. Unus erat e mediocribus et modestis civibus, nemini molestus, alienus ab inimicitia et simultate, alienus item ab invidia: vehementer abhorrebat a more ea aetate consueto illorum, qui molestiis creandis et clamoribus tollendis conciones perturbabant, qui quidquid ipsis minus conveniebat, praepedire moliebantur, qui in eo unice laborabant, ut sibi magis consulerent quam civitati et omnia ad suas utilitates et emolumenta dirigerent. Euthycli satis erat res ita gerere, ut et civibus bonis satisfaceret et reipublicae prodesset. Quamvis eloquentia non valeret neque publica auctoritate frueretur, tamen attentus ad omnia, quae publice agerentur, eum se gerebat, qui in levioribus, quamdiu nihil damni inferretur civitati, facile cederet, graviora autem eaque perniciosa constanter et cum severitate quadam, donec perfecisset, persequeretur. Patriae caritatem et legum obedientiam omnium ducebat virtutum antiquissimas et gravissimas, unde civis officia tanquam ex fonte et origine derivanda essent. Adscriptus opulentioribus tribuit civitati et praestitit, quae a se legibus postulare posset. Ipse dicit §. 5., se aliquando munere trierarchiae fungentem in Hellespontum navigasse. Quae expeditio cui tempori adsignanda sit etsi non certum est, tamen, si quid auguror, incidisse existimaverim in Olymp. CV, tertium, non secundum annum, uti in commentario p. 460. dictum est, cui etiam Demosthenes interfuit trierarchus, ut Aeschines orat. in Ctesiphont. 51 et 52. p. 61. plane testatur et ex ipsius huius orationis §§. 165. 166. 167. colligendum est [38]).

38) Hanc rem si ita explicamus, ut in proximis explicui, removentur subortae de ea dubitationes. Uberius eam tractavit doctissimus Frid. Gustav. Kiesslingius in libro de Lycurgi deperditarum orationum fragmentis p. 110—114., sed quia priorem Olymp. CIV, an. 1. Demosthenis trierarchiam cum altera ab eo Olymp. CV, an. 3. suscepta commutavit, in difficultates incurrens exitum reperire non potuit.

Digitized by Google

Interfuisse Euthyclem indicat praeter citatos Aristocrateae locos inprimis unus §. 187., ubi ille, quae Charidemus iniuste egisset, praesens vidisse dicitur. Antecessit, ut opinor, eiusdem anni expeditio in Euboeam insulam citissime suscepta, ad quam primum voluntariae trierarchorum largitiones adhibebantur [39]): quae quum nondum triginta diebus finitis confecta esset, classem modo paratam, ne statim dimissa brevem operam trierarchi reipublicae praestitissent, in Hellespontum ad Alopeconnesum piratis liberandam et res cum Cersoblepte componendas duce Cephisodoto missam fuisse statuendum est, ubi Athenienses per septem menses [40]) contra Charidemum pugnabant. Post reditum, quum populus Cephisodoto rebus male gestis irasceretur vehementer, actio in eum intendebatur [41]); inter accusatores etiam Demosthenes erat, manifesto quidem Aeschinis testimonio, et Cephisodotus grandi pecunia damnabatur, ut praeter Demosthenem §. 167. scholiasta Aeschinis l. c. dicit: *Κηφισόδοτος πολιορκήσας Ἁλωπεκόννησον εἰσαγγελθεὶς διὰ τὴν συνθήκην τὴν πρὸς Χαρίδημον γενομένην καὶ καταψηφισθεὶς πέντε ταλάντοις ἐζημιώθη.* Neque improbabile est, ipsum Euthyclem inter *συνηγόρους* huius causae locum obtinuisse, quod quidem si statuerimus, verbis §. 5. *πρότερον, δ' ὅτ' ἔπλευσα τριηραρχῶν εἰς Ἑλλήσποντον, εἰπεῖν καὶ κατηγορῆσαί τινων οὓς ἀδικεῖν ὑμᾶς ἡγούμην·* quorum obscuritatem et tenebras in commentario p. 138. s. significavi, lumen afferetur, hoc praeterea sumto, Cephisodoti causae nonnullos alios implicitos fuisse. Probabilior fit ista mea opinio, si cum his Aristocrateae verbis comparamus Leptineae locum §. 150. p. 502., ubi orator contra

39) Vid. orat. in Mid. 161. p. 566. de coron. 99. p. 259. in Androt. 14. p. 597. Cf. Boehneckii quaestt. p. 10.

40) Vid. Aristocrat. §. 165. s.

41) Vid. Aristocrat. §. 167.

Digitized by Google

Cephisodotum loquens eius iniuriam, quum in Hellesponto dux esset, populo factam significare et adhibitam a se in eum agendi rationem probare videtur [42]). Dixit: *εἰ γὰρ ἀπεχθάνεσθαί τισι δεῖ, τοῖς ἀδικοῦσι τὸν δῆμον, οὐχὶ τοῖς ἀγαθόν τι ποιοῦσι ἔγωγέ νομίζω δεῖν* et ita Olymp. CVI, an. 2., ad quem Leptinea pertinet, dicere potuit, postquam pauci anni post illam actionem praeterierant. Sed aliud quiddam est longe memorabilius, quod Demosthenes factae in Hellespontum expeditionis, cui ipse interfuit, nullam alibi nisi in Aristocratea neque eam satis apertam mentionem facit, dum bellum in Euboeam paulo ante susceptum frequentius laudibus extollit suamque ipsius in eo praestitam operam commemorare non praetermittit [43]). Tacet de illa expeditione, sive quod infelici et turpi eventu fuit, sive quod ipsum postea reconciliatum cum Cephisodoto accusationis in eum institutae poenituit, in qua aliquid a se cupidius quam consideratius actum fuisse senserit, quum neque rerum conditionem, qua Cephisodotus male egisset, neque necessitudinem, qua cum eo coniuncte vixisset, satis spectasset, quod posterius ei Aeschines l. c. exprobrat. Eum vero postea poenituisse facti sui, mihi liquere videtur ex ipsa Aristocratea, in qua, ubi de Cephisodoto loquitur, et loquitur de eo copiose, ubique id facit cum summa cautione et humanitate, veluti §. 167. Luculentius autem huius rei testimonium accedit Philipp. I. 46. p. 53., ubi de misera sorte ducis cuiusdam et de falsis quorundam hominum in eum prolatis criminationibus ita loquens: *ὅταν γὰρ ἡγῆται μὲν ὁ στρατηγὸς ἀθλίων ἀπομίσθων ξένων, οἱ δ' ὑπὲρ*

42) Eodem referre ista verba videtur Sieversius in histor. graec. p. 303. not. 42., ubi complura de Cephisodoto lectu digna reperiuntur.

43) Vid. commentarium ad p. 173. p. 174. s.

Digitized by Google

ὧν ἂν ἐκεῖνος ἐκεῖ πράξῃ πρὸς ὑμᾶς ψευδόμενοι ῥᾳδίως ἐνθάδ' ὦσιν, ὑμεῖς δ' ἐξ ὧν ἂν ἀκούσητε ὅ τι τύχητε ψηφιζήσθε, τί καὶ χρὴ προσδοκᾶν; Cephisodotum intellexit eumque iniuria damnatum tacite defendit, si respicimus scholiastam August. interpretem: οἱ δὲ συκοφάνται ὑπὲρ ὧν ὁ στρατηγὸς ἐκεῖ πράττει, ἐντεῦθεν κατηγοροῦσιν εὐχερῶς· διὰ γὰρ τὸ μὴ παρεῖναι ὑμᾶς συκοφαντῶν ἀνέχεσθε. ταῦτα πρὸς Κηφισόδοτον αἰνίττεται. quae interpretatio si vera est neque video, cur non vera sit[44]), orator alios culpans hac confessione se ipsum una culpavit, ut qui iniustae illius accusationis particeps fuisset. Nescimus tamen, quam in ea partem habuerit: si adversarium eius Aeschinem audimus dicentem: οὐκ ὤκνησεν ἀπ' εἰσαγγελίας αὐτοῦ κρινομένου περὶ θανάτου κατήγορος γενέσθαι· et ipsius ante citata et scholiastae verba spectamus, actio in Cephisodotum non per ipsum instituta est, sed se tantum, ut qui rebus interfuisset, adiutorem praestitit iis, qui quum ipsi non praesentes fuissent, ea, quae fama et auditione acceperant, ad iudices detulerunt, auditaque, quo magis sibi populi ira in Cephisodotum effervescentis gratiam conciliarent, mendaciis depravarunt. Si quid est culpae in hac re Demostheni tribuendum, dicere malim, ab eo iuvene, quum expeditio aliter cecidisset quam putaverat, voces animi Cephisodoti factis non contenti libere iactas esse, quibus alii sycophantarum more abuterentur, quam in animo eum habuisse imperatori ita nocere, quemadmodum per iudicium malevolorum hominum posthac factum est. Notum est, in rebus εἰσαγγελίας ope in iudicium latis συνηγόρους adscitos fuisse et ab

44) Kiesslingius tamen l. c. p. 113. ita iudicat: „Hanc non sane docti scholiastae sententiolam facile quispiam nihili aestimet, quum Demosthenis verba eodem iure ad Timotheum possint referri, qui Olymp. CI, 4. et CVI, 1. ob rem male gestam in iudicium vocatus est.“ Aliter scholiastae verba cepit Boehneckius quaestt. p. 248. Cephisodotum intelligens accusatorem Charetis.

Digitized by Google

ipso populo institutos[45]). Itaque non censeo sibi adversari oratorem, quum in Philippica I., si haec oratio cum Boehneckio in Olymp. CVII, an. 4. collocanda est, decem annis post quam illa expeditio facta est, improbat, quae in Cephisodotum Athenienses quidam iniuste egerant. Sed revertor ad Euthyclem. Is quum in illa expeditione Hellespontia Charidemum, qualis esset, usu et experientia cognovisset, ea cognitio, quo minus ei probabile visum sit hominem illum ita, ut vellent eius amici, adeoque cum damno civitatis, honorari, eo fortius eum videtur ad impugnandum Aristocratis psephisma impulisse.

Impugnavit Euthycles usus *παρανόμων γραφῇ* psephisma Aristocratis, nomine eius ad archontes[46]) delato. Qui quum causam cognovissent et probassent, eam satis praeparatam cum libello accusatorio[47]) iudicibus heliasticis[48]) commiserunt. A dato tamen psephismate usque ad actionem iudicialem annus praeterierat, ut e §. 92. ss. apparet; sed idcirco accusatum, si in iudicio cecidisset, poena vacuum non decedere oportuit, sed eam, quae pro rei natura — nam *ἀγὼν τιμητὸς*[49]) erat, — ab accusatore vel iudicibus constituta erat, pati debuit. Enimvero poena is tantum liber fuit, cuius quidem psephisma impugnabatur, sed anno demum praeterito post comprobationem[50]). Ab accusatore autem in tali *παρανόμων* actione, si quintam suffragiorum partem non tulisset, mille drachmae

45) De hac re disputavit Car. Frid. Hermannus in antiquitt. public. §. 133. n. 1.

46) Vid. quos supra p. XXI. not. 46. attuli. Add. Car. Frid. Hermanni antiquitt. public. §. 138. n. 14.

47) Vid. commentarium ad §. 23. p. 174. s.

48) Vid. Car. Frid. Hermanni antiquitt. public. §. 134.

49) Vid. Boeckhii oeconom. civit. Atheniens. l. p. 398. 411. Car. Frid. Hermanni antiquitt. public. §. 143.

50) Vid. Car. Frid. Hermann. l. c. §. 132. n. 9.

Digitized by Google

pendendae erant et ignominiae species quaedam suscipienda [51]).

Hi duo viri, Euthycles et Aristocrates, quum rem suam apud Heliastas agerent, concertasse inter se existimandi sunt non privatis causis commoti, sed considerata reipublicae utilitate impulsi. In qua re eos diversos reperiri memorabile est; nam Euthycles id, quod Aristocrates utile civitati et salutare habuit, noxium et perniciosum esse contendit [52]). Quae sententiarum diversitas eo exstitit, quod de rebus, in quibus salus publica quaerenda esset, inter se dissidebant. Alter honestatem et sinceram patriae dignitatem spectans, ea persequebatur consilia, quae attollendis civium ingeniis ad altitudinem sentiendi et cogitandi et animis ad fortitudinem corroborandis salutis reipublicae firmius constituendae et certius tuendae rationem demonstrarent: alter contra indulgebat saeculi sui ingenio et moribus, et quae temporum ratio postulabat, ad ea se accommodans, totum suum civitatis adiuvandae studium celeris auxilii ferendi angustiis concludebat, neque magnopere expetebat, quae ad solidam civium laudem et utilitatem et veram patriae gloriam pertinebant. Plurimi eodem vergebant, et qui in hac oratione perstringuntur oratores, iisdem consiliis obsequuti videntur. Minor erat altera civium pars eademque multo impotentior, cuius rationes Demosthenes inprimis persequebatur et ratas facere studebat [53]). Quare Aristocratis psephisma quum in lucem prodiisset, multorum assen-

51) Vid. Car. Frid. Hermann. l. c. §. 144.

52) Vid. §. 5.

53) De diversis huius generis studiis egregie disputarunt Westermannus quaestt. Demosthenic. partic. III. p. 19. ss. et Brueckner in libr. de Philippo rege Maced. p. 107. ss. Cf. de oratoris honesti sensu J. H. Scholtenii disquisitio. de Demosthenicae eloquentiae charactere p. 130. ss.

Digitized by Google

sum tulit, id quod e §. 14. coniici licet. Primam et proximam ad id occasionem videtur Aristomachus Alopecensis[54]) dedisse, qui in Thracia commoratus et inde reversus, laudes et Cersobleptis et Charidemi longa oratione exponens eorumque propensum in Athenienses humanitatis studium praedicans, ad extremum suaserat, ut, quia Charidemus unus esset maxime idoneus ad Amphipolin civitati recuperandam, eum cives ducem suum crearent. Haud dubie ea oratio ad plurimorum voluntatem compoposita fuit eorumque optatis respondit Aristocrates in scribendo psephismate, quo Charidemum ut *εὐεργέτην* honorare eiusque vitam tutari vellent, spem simul habentes, eum in tempore ducem Atheniensium fore. Cur autem Charidemum sibi exoptaverint ducem, unam fuisse praecipuam causam arbitror, inopiam ducum tum fortissimorum tum ad ipsorum rationes aptissimorum. Praeter Charetem et Phocionem nullus fuit, cui imperium committerent. Nam tres illi usu sapientiaque praestantes duces Iphicrates, Chabrias, Timotheus, mortui erant, aut a rebus gerendis avocati[55]). Duo autem illi non sufficere visi sunt,

54) Vid. commentarium ad §. 12. p. 151. Add. Boeckhii libr. de re naval. p. 25.

55) Cornel. Nepos vit. Timothei c. 3. ita: „Haec extrema fuit aetas imperatorum Atheniensium, Iphicratis, Chabriae, Timothei, neque post illorum obitum quisquam dux in illa urbe fuit dignus memoria.“ Certe Chabrias et Timotheus e vita discesserant tempore huius orationis; ille initio belli socialis Olymp. CV. an. 4., Timotheus aliquot annis post, ut censet Clinton Fast. Hellenic. p. 141. ed. Krueg., eodem anno, quo condemnatus erat, Olymp. CVI. an. 3., quum se Chalcidem contulisset. Cf. Boeckhii libr. de re naval. p. 359. Sed Iphicratis vitam Reiskius ind. historic. in Demosthen. p. 576., nisus, opinor, verbis Diodori Sic. XVI, 85., produxit ad Olymp. CX. an. 2., cui anno non convenit Demosthen. orat. in Mid. 62. p. 534., ubi verba: *καίτοι φασὶν Ἰφικράτην ποτ' ἐκεῖνον Διοκλεῖ τῷ Πιτθεῖ τὰ μάλιστα ἐλθεῖν εἰς ἔχθραν* indicant, eum non amplius Olymp. CVII. an. 4.,

Digitized by Google

quippe unum illum non multum praestare bello [56]), et alterum, quamvis eximia virtute insignem, nolle ubique sibi morigerari intelligentibus [57]). Quamobrem iis opus erat strenuo, facili et promto duce, eoque magis, quo usitatius illo tempore apud eos factum erat milites conductitios alere; qui, nisi gravis rector adesset et moderator, qui auctoritate sua consilioque revocaret ab iis cupiditatibus, quibus genus illud militum maiorem in modum obnoxium erat, ad deteriorem partem facile sese convertebant. Ipsi enim cives, iam prius iusto remotiores a militia, nunc eam magis perosi sunt. Enimvero post pugnam ad Mantineam factam, quum Thebanorum res, ut vere iudicat Iustinus libr. VI, 9., ad interitum venisset, omnis terror populorum Graeci nominis ex animis eorum ademtus est. Praeterea quum Graecos in duas partes seiunctos inter se repugnare viderent indeque aequalitatem potentiae ortam animadverterent, a qua nulla pericula sibi imminerent, eos in eo statu retinere studebant, ut ipsi integra securitate fruerentur [58]). Ita accidit Atheniensibus, quod hominibus incuriosis accidere solet: dum

in quem illa oratio incidit, in vivis fuisse. Similiter de mortuo Timotheo orat. de Cherson. 74. p. 108. *Τιμόθεός ποτ' ἐκεῖνος κ. τ. λ.* Aliquo tamen huius Olympiadis anno mortuum esse puto; nam cum Timotheo capitis accusatus, post absolutionem vixit in aliquod tempus, placatis in se, teste Cornelio Nepote c. 3., suorum civium animis.

56) Cornelius Nepos vit. Timothei c. 3.: „Philippus iam tum valens multa moliebatur, cui oppositus Chares quum esset, non satis in eo praesidii putabatur." Cf. vit. Chabriae c. 3. Diodor. Sicul. XVI, 86. At defendit eum Demosthenes orat. de fals. legat. 332. p. 447., culpam male ab eo factorum aliquam populo attribuens. Vid. doctissimi Voemelii prolegomen. in Philippic. I. §. 15. p. 60. n. 4.

57) Phocionis mores et naturam difficilem describit Bruecknerus l. c. p. 112.

58) Vid. commentarium ad §. 8. p. 143. ad §. 102. p. 333. Cf. Sieveraii histor. graec. p. 297. ss. et 312.

Digitized by Google

de malis aliorum gaudent, non viderunt subverti suam ipsorum securitatem. Eo enim statu Graeciae non usi sunt ad vires suas reficiendas atque suscitandas, sed quo minus propinquum hostem timebant, eo securius segnitiae et torpori se dederunt neglexeruntque calamitatem e longinquo appropinquantem. Nam Philippus firmum magnitudinis fundamentum iecerat, augurantibus tandem illis, quid ab eo mali ad se proventurum esset. Tristem omnino rebus faciem, eamque tot malis et incommodis gravidam, illa aetas induit. Adeo adflictae fuerunt res Atheniensium bello sociali, ut pax, quamvis iniquissima, pro beneficio utique haberetur [59]). Deserti fuerunt a plerisque sociis, possessiones civitatis ex dimidia parte deminutae, quinque et septuaginta maiores et minores urbes non amplius priora vectigalia solverunt [60]) et reditus publici, a peregrinis exacti, quotannis ad quinque et quadraginta talenta redierunt [61]); exhaustum fuit aerarium magnis impensis, ad extremum expeditione Pylas facta [62]), et privatorum facultates tributis militaribus et trierarchiarum largitionibus affectae. Sed quod miserrimum fuit, Athenae habuerunt illo tempore degenerem et oblitum virtutis avitae populum, qui quidem quam magnifice per multa saecula et sensissent maiores et egissent, optime sciebat et laudes illorum lubenter audiebat, sed ipse non poterat ad praeclarum illud studium atque incredibilem illum ardorem periculorum pro patria adeundorum denuo efferri. Traducentes enim vitam non in simplici, sed delicato victu,

59) Diodor. Sicul. XVI, 22. Leloupius ad Isocrat. de pace prolegomen. p. 53. ss.

60) Ulpian. ad Demosthen. de Rhod. libert. p. 55. ed. Wolf. Olynth. III. p. 32. Boeckhii oeconom. civ. Athen. I. p. 453. s.

61) Demosthenes orat. de coron. 284. p. 305.

62) De sumtu in hanc expeditionem facto Demosthenes de fals. legat. 84. p. 367.

Digitized by Google

non in labore, sed in otio, quidquid pecuniarum publicarum erat, in dies festos et ludos effundebant [63]). Incidit in hoc tempus Eubuli administratio reipublicae, qua Athenae, ut Theopompus [64]) dicit, adeo Tarentum luxu et lascivia superarunt. Ex tanta inertia et morum mollitie quomodo potuit magnitudo animi emergere et liberalitas et beneficentia servari? Luxuria et avaritia opulentiorum obstabant, quominus consilia maxime proba perficerentur, et qui in officiis explendis non onera et molestias poscebat, sed qui demonstrabat, qua ratione res facile et commode instituendae essent, eum benigne excipiebant [65]). Quid, quod permulti et ipsi principes civitatis honores publicos appetebant, in quibus ipsis reditus et quaestus spes ostenderetur, nec sola dignitas et de republica bene merendi facultas daretur [66]).

Hunc tristem rerum statum etsi non existimaverim cives prudentes ita sensisse, ut mala dispersa et per rempublicam diffusa unum sub adspectum subiicerent, tamen non negandum est, singula eaque prementia aliquam vim in eorum animis ad actiones suscipiendas habuisse. Unum ex iis et talem fuisse Aristocratem puto, qui, quamvis utilitati omnium plus quam unius alicuius aut suae consuleret, ad id solum, quod adesset quodque praesens esset, necessitate urgente, consilia sua direxerit, certa spe quidem stimulatus, se aliquid commodo civitati facturum, sed non contemplatus, quomodo calamitati publicae graviter mederi posset [67]). Psephismate suo [67b]) pro acceptis

63) Justinus VI, 9. Demosthen. orat. de republ. ordinand. p. 166. ss. Boehneckii quaestt. etc. p. 170. ss.

64) Apud Athenaeum IV. p. 166. e.

65) De qua re saepenumero questus est Demosthenes.

66) Westermannus quaestt. Demosthenic. partic. III. p. 20.

67) Brucknerus in libr. de Philippo, rege Maced. p. 113.

67 b) Specie quidem Aristocrateum non erat iustissimum, imo nimocitatis plenissimum. Cf. commentar. p. 169. et 309. Alterum, sed

Digitized by Google

beneficiis tutari et honorare voluit Charidemum eumque ita Atheniensibus devincire, ut in tempore iis nova commoda praeberet ipsorumque, si usus ferret, dux fieret. Talem enim ducem, qualis fuit Charidemus, desiderabant illo tempore Athenienses, quippe qui, ut Isocrates in orat. de permutat. §. 121. dicit, eos solum viros haberent, qui minas iacerent metumque urbibus incuterent et in sociis semper novi aliquid moverent. Ac profecto Charidemus ingenio dux habili fuit ad mercenarios facile conducendos et subsidia, quibus alerentur, conquirenda, ita ut quum ad summas angustias adducti essent, haberent, qui in locum Iphicratis, Chabriae, Timothei succedens ipsos sua prudentia et calliditate sublevaret. Hoc enim ipsum spectasse, qui Charidemum ducem creari vellent, conjicitur ex eo, quod Olymp. CVII. an. 2. extremo creatum cum decem navibus vacuis et quinque talentis argenti adversus Philippum Heraeum obsidentem miserunt, spe bona concepta, eum et milites ad implendas naves paraturum et quidquid pecuniae deesset, coacturum [68]). Accedit, quod Atheniensibus nihil rerum omnium fuit, quod mallent, quam Amphipolin sibi recuperari et defendi suas in Thracia possessiones, praesertim illic nunc imminente Philippo:

---

e praescripto legum receptarum sancitum divulgarunt Adolph. Schoellius eruditissimus in symbolis rerum antiq. in Graecia collectis fasc. 1. p. 87. et doctissimus Ern. Curtius inscriptt. Attic. nuper repertis duodecim p. 15. s., quod superiore parte divulsum in unum coniungendum est, quodque partim horum virorum acumine, partim aliorum opera restitutum sic propono: Ἐὰν δέ τις ἀποκτείνῃ, τῶν παίδων τινὰ τῶν Ἀρύββου, ἐπεῖναι τὰς αὐτὰς τιμωρίας αἵπερ καὶ ὑπὲρ τῶν ἄλλων εἰσὶν Ἀθηναίων· ἐπιμελεῖσθαι δὲ καὶ τοὺς στρατηγοὺς οἳ ἂν στρατηγῶσι, ὅπως ἂν αὐτὸς καὶ οἱ παῖδες αὐτοῦ κομίσωνται τὴν ἀρχὴν τὴν πατρῴαν. Quae Herm. Sauppius de hac inscriptione commentus est, nondum legi.

68) Demosthen. Olynth. III. 5. p. 30.

Digitized by Google

ad quam rem plurimi eundem Charidemum, quoniam rei militaris scientia insignis plenusque consilii vir esset, maxime idoneum fore sperabant. At obstiterunt Euthycles et Demosthenes aliique, in eo, quod agerent adversarii, nihil nisi perniciem civitatis augurantes. Avitam civium virtutem suspicientes quum populi morum depravationem tum reipublicae quam cognovissent infirmitatem inhibere conabantur. Quare Charidemum ut noxium futurum civitati honorari nolebant eumque spernebant ducem mercenariorum, ut quos variis vitiis corruptos mala publica aucturos intellexissent. Quam bene illi senserint, docent insequuta tempora, quibus Athenienses militiam detrectantes et potissimum mercenariis confisi in perniciem se mitterent, et quam recte iudicaverint, quid a Charidemo exspectandum esset, inde manifestum fit, quod quum praedixissent, ab eius libidine non securas fore ingenuas mulieres, id ipsum postea evenit. Nam quum Olynthiis ab Atheniensibus auxilio missus esset, illi de eo in vitam licentiorem effuso vehementer questi sunt [69]).

Jam ad hanc orationem melius intelligendam existimavi me neque rem inutilem neque ingratam lectoribus Demosthenis studiosis facturum, si de re mercenaria [70]) quaedam disputarem. Orator enim in ea describenda quum in hac oratione, maxime in ea parte, in qua vitam et agendi rationem Charidemi examinat, tum etiam in Phi-

69) Vid. Theopompum apud Athenaeum X. p. 436. b. c.

70) Hanc rem uberius tractarunt Meinersius histor. origin. literar. etc. II, p. 611—614. Heerenius histor. III. I, p. 302., Drumannus histor. interit. civitatt. graec. p. 544—666. Wachsmuthius antiquitt. Hellenic. I. 2. p. 309. ss. p. 335. Schlosserus histor. antiq. I. 2, p. 210. 219. ss. 256. s. et 3. p. 206. Leloupius prolegomen. ad Isocrat. orat. de pace p. 59. ss. Lachmannus histor. gr. p. 178. ss. p. 254. ss. Sieversii histor. gr. p. 119. ss. et passim. Add. Kellermanni dissertat. de re militari Arcadum, ubi multa huc pertinent. Cf. Car. Frid. Hermanni antiquitt. public. §. 171. n. 15.

Digitized by Google

lippicis et aliis inprimis frequens est, ita de ea loquens, ut quae mala per eam militiae institutionem in civitatem ingruerint et cur idcirco noluerit illum ducem tantopere, quantopere amici eius vellent, honorari, optime eluceat. Hunc tamen modum mihi feci, ut de ea re, quoad potissimum ad rempublicam Atheniensium et Demosthenis aetatem pertinet, breviter dicerem, cetera leviter tangerem, quatenus silentio non essent praetereunda.

Principia rei mercenariae obscura atque tenuia sunt; hoc tantum constat, primos inter Graecos Arcades, inter barbaros Cares fuisse, qui operam suam ad aliorum res bello gerendas locarent [71]). Et illi quidem semper promtissimo animo aliis adfuerunt militando, similes omnibus fere populis montanis, maximeque Helvetiis, qui aetate media et recentiore apud diversos populos stipendia faciebant: unde proverbio increbuerunt Ἀρκάδας μιμούμενοι de iis usitato, qui omni opera vitae non sibi, sed aliis prosunt, alteroque ἐξ Ἀρκαδίας ἐπικοῦροι de iis, qui cuique praesto sunt [72]). Similiter de Caribus: ἐν Καρὶ τὸν κίνδυνον [72b]). Accedebant Cretenses sagittarii, Thessali equitatu valentes, inprimis Thraces, alii [73]). Variis ii causis commoti sunt, ut ex patria migrandi et apud alios fortunam suam experiendi consilium caperent: alii desperatione propter rem angustam domi adacti, alii coacti seditionibus et publicis calamitatibus vel imperio mutato, quo se non tutos viderent a vi suorum civium, vel

---

71) Vid. Creuzeri scripta germanic. p. 29., scholia in Ael. Aristidis oratt. p. 80. s. ed. Frommel.

72) De utroque proverbio Bekkeri anecdota p. 218. Hesychius s. v. Ἀρκαδ., Suidas, Diogenianus proverb. I, 29. Athenaeus I. 27. Wachsmuthius antiquitt. Hellenic. I. 1. p. 62. et I. 2. p. 309. Kellermannus dissertat. de re militar. Arcad. p. 74.

72b) Vid. scholia in Ael. Aristidis oratt. p. 80. s.

73) Vid. Wachsmuth. antiquitt. Hellenic. I. 2, p. 309. ss.

Digitized by Google

urbibus suis eversis, quum omnibus bonis spoliati nullam sedem nullumque domicilium haberent; alii taedio contentionis, sperantes in alienis terris laborem otio variantes vitam se facilius sustentaturos; alii morum licentia et pravitate, quum domi non possent liberius vivere, alii metu poenae malèficiis debitae; fuerunt etiam, qui armorum usu bellique studio vel cupiditate gloriae incitati, vellent rebus bene gestis excellere, sed illi et pauci fuerunt neque studium lucri et praedae prorsus omiserunt. Civitates autem, vel bellis implicitae vel nova parantes, eos lubenter receperunt, ipsae vel paucitate hominum laborantes nec sociis adiutae vel nimio hostium numero, quibus non possent parem opponere, oppressae: aliae eaeque maiores, frequentes quidem hominibus, sed finibus imperii amplificatis et principatu accepto, plus virium opus habentes ad naves complendas vel castella tuenda vel bella gerenda, cogebantur milites mercede conducere, ut satis munitae adversus hostes et sua et suorum iura integra praestarent neque quidquam de potentia sibi et auctoritate detrahi paterentur. Maxime tyranni, qui civibus diffiderent, arcessebant peregrinos, nonnunquam etiam singuli cives, qui pulsi patria cum armatis se restituere, aut dominum impotentiorem expellere vellent. Aliae civitates vel mercatura facienda vel artibus tractandis occupatae et bene intelligentes, quaecunque utilitates ex societate civili et vita domestica et omni hominum commercio redundarent, eas per bella diurna aut deminui aut interire prorsus, non consultum ratae civium corpora discrimini bellorum permittere, ex aliis gentibus militem stipendio conducebant, nunquam dubitantes, quin ob divitias suas et mercedis amplitudinem plurimi se ad suam militiam aggregaturi essent. Erant etiam, quae mercenarios alebant, mollitie animi et vita delicatiore inertique otio retentae a militia. Auctis divitiis et luxuria latius ser-

Digitized by Google

pente senserant dulcedinem voluptatum et castrorum miserias aspernabantur. Opulenti cives pecunias conferebant, ut ipsi domi sedentes ne cogerentur militare, aequiore animo ferentes, aut nullos aut pauciores e civibus in bellum proficisci. His causis mercenarios alendi alias addere licet; sed satis est nonnullas enumerasse, quas quidem principes et praecipuas fuisse existimo [74]). Hoc tamen tenendum est, non omnibus temporibus ex eadem causa unum eundemque populum mercenarios conduxisse, sed in omni suarum rerum varietate modo hac modo illa ad eos permotum fuisse, id quod Atheniensium historia docet.

Nam Athenienses aetate Demosthenis, qui mollitiei et ignaviae dediti essent, bella sua per mercenarios quam suis ipsorum viribus geri maluerunt. Iam antiqua republica, quum rerum nauticarum et belli maritimi peritiores fieri coeperunt, mercenariis usi sunt, non tamen ad arma tractanda et bella gerenda, sed ad humiliora ministeria in navibus explenda. Remiges enim illi nutriebant servos et peregrinos mercede conductos; armorum meditatio et usus solis civibus et ingenuis concessus erat [75]). Praesidio mercenariorum, civibus admixtis, et ad pericula sibi imminentia arcenda et ad imperium suum Athenis firmandum primum se circumdederunt tyranni, Pisistratus eiusque filii [76]). Insequuta sunt paulatim tempora, quibus cives nihil se dignius nihilque optabilius putabant, quam

74) Causas easdem, cur peregrini stipendia apud alios fecerint, exprompsit Drumannus l. c. p. 644. ss., admiscens eas, quibus civitates ad milites conducendos commotae fuerint. Nonnullas alias ego addidi secundum testimonia veterum.

75) Isocrates orat. de pac. 48. p. 169. καὶ τότε μὲν εἰ τριήρεις πληροῖεν, τοὺς μὲν ξένους καὶ τοὺς δούλους ναύτας εἰσεβίβαζον, τοὺς δὲ πολίτας μεθ' ὅπλων ἐξέπεμπον.

76) Herodot. I, 61. Wachsmuthii antiquitt. Hellenic. I, 2. p. 309.

Digitized by Google

reipublicae, etiam cum incommodo suo, prodesse, in eoque nullum alium, nisi laudis et gloriae, fructum spectandum esse: civium animi, sensu honesti et patriae amore ducti, exardescebant ad bellicam virtutem; suas vires exploraverant bonaeque exercitationis sibi conscii ipsi maximo studio bellabant et praeclara facinora contra Persas efficiebant. Postea autem maximeque bello Peloponnesiaco singulae civitates ipsique Athenienses[77]) mercenarios ad subsidium arcessiverunt et inde ab hoc tempore hoc institutum, quo paulatim tota res militaris in Graecia immutata est, frequentius fieri coepit. Nam non ita multo post finitum illud bellum, quum permulti homines paupere, laboribus insueti, ignavi, exsules extorresque a solo patrio diisque penatibus per terras errarent, nescientes quid agitarent nec habentes, unde viverent, Cyrus minor fratrem suum Artaxerxem Memnonem bello petiturus, legatos cum magna pecuniae vi per Thessaliam, Boeotiam, Achaiam, Arcadiam et Chersonesum dimisit, quibus mandatum, ut quam plurimos mercede milites conducerent, etiam Lacedaemonios adhortatus est ad operam navandam auxiliarem. Decem et tria millia Graecorum conduxit[78]), plerosque armis veluti quotidiano exercitio induratos et frequentibus exercitatos certaminibus[79]). Ab hoc tempore res mercenaria per Graeciam floruit et magna cepit incrementa. Est enim falsissimum, quod quidam existimant, quoniam prius mercenarii apud Graecos in usu fuerint et singuli ex iis alio militatum iverint, totum hoc eorum institutum ad priorem aetatem referendum esse: verissimumque contra illud Isocratis dictum in orat. ad Philippum §. 96. p. 101., ante Cyrum nullum fuisse in

77) Thucydid. VI. 25. VII, 19. 57. 58.
78) Diodor. Sicul. XIV, 19.
79) Diodor. Sicul. XIV, 23.

Digitized by Google

Graecia exercitum conducticium, si quidem ex eo demum tempore id militum genus exstitit, qui certum et perpetuum quoddam corpus formarent, bene exercitati et armorum usu et scientia clari bellum vitae negotium haberent et militarent apud ducem aliquem, usque dum eos dimitteret, aut ipsi amplius stipendia apud eum facere nolentes alii se rursus mercede locarent. Illi a Cyro conducti milites etiam post finitam expeditionem coniuncti militarunt apud alios [80]) et tantam gloriam fortitudine et disciplina nacti sunt, ut Persis postea milites Graeci ad bella gerenda gratissimi fuerint [80b]).

Ea militiae ratio ulterius usque progressa et magis magisque exculta est, quum Athenienses, societate cum Thebanis, Argivis et Corinthiis aliisque facta, bellum contra Lacedaemonios per complures annos gerentes, pecunia a Pharnabazo, satrapa regis Persarum, per Cononem accepta, praesidia in Corinthiorum regione alerent, quae constabant militibus conducticiis [81]), civibus adiectis [82]). Duces Athenienſium fuerunt Polystratus, Callias, Iphicrates, Chabrias. Iphicratis praecipua fuit cura militiae. Is enim, quum inter proelia adultus armis uti didicisset et belli gerendi imprimis gnarus esset, eum se ducem praestitit, qui in re militari plura salubria institueret et omnino verissime in-

80) Apud Thimbronem Xenoph. Anabas. VII, 6, 1., apud Agesilaum Xenoph. Hellenic. III, 4, 20. Isocrat. Panegyric. 144. p. 70. Harpocrat. s. v. Ἀγησίλαος; apud Seuthen, vid. Suid. s. v. Ξενοφῶν p. 1036. 23.

80b) Ad regem profecti memorantur etiam apud poetas comicos Latin., Terent. Heautontim. I, 1, 65., Plaut. Trinum. II, 4, 194.

81) i. e. τὸ ἐν Κορίνθῳ ξενικόν, ut dicitur ab Aristophane Plut. 173., ubi vid. scholiast. Cf. Demosthen. Philippic. I. 23. p. 46. Xenoph. Hellenic. VI, 5, 11. Harpocrat. Suid. et Phot. s. v. Ξενικὸν ἐν Κορίνθῳ. Valesius ad Harpocrat. p. 129. Add. Schneider. ad Xenophont. Hellenic. IV, 4, 14. et prae ceteris Voemelius ad Philippic. I. p. 180. ss. et Sieversii histor. graec. p. 118.

82) Demosthen. Philippic. I. l. c. Xenoph. Hellenic. IV, 4, 9.

Digitized by Google

telligeret, quomodo virtus arti et rursus ars virtuti immiscenda esset, ut illa impetu huius fortior, haec illius scientia cautior fieret. "Primum pedestria arma mutavit, quum ante illum imperatorem maximis clypeis, brevibus hastis, minutis gladiis uterentur. Ille e contrario peltam pro parma fecit, (a quo πελτασταὶ pedites appellantur [83])) ut ad motus concursusque essent leviores; hastae modum duplicavit, gladios longiores fecit. Idem genus loricarum mutavit et pro sertis atque aeneis linteas dedit. Quo facto expeditiores milites reddidit. Nam pondere detracto, quod aeque corpus tegeret et leve esset, curavit.„ Ita Cornelius Nepos vit. Iphicrat. c. 1., quocum Diodorus Siculus XV, 44. in maxima re consentit. Sed magni ducis honorem praecipue meruit, quod homines undique collectos varii ingenii variorumque morum, illos etiam, qui ex omni vitiorum faece atque colluvione concreti essent, severiori disciplinae adsuefecit [84]); tum propterea, quod assidua et strenua exercitia adhibuit robori et agilitati corporis militibus parandae, quod eos armis prompte uti et varie pugnare subtiliusque hostium ictus vitare atque inferre docuit; denique quod eos praeclare instituit, ut ambulando celeriter et aequaliter ordinem servarent, petendo et ceden-

83) Eos non primus instituit Iphicrates, sed a Thracibus eorum usum ad Graecos transtulit. Vid. interpretes ad Cornel. Nepot. vit. Iphicrat. c. 1. Cf. Herodot. VII, 75. Xenoph. memorab. III, 9, 2. φανερὸν δ' ὅτι καὶ Λακεδαιμόνιοι οὔτ' ἂν Θρᾷξιν ἐν πέλταις καὶ ἀκοντίοις οὔτε Σκύθαις ἐν τόξοις ἐθέλοιεν ἂν διαγωνίζεσθαι. Thucyd. II, 29. ibique Popponis adnotat. Hinc mercenarii saepe πελτασταὶ dicuntur; alia eorum nomina sunt ἐπίκουροι, ξένοι, ξενιτονόμενοι, μισθοφόροι, de quibus Wachsmuthius antiquitt. Hellenic. I, 2, p. 310.; nominantur etiam ἀγηταὶ Demosth. orat. de fals. legat. 315. p. 442. de coron. 145. p. 276. Philipp. epistol. 5. p. 160., vid. Dissen. not. ad orat. de coron. p. 317.

84) Cornelius Nepos vit. Iphicrat. ab initio: Non tam magnitudine rerum, quam disciplina militari nobilitatus est.

Digitized by Google

do hostes fallerent et improviso opprimerent, decurrendo in armis et convertendo perturbarent eorumque constantiam et artem eluderent [85]). Neque quidquam inexpertum reliquit, quo copias duratiores adversus frigora [86]), exercitatiores et confidentiores redderet: in castris quum quiescerent, excursiones, hostiles insidias, irruptiones, proditiones, transfugia, terrores finxit, ut si quando tale quid eveniret, praeparati essent nec ut re subita terrerentur [87]), et quum bellum non esset, non passus est otiari milites, sed semper iis modo castra movendo, modo arbores caedendo, modo fossas ducendo, nunc vasa colligendo et transferendo aliquid negotii dedit [88]). Admirationem movit ingenium et solertia ducis et quae bellandi ratio Graecis adhuc comtemtui habita et ignobilis visa erat, magnam celebritatem nacta est, quum illius peltastae moram Lacedaemoniorum cecidissent [89]). Ubicunque deinde apparebat Iphicrates cum peltastis suis bene exercitatis, in Thracia, in Aegypto, in Graecia, multa belli decora peperit et praestantissimus rei militaris magister habitus est. Non cesserunt ei bellica virtute Chabrias et Timotheus; ille quoque inventa Iphicratis ex instituto suo amplificavit idque assequutus est, quod ipsorum arti et scientiae deerat, ut milites nova acie impetum hostilis phalangis exciperent et sustinerent [90]); hic autem quum aliis rebus praeclare gestis tum magna in socios clementia, scita militum tractatione et mirabili subsidiorum parandorum cura magnam sibi nominis famam comparavit [91]). Chabrias et Iphicrates etiam

85) Vid. Lachmanni histor. graec. p. 173. ss. Sieversii histor. graec. p. 119. ss.

86) Polyaenus III, 9, 34.

87) Polyaenus III, 9, 32.

88) Polyaenus III, 9, 35.

89) Vid. commentarium ad §. 198. p. 505.

90) Lachmanni historia graec. p. 174. Cornelius Nep. vita Chabr. c. 1.

91) Cornelius Nep. vit. Timothei c. 1. et quae infra allata sunt.

Digitized by Google

rem navalem melius constituerunt [91b]). Illo tempore amplam mercenariis quum gloriae tum lucri materiem praebuerunt bella, quae ab Evagora, ab Aegyptiis et satrapis Persarum contra magnum regem gerebantur; ad ea maxime Persae quaesiverunt Graecos mercenarios et accidit, ut in utrisque partibus Graeci contra Graecos pugnarent [92]). Conduxerunt etiam reges Thraciae Graecos litibus suis dirimendis et ipsi Athenienses miserunt mercenarios ad bellum Amphipolitanum, ad Chersonesum recuperandam, ad socios rebelles debellandos, ad Olynthum servandam. Ad haec durabant in Graecia interiora bella, ex parte per mercenarios gesta: plurimos consumpsit bellum Phocensium, ad quod undecunque homines confluxerunt, quum affatim ab illis stipendia erogarentur [92b]). Praeter nominatos duces catervis conducticiis praefuerunt Thrasybulus, Diotimus, Phocion, Athenodorus, Chares, Diophantus, Stesicles, Ergophilus, Autocles, Menon, Timomachus, Nausicles, alii, quos omnes nominare nihil attinet, quum, qui per hanc aetatem imperium accipiebant, aut solos mercenarios aut civibus adiunctos ducerent; quin etiam peregrini [93]) ad imperium arcessebantur, quales fuerunt Menelaus [94]), frater Philippi ex noverca genitus, et Charidemus, et quos ex iis duces in exercitu regendo socios sibi adiunxerant, eos, si de se bene meruissent, ut propterea praecipuo haberentur honore et in partes reipublicae ducerentur, civitate donari iubebant. Ita Ti-

91 b) Polyaenus III, 11, 7. Xenoph. Hellenic. VI, 2, 27.

92) Diodorus Sicul. XVI, 42. 44.

92 b) Diodorus Sicul. XVI, 37. *Ὁ γὰρ χρυσὸς τὰς πλεονεξίας τῶν ἀνθρώπων ἐκκαλούμενος ἠνάγκασεν αὐτομολεῖν πρὸς τὴν ἐκ τοῦ κέρδους λυσιτέλειαν.*

93) Vid. Platonis Ion. extr. ibique Nitzchii not. p. 45. Cf. Voemelium ad Demosthen. Philippic. I. p. 182.

94) Voemelius ad Philippic. I. p. 188. s. Car. Georg. Boehneckium quaestt. p. 246 et 247. n. 1.

Digitized by Google

motheus et Iphicrates obtinuerunt, ille ut Polysthenes et Phrasicrides [95]), hic ut Strabax et Polystratus [96]) cives fierent.

Nunc summa rei militaris in manus mercenariorum venerat. In bello Corinthiaco civium usus fuit maxime in defendendis urbibus et praesidiis agendis [97]); ii tamen posteriore aetate non ab omni militia remoti erant, sed, si necesse esset, adscendebant naves et militabant, quamvis animi eorum a castris et pugnis magis magisque abalienarentur. Antiqua enim ars bellandi, quam maiores pro eximia habuerant in pugnisque exercuerant feliciter, non congruebat amplius ingenio aetatis et levitati animorum; non expedita erat et promta, sed gravis ac mole et tarditate noxia; conveniebat iis optime nova ratio, mobilitate et celeritate insignis, omnibusque probata, quum experimenta sui pretii exhibuisset [98]). Ipsi Arcades, qui hoplitae levioris generis fuerunt, quam ceteri Graeci, et fortitudine insignes, quum peltastae Iphicratis, quorum novum bellandi genus prius novissent, in eorum terram ingressi essent, tanquam spectra videntes, infantium more tanto metu perculsi sunt, ut ex urbibus egredi non auderent [99]). Non tamen Athenienses suam militiam ad scientiam illorum accommodarunt, sed antiquae rationi adhaeserunt, sive quod eius in reipublicae institutis fundatae difficilis quaevis mutatio erat [100]), sive quod perpetua

95) Demosthenes Aristocrat. §. 102.

96) Demosthenes Leptin. 84. p. 482. Aristotelis rhet. II, 23, 13. καὶ ὁ Θεοδέκτης ἐν τῷ νόμῳ, ὅτι πολίτας μὲν ποιεῖσθε τοὺς μισθοφόρους, οἷον Στράβακα καὶ Χαρίδημον διὰ τὴν ἐπιείκειαν, φυγάδας δ' οὐ ποιήσετε τοὺς ἐν τοῖς μισθοφόροις ἀνήκεστα πεπραγμένους; Sieversii histor. graec. p. 310. n. 93.

97) Sieversii histor. graec. p. 118. n. 15.

98) Lachmanni histor. graec. p. 174. s.

99) Xenoph. Hellenic. IV, 4, 16. s.

100) Heerenius histor. graec. p. 349. ss. compluribus locis.

Digitized by Google

armorum tractatione non delectabantur, neque graviora sibi, quam suis rationibus convenirent, munera imponi volebant. Neque civibus commodum esse poterat, quod illa postulabat, ut bene exercitati et severiori disciplinae adsueti ipsi per se perpetuum exercitum constituerent, e nutu et arbitrio ducis pendentes omnibus eius dictis obedirent ad quaevis munia sustinenda, neque prius discederent, quam ab eo dimitterentur. Aegre tulissent, si Iphicrates ipsos, diu in bello circa Corinthum commoratos, paulo post Athenas reversos in Chersonesum ducere voluisset; mercenarii autem eum laeto animo sequuti sunt [101]). Pariter non congruebat cum eorum consuetudine illud institutum, quo, qui bene rem gessissent, statim a duce praemiis ornabantur, contra qui deliquissent, pro cuiusque delicti ratione vel leniter vel graviter puniebantur. Ita Xenophon [102]) de se ipso gloriatur, multos a se vapulasse, quia ordines deseruissent, atque variis modis Iphicrates milites, quos alacriores et promptiores ad pericula reddere vellet, et honorabat [103]) et castigabat [104]), et callide instituebat, ut fortissimos e suis deligeret [104b]). Quanta is severitate exercitui praefuerit, exemplum memorabile ostendit. Quum enim stativa Corinthi haberet et appropinquante hoste ipse vigilias circumiret, eum, quem in statione dormientem deprehenderat, transfixit hasta, quod factum quibusdam aspere accusantibus: Qualem inveni, inquit, talem reliqui [105]). Addo, eum consensionem et proditionem mercenariorum vindicantem de ducibus supplicium sumsisse et milites

101) Xenoph. Hellenic. IV, 8, 34.
102) Anabas. V, 8, 1. ss. 12. ss. et 16.
103) Polyaenus III, 9, 31. Leo Tactic. XX, 191, 192.
104) Polyaenus l. c. 4.
104b) Polyaenus III, 9, 10. Leo Tactic. XX, 76, 166.
105) Frontinus Strategemat. III, 12, 2.

Digitized by Google

gregarios nudos e castris expulisse [106]). Tale quid copiis civilibus accidere non potuit: si quid peccassent in bello, in eos domi animadvertebatur [106b]); adsueverant cum duce in gratia esse eumque sibi parem ponere, nisi quod unum esse oportere existimabant, qui auctoritate et consilio bellum administraret [107]). Sed de imperio ducis quam aliter senserit Iphicrates, liquet e dicto eius, quod scriptores [108]) memoriae mandarunt. „Comparans ille exercitum cum corpore humano, pectus phalangem appellavit, manus milites levis armaturae, pedes equitatum, caput ducem. Reliquorum si quid desit, claudum et mutilum exercitum esse: sin deficiat dux, totum inutilem discedere.“ Revera duces mercenariorum illa aetate principes non solum ordine et dignitate, sed etiam potestate fuerunt, et vim in se complexi sunt omnium. Unus valebat imperator: civibus de robore multum et reipublicae de maiestate detractum erat. Cuius rei multa documenta sunt. Iphicrates capitis accusatus iuvenes armatos adversus iudices disposuit, qui monstrantes capulos terrorem iis iniecerunt tantum, ut reum absolverent [109]). Idem alio tempore causam dicens, quum male secum agi videret, orationem abscindens, ensem iudicibus monstravit, qui rursus eum metu armatae cohortis absolverunt. Post victori quum aliquis vim iudicibus adhibitam obiiceret, amens essem, inquit, si pro Atheniensibus bella geram, pro me vero non item [110]). Atrocius violentiae exemplum a Critia sub triginta tyrannis datum erat, quum

106) Polyaenus III, 9, 56.

106b) Vid. Car. Frid. Hermannus antiquitt. publ. §. 146. n. 2.

107) Heerenii histor. graec. III, 1, p. 359.

108) Plutarchus vit. Pelopid. init., Polyaenus III, 9, 22. Leo Tactic. XX, 193.

109) Polyaenus III, 9, 15.

110) Polyaenus III, 9, 29.

Digitized by Google

Theramenem e curia, quam militibus conducticiis cinxerat, in carcerem deduci iuberet [110b]). Evanuit etiam optima illa et a maioribus religiose culta consuetudo, ut, si quid praeclari duces gessissent, id pro facto civitatis haberetur. Iphicrates [111]) ausus est in facta praeda suum nomen, non civitatis, inscribere, et Demosthenes [112]) queritur, quod suo tempore multi ita loquantur: „Corcyram cepit Timótheus et moram cecidit Iphicrates et ad Naxum proelio navali vicit Chabrias.“ Neque mirum est, duces liberius paulo et magis e suo arbitratu, quam civitatis voluntate egisse. Nam etsi ea in apparandis navibus et militibus hisque alendis pecunias impendebat, eae tamen plerumque non sufficiebant: illi saepe mittebantur vel una vel paucis navibus neque opibus praeterea neque militibus satis instructi [113]). Quare et naves conquirere et milites conducere et pecunias et alimenta congerere cogebantur, et qui in his rebus magna officia populo praestabat, acceptus erat et observabatur [114]). Accidit, ut duces sua sponte [115]) vel etiam invitati [116]) regem

110b) Xenoph. Hellenic. II, 3. 50. ss.

111) Suidas s. v. Ἰφικράτης.

112) In Aristocratia §. 198. ubi vid. commentarium p. 504.

113) Ut Chabrias secundum Aristocrat. §. 171., Timotheus secundum Isocratem de permutat. §. 120. Cf. Demosth. Olynth. III. 5. p. 30.

114) Ut Iphicrates, de quo vid. Xenoph. Hellenic. VI, 2, 14. ss.; contra Timotheus ab imperio remotus est et accusatus, quoniam comparando belli apparatu tempus perdidisset. Xenoph. l. c. 13.

115) Chabrias Acorin et Nectanebin in Aegypto (Diodor. Sicul. XV, 29. Cornel. Nep. vit. Chabr. 2. ibique interprett., Theopomp. ap. Athenaeum XII. p. 532.) et rursus Tachum (Diodor. Sicul. XV, 92. Plutarch. Agesil. c. 37. Cornel. Nep. c. 2. ibique interprett., Aristot. oeconom. 33. 26.), Iphicrates Seuthen (Cornel. Nepos c. 2. ibique interprett.) et Cotyn, vid. Aristocrat. 129. ss.

116) Iphicrates iubente populo regem Persarum contra Aegyptios,

Digitized by Google

Persarum vel satrapas eius vel reges Aegyptiorum vel Thracum vel alios adiutum irent ibique militibus suis tanquam deversoria belli praeberent, ut vivere possent [117]); ut ex suis opibus sustentarent populi tenuitatem [118]); denique ut bellum peregrinum ad alendos suos mercenarios quaererent, civibus adeo nescientibus [119]), ubi illi versarentur, id quod Chares in bello sociali fecit. Castra regis Persarum sequebantur, ut rem suam familiarem perturbatam restituerent [120]). Sed plures e civitatibus et sociis et hostilibus pecunias et opes redigebant, quibus non solum impensas belli sustinerent, sed unde etiam singulari munificentia populum sibi obstringerent. Id enim non raro factum est, ut duces munera mitterent populo [121]) vel etiam oratoribus [122]), qui illum regerent

---

vid. Diodor. Sicul. XV, 41. Cornel. Nepot. c. 2., Chabrias Evagoram contra Persas, vid. Cornel. Nepot. c. 2. Demosthen. Leptin. 76. p. 480., Timotheus Ariobarzanem, vid. Demosthen. de Rhod. libert. 9. p. 192. s.

117) Oronti contra regem Persarum pugnanti ad alendos mercenarios auxilium ferre iubentur a populo Chares, Charidemus, Phocion. Vid. populi psephisma, quod Franzius edidit in Bulletin. dell' instit. di corr. archaeol. Rom. 1835. p. 213. Id factum videtur post Olymp. CVII, an. 2., quo demum anno Charidemus, qui in illo psephismate inter duces Atheniensium nominatur, apud eos stipendia facere coepit. Rem tamen aliter explicavit Boeckhius quaestt. p. 725. s. n. 8.

118) De Timotheo Isocrates de permutat. 113. et aliis locis. Cf. Lysias de bonis Aristophan. 22, 153. Boeckhius oeconom. civit. Athenien. I. p. 316.

119) Vid. Demosthen. Philippic. I. 24. p. 46. s. Olynth. II, 28. p. 26. Diodor. Sicul. XVI, 22.

120) Veluti Timotheus, qui, ut ex orat. Demosth. in Timotheum p. 1185. apparet, aere alieno premebatur. Vid. Schneideri not. ad Hellenic. p. 345.

121) Vid. Demosth. Olynth. III. 31. p. 37. Ulpian. 32. b, 33. a, Theopomp. apud Athen. XII. p. 532. d.

122) Vid. Theopomp. ap. Athenaeum XII. p. 532. c.

Digitized by Google

eiusque iram, si quid deliquissent, a se averterent aut mitigarent. Quae sane mihi prima atque maxima videtur fuisse causa, cur plerumque nimis indulgentes essent in Charetem Athenienses. Ipse Iphicrates aliique, dum foris bella gerunt, quo tutius agere possent, amicitiam domi cum oratoribus coluerunt et Isocrates [123]) vituperavit Timotheum, quod eos neglexisset. Quare duces militum et oratores inter se coniuncti alteri alteris mutuum auxilium ferebant [124]) et maiorem, quam par esset, potentiam adepti, res publicas moderabantur magis in suum, quam in civium commodum [125]), illorumque auctoritas immodice aucta fuisset, nisi perpetuus in ipsorum animis suspicacis et invidi alienae potentiae populi timor haesisset [126]).

Deinde ad auctortiatem suam amplificandam sibique et civibus utilitates comparandas ducibus magna vis magnumque momentum positum erat in amicitia cum regibus et principibus facta [127]). Jason Pheraeus et Alcetas, rex Molossorum, amici fuerunt Timothei et magna ab iis in eum profecta sunt officia. Ambo adfuerunt Athenis capitis reo et de fama dimicanti suaque deprecatione impediverunt, quominus damnaretur [128]). Amyntas, rex Macedoniae, tanti Timotheum fecit, ut ei, non populo, materiam e Macedonia navalem dono mitteret Athenas [129]).

---

123) Orat. de permutat. §. 136. ss.

124) Aristocrat. §§. 8—13. 147. 189.

125) Demosth. Olynth. II. 29. p. 26. orat. in Androt. 66. et 67. p. 613. s. Dinarch. orat. in Demosth. 99. p. 67. Cf. Boehneckius quaestt. p. 362.

126) Vid. Cornel. Nepot. vit. Timoth. c. 3. ibique interprett.

127) Vid. Lachmanni histor. graec. p. 265. s.

128) Demosthen. orat. in Timoth. 22. p. 1189. Cornel. Nep. vit. Timoth. 4.

129) Demosthen. l. c. 26. p. 1192. Ligna navibus exstruendis apta propter bonitatem e Macedonia asportabantur, ut apparet ex orat.

Digitized by Google

Neque raro principes, apud quos duces Atheniensium in magna auctoritate erant, iis loca munita dederunt aut permiserunt, ut urbes et castella in suis terris conderent et exstruerent. Dono dedit Ariobarzanes, satrapa Lydiae, duas urbes Sestum et Crithoten Atheniensibus pro auxilio, quod ei Timotheus tulerat [130]), et Iphicrati a Seuthe vel a Coty concessum est, urbem Dryn munire, in quam non dubium est quin mercenarios suos, bello confecto, colonos duxerit, quamque sibi ipsi refugium fore speraverit, ut revera fuit, rebus adversis tentato [131]). Ita etiam Athenodorus [132]) urbem in Thracia condidit ibique cum colonis eo ductis vel suis mercenariis vivens, quoties occasio daretur, inde progressus pugnavit. Prius Alcibiades castella in Chersoneso muniverat, quo confugit, si securus esse vellet [133]). Etiam Xenophonti Seuthes castella promiserat [134]). Neque novum fuisse ducibus videtur, possessiones urbium et agrorum acquirere, ut suo more viverent suoque ipsorum imperio uterentur, neque ex populi auctoritate penderent, quod quidem Ergoclis cuiusdam consilium ostendit, qui Thrasybulo auctor fuerit, ut pro se Byzantium occuparet [135]); tum eos ad id etiam cura mercenariorum impulit, qui confectis stipen-

---

de foed. c. Alexandr. 28. p. 219., eaque ad domum aedificandam dono data memorantur orat. de fals. legat. 265. p. 426.

130) Vid. Isocrat. de permutat. 112. Cornel. Nep. vit. Timoth. c. 1.

131) Vid. commentarium ad §. 132. p. 395. Boehneckius quaestt. p. 37. n. 1.

132) Vid. commentarium ad §. 10. p. 146. s.

133) Xenoph. Hellenic. I, 5, 17. Ἀλκιβιάδης — λαβὼν τριήρη μίαν, ἀπέπλευσεν εἰς Χερρόνησον, ἐς τὰ ἑαυτοῦ τείχη. Cf. II, 1, 25. et quem ibi Schneiderus citavit, Plutarch. vit. Lys. 10. et Alcib. 36. 37. Cornel. Nep. vit. Alcib. c. 7.

134) Xenoph. Anabas. VII, 2, 38. 5, 8. 7, 55. Vid. Sieversii histor. graec. p. 103. n. 68.

135) Vid. Lysiae orat. adv. Ergocl. 5. p. 180.

Digitized by Google

diis agros haberent ad vitam sustentandam vel domicilium certe, quo consederent et unde prodirent denuo, quum usus adesset [136]). Chareti reditus Sigei ab Artabazo videntur concessi fuisse [137]).

Adeo duces illius temporis affinitate cum regiis domibus se coniunxerunt, qua freti sibi auctoritatem parare vel securitatem contra populi libidinem nancisci vellent, neque reges eiusmodi vincula spreverunt neque verecundati sunt offerre, dum, quod iis propositum esset, consequerentur, id maxime cogitantes, quemadmodum illi, quo arctius sibi iunctos tenerent, eo avidius suis commodis servituri essent. Scimus Seuthen, regem Thracum, filiam suam Xenophonti obtulisse uxorem [138]); ut filiam Seuthae in matrimonium duceret, Thrasybulo postea suasisse Ergoclem [139]), et Cotyn Iphicrati [140]) et Cersobleptem Charidemo [141]) affinitate connexos fuisse. Pariter ad splendorem et honores adipiscendos duo Rhodii Memnon et Mentor ad affinitatem cum Artabazo nisi sunt [142]). Comparandi sunt cum iis duces illi, qui seculo XIV et XV. nomine condottieriorum in Italia innotuerunt [143]). Novis militiae institutis clari mercenarios aluerunt, quos principes mercede conducebant. Insignes

136) Xenoph. Anab. V, 6, 15. VII, 3, 19. Isocrat. ad Philipp. 120. a. p. 106.

137) Vid. Demosth. Olynth. II, 28. p. 26. ibique Voemelii adnot.

138) Xenoph. Anab. VII, 2, 38.

139) Lysias orat. adv, Ergocl. 6. p. 180.

140) Vid. Aristocrateam §. 129. ibique commentarium p. 891.

141) Vid. Aristocrateam l. c. ibique commentarium l. c.

142) Vid. Aristocrat. §. 157. Commentarium ad §. 154. p. 444. Fallitur Sieversius histor. graec. p. 878. n. 141., qui Artabazum filias suas Memnoni et Mentori in matrimonium dedisse putat. Vid. Diodor. Sicul. XVI, 52. ibique Wesseling.

143) Vid. Dan. Beckii histor. univers. p. IV. p. 143. Cf. Goethii script. t. XXXVIII. p. 256. ss.

Digitized by Google

fuerunt Bracco et Franziscus Sforza. Hic est alter Iphicrates. Uterque enim humili et obscuro loco natus, quum pugnandi arte scientiaque ad imperium exercitus venisset et praeclara gessisset, ille apud Ioannem Mariam Viscontium, ducem Mediolani, hic apud Cotyn mercede militans, finibus imperii dominorum propagatis, ad altissimum fortunae gradum evectus, affinitate cum regia domo coniunctus est. Ita etiam Caesar Byzantinus circa an. 1269. ducem militum praedantium nomine Solimpaxin eo sibi adiunxit, quod ei filiam in matrimonium dedit [144]). Tali familiaritatis coniunctionisque necessitudine Graecorum ducum non deerant qui se a republica inciperent alienos ducere suamque rem a rebus publicis seiungere atque ita se gerere, ut appareret, eos nolle populo parere, sed velle imperare. Iphicrates quidem, quum apud Cotyn stipendia mereret, in mari contra Athenienses pugnavit [145]) et Athenodorus a rege Persarum conductus contra Phocionem [146]). Sed ille imperio regis servati quamvis impulsus, ut adversus urbes Atheniensium arma ferret, id se facturum praefracte negavit [147]), neque Athenodorus alio tempore, quando occasio ita ferret, rationes civium suorum neglexit [148]). Magnum autem inde civitati extitit damnum, quod illi luxuriosa et delicata vita apud exteros imbuti, domum reversi laute vivebant et indulgebant sibi liberalius suoque exemplo mores civium depravabant; tum etiam quod se oculis populi invidi subtrahentes patriae deerant, tantum ab iniuria se abesse rati, quantum a coetu congressuque impotentium dominorum

144) Vid. Ludov. Schloezeri horas subseciv. hist. p. 63. ss.

145) Aristocrat. §. 150.

146) Polyaenus V, 21. Ἀθηνόδωρος βασιλεῖ στρατηγῶν ἡττηθεὶς ὑπὸ Φωκίωνος περὶ Ἀταρνέα.

147) Aristocrat. §. 151. s.

148) Aristocrat. §. 170. 173.

Digitized by Google

recessissent. Itaque Iphicrates plurimum in Thracia vixit, Chabrias in Aegypto, Timotheus Lesbi, Chares in Sigeo [149]).

Quum igitur duces illius temporis iusto maiorem potestatem nacti essent et magnas res gerendo et gloriam acquirendo potissimum sua auctoritate et suis commodis iisque saepe etiam magis quam populi saluti consulerent, non est mirandum, quod scriptores, maxime oratores, inprimis Demosthenes et Isocrates, de hoc mercenariorum instituto valde conquesti sunt. Id iam multum incommodi attulit, quod quam cito cives aliquid decreverunt, tam tardi in eo exsequendo fuerunt [150]). Nam quum ipsi a militia abhorrerent, quoties necessitas vel occasio opportuna oblata erat rei alicuius suscipiendae, studia eorum et conatus reprimebantur difficultate apparatus bellici et praecipue militum defectu [150b]). Duces non raro vacuis navibus missi, sive civilibus copiis non instructi [151]), aut, si quid domi ad bellum praeparatum erat, inquilinis et libertinis praefecti [152]), milites mercede conducere et augere, aut si se non satis copiarum habere videbant, de supplementis bene sperare [153]) iubebantur. Quare sero

149) Athenaeus XII. p. 532. b. Cornelius Nep. vit. Chabr. c. 3. Boeckhii oeconom. civit. Atheniens. I. p. 314. s. Lachmanni histor. graec. p. 265.

150) Demosth. Olynth. I. 12. p. 21. Olynth. II. 23. p. 24. Olynth. III. 5. p. 30. 14. p. 34. Philippic. I. 30. p. 48. 40. 41. p. 51. 52.

150b) Philippic. I. 36. p. 50.

151) Philippic. I. 43. p. 52. ibid. 45. p. 53. Olynth. III. 5. p. 29.

152) Philippic. I. 36. p. 50. Cf. Xenoph. de vectigal. Atheniens. c. II. 3. s.

153) Huc pertinent *αἱ ἐπιστολιμαῖοι δυνάμεις*, quae Philippic. I. 19. p. 45. commemorantur, i. e. *αἱ ἐν ἐπιστολαῖς γραφόμεναι μόνον δυνάμεις, ἔργῳ δὲ ἢ ἐν πολέμῳ μὴ θεωρούμεναι.* Bekkeri anecdot. vol. 1. p. 253, 16. Cf. Philippic. I. 30. p. 48. 43. p. 52. 45. p. 53. Vid. Boeckhii oeconom. civit. Atheniens. I. p. 291. s. et Voemelli adnotat. ad Philippic. I. p. 176.

Digitized by Google

venientes maximas opportunitates de manibus emittebant [154]) et post alios, qui promptiores ad agendum et expeditiores erant, misere relinquebantur [155]) vel nullum suae potentiae metum iniicientes ab hostibus deridebantur [156]). Hinc a Demosthene frequentes illae de tarditate civium in rebus gerendis et consequutis inde detrimentis querimoniae habentur. Praeclare agebatur, si dux celeber creatus exercitum promptum paratumque haberet, qualem habuit Iphicrates, quum Corintho reversus in Thraciam profectus est, aut sine magna industria talem cogere posset, ξενα γοῖς copias suas offerentibus [157]). Sed iam in conducendis mercenariis multum impensae factum videtur: mihi quidem non dubium est, quin etiam Athenienses auctoramentum dederint, ut certa esset modo conductorum fides [157b]); deinde quum paciscerentur cum iis, conditiones pro temporum ratione aut iniquae aut aequae erant. Priori tempore, quum res mercenaria existeret, stipendia maiora et alia emolumenta mercenariis dari solebant; postquam autem vulgatior facta erat, ut Philippi temporibus, illa ad mediocritatem revocata sunt, nunquam tamen eorum aequalitas valuit [158]). Accidit etiam, ut Athenienses ab ipsis ducibus nonnunquam pecunia defraudarentur. Falso enim mercenariorum numero delato et pluribus, quam conducti erant, in rationes inductis, studebant illi acceptas a civitate opes in suum usum con-

154) Philippic. I. 8. p. 42, 32. p. 49. 35. 36. p. 50. 46. p. 53. Olynth. II. 25. p. 25.

155) Olynth. II. 23. p. 24. Cf. Isocrat. Nicocl. 18. ss. p. 30.

156) Philippic. I. 45. p. 53.

157) Ut a Charete conducti sunt, quos rex Persarum dimiserat. Vid. schol. August. ad Demosth. Philipp. I. 24. p. 46.

157 b) Isocrat. ad Philipp. 96. s. p. 101.

158) Vid. Boeckhii oeconom. civit. Atheniens. I. p. 296. s. Kellermanni dissertat. de re militar. Arcad. p. 78. s.

Digitized by Google

vertere [159]); et quamquam mittebantur, qui numerum conductorum militum investigarent [160]), tamen praeter opinionem cecidit, ut missi item ad fraudem acuti se corrumpi paterentur [161]). Quae res in copiis civilibus longe alia fuit. Haec tamen mala ferenda fuissent, nisi cum luxuria et mollitie civium paupertas crevisset. Eorum publicae facultates vel eo tempore, quo socios rursus acquisiverant et multum pecuniae in urbem confluxerat [162]), exhaustae erant, ut subsidia, quibus necessitatibus copiarum sufficerent, nonnunquam ne in unum quidem diem praebere possent [163]), nedum bella gererent, quibus magnas mercenariorum catervas sustentarent; et quum socii denuo defecissent, multo miserabilior apud eos exstitit rerum conditio [164]): inopes a stipendiis et cibariis, quae militibus dabantur, Philippum ferebant urbes Graecas in servitutem redigentem [165]). Neque ditiores cives, quibus officium erat trierarchia fungendi aut pecunias ad bellum conferendi, ad id explendum semper parati erant [166]) neque poterant, privatis ipsorum opibus attritis [167]). Fie-

159) Vid. Boeckhii oeconom. civit. Atheniens. I. p. 315. Car. Frid. Hermanni antiquitt. publ. §. 171. n. 15.

160) De his ἐξετασταῖς Bekkeri anecdot. p. 252. s. v. Ἐξεταστάι. οἱ πεμπόμενοι ἄρχοντες προεξετάσαι τοὺς ξένους, πόσοι εἰσὶν, ἵνα μισθὸς αὐτοῖς πέμπηται, διὰ τὸ τοὺς στρατηγοὺς ψευδομένους πλείονας καταριθμεῖν.

161) Vid. Aeschin. orat. in Timarch. 113. p. 16.

162) Nomine συντάξεων, de quibus vid. Boeckhii oeconom. civit. Atheniens. I. p. 450, ss.

163) Vid. Aristocrat. §. 209.

164) Vid. Boeckhii oeconom. Atheniens. I. p. 453. ss.

165) Olynth. III. 20. p. 34.

166) Olynth. II. 24. p. 25. Philipp. I. 16. s. p. 44. in Mid. 203. p. 579. Prooem. 21. p. 1432. ab init.

167) Demosthen. de syntax. 27. p. 174. ἐξανήλωνται δὲ οἵ τε ἴδιοι πάντες οἶκοι καὶ τὰ κοινὰ τῇ πόλει καὶ τὰ παρὰ τῶν συμμάχων; Olynth. II. 31. p. 37.

Digitized by Google

bant simulationes facultatum et lites de earum permutatione, ex iisque magna rerum gerendarum mora [168]). Miserum autem erat, quod cives sua pecunia peregrinos aluerunt [169]), dum ipsi domi sedent otiosi [170]). Si ipsi naves adscendissent et officio militandi satisfecissent, bellum multos pauperes, qui alendi erant, aluisset, neque illud cum damno civitatis incidisset, ut pecuniam militarem, quae theatralis facta erat, consumerent nihil agentes, quam, ut postulavit Demosthenes, accipere debebant, qui in bellum proficiscebantur [171]). Haec Atheniensium inopia et effusio in mercenariis alendis noxia fuit adeoque periculosa. Qui quum ad stipendia facienda ex compluribus populis concurrerent vel ex variis agminibus, prout ea οἱ ξεναγοὶ adducerent, compositi essent, magna res erat ducibus, homines et patria et moribus et ingenio dissimiles in unum cogere, mansuefacere, continere. Eos neque caritas patriae ad pugnandum incitabat, neque data fides in militia tenebat et dicto ducum audientes reddebat, sed plerique ad facienda officia, quae cives, quum militarent, sua sponte facere solebant, aut proposita mercede aut spe praedae et praemiorum stimulabantur. Ita animatos milites si civitas alit opibus florens, ut et alimentis et mercede iusto tempore acceptis faciant, quae ab iis postulentur, duci strenuo et impigro continget, ut eos ad certum militiae institutum adstringat, neque in lasciviam et mores perditos sine pudore prolabi patietur; sin

168) Philippic. I. 7. p. 42. 36. p. 50. Boeckhii oeconom. civit. Athenien. I. p. 122.

169) Olynth. II. 28. p. 36. de syntax. 27. p. 174. οὐ πλείω μὲν ἢ χίλια καὶ πεντακόσια τάλαντα ἀνήλωται μάτην εἰς τοὺς τῶν Ἑλλήνων ἀπόρους; Cf. Isocrat. Areopagit. 9. p. 141.

170) Olynth. II. 23. p. 24.

171) Olynth. I. 20. p. 14. Olynth. III. 19. p. 33. et aliis locis. Liban. argument. ad Olynth. III.

Digitized by Google

autem subsidia ei desunt, ut neque necessaria ad vitam conductitiis neque promissam mercedem ad tempus suppeditare queat, eos neque lenis quaedam severitas neque rigor disciplinae coercebit. Haec fuit sors omnium civitatum, quae mercenarios alebant [172]), atque inde Atheniensibus quoque multum acerbitatis accidit. Qui quum a bellis non possent quamvis in summis angustiis versantes desistere aut nollent superbia instigante, quoniam principes in Graecia et habebantur et haberi volebant [173]), sperarunt plerumque, duces et ingenio et arte non solum copias adscituros, sed etiam subsidia iis paraturos vel etiam fortunam belli opitulaturam [174]). Itaque illi non mediocriter laborabant in mercede solvenda et alimentis praebendis. Quum conductorum militum genus lucri cupidum esset, ad turbas ciendas quavis occasione paratum erat, maxime quum stipendia in tempore non solverentur. Concursu primum facto, tumultu tota castra implebant, insanis clamoribus duces sollicitabant, vel imperata exsequi nolentes, si sibi, quod iure postularent, non statim concederetur; neque aliter poterant ad officium reduci, nisi precibus et pollicitationibus; deinde quum die constituta solutio rursus differretur, minitabantur se armis ius suum persequuturos aut ad hostes transituros, et nonnunquam usque adeo exasperabantur, ut duces acerrime peterent [175]). Neque raro accidit, ut, si

172) Vid. Isocratis epistol. II. ad Philipp. 19. ss. p. 410.

173) Isocrates oration. de pac. 43. p. 168. ἄρχειν μὲν ἁπάντων ζητοῦμεν, στρατεύεσθαι δ' οὐκ ἐθέλομεν.

174) Demosth. Philipp. 1. 29. p. 48. προσπορισεῖ τὰ λοιπὰ αὐτὸ τὸ στράτευμα ἀπὸ τοῦ πολέμου, οὐδένα τῶν Ἑλλήνων ἀδικοῦν οὐδὲ τῶν συμμάχων, ὥστ' ἔχειν μισθὸν ἐντελῆ.

175) Diodor. Sicul. V, 71. XIV, 20. 88. XVI, 62. 78. 79. Varios huius generis conatus e Xenophontis Anabas. commemorat Kellermannus de re militar. Arcad. p. 78.

Digitized by Google

duces eorum optatis non respondissent, ad alios irent militatum; nec deerant inter ipsos clandestinae machinationes et artes et conspirationes, auctae inprimis per hostium calliditatem, a quibus vel cupiditas deficiendi exercitui iniiceretur vel manifesta etiam defectio pararetur [176]). Largioribus enim stipendiis promissis vel etiam praemiis adiectis, nihil facilius erat, quam ab altera parte ad alteram mercenarios trahere [177]). Relicti et nudati in magna pericula incidebant, hoste urgente, aut rem susceptam omittere cogebantur aut certe in ea suscipienda retardabantur, donec novas copias arcessivissent. Ob eam causam prima ducum cura esse debuit, ut milites et alimenta et mercedem debitam acciperent. Unde autem haec duo praestanda erant publice non satis aditis, nisi vexando socios et pecunias cum a volentibus tum a nolentibus colligendo? [178]) Urbes praesidiis occupabant, ex agris praedabantur, civitates diripiebant easque si mitius agerent, magna pecunia tutelam et securitatem redimere iubebant, rem malam honestiore nomine significantes, tanquam dona benevolo animo data acciperent [179]). In vexandis sociis summus artifex Chares fuit [180]), consociatus cum perditissimis hominibus ab iisque valde adiutus [180a]); non pepercit iis Iphicrates, sed mira

176) Thucyd. I, 143. Demosth. orat. in Polycl. 14. p. Diodor. Sicul. XX, 75.

177) Xenoph. Hellenic. I, 5, 4 et 7, Isocrat. de pac. 44. p. 168.

178) Isocrates orat. de pac. 46. p. 168. *τοὺς συμμάχους τοὺς ἡμετέρους αὐτῶν λυμαινόμεθα καὶ δασμολογοῦμεν, ἵνα τοῖς ἁπάντων ἀνθρώπων κοινοῖς ἐχθροῖς τὸν μισθὸν ἐκπορίζωμεν.* Demosth. Philippic. I. 24. p. 46. de syntax. 6. p. 167. Polyaen. III, 9, 38.

179) Demosth. orat. de Cherson. 24. ss. p. 96.

180) Diodor. Sicul. XV, 95. *τοὺς συμμάχους ἀδικῶν διετέλει.* Plutarch. vit. Phocion. c. 14. Aen. Poliorc. c. 11.

180 a) Vid. Voemelii prolegomen. in Philipp. I. p. 69.

Digitized by Google

fuit erga eos humanitas Timothei, magnaque eius facilitas ingeniique solertia, qua se ex angustiis expediret sibique omnium comprobationem pareret [181]): quem aliquo modo aequavit Phocion [182]), sed cum illis comparare licet Diopithem [183]). Abducebant etiam aliorum bona, quorum ius ac potestatem non haberent. Isto modo subsidia belli quidem parabant, sed civibus ignominiam et dedecus iniungebant et reipublicae magna detrimenta importabant [184]). Irascebantur cives specie magis quam ex animo, si populi de violentia et iniuria a ducibus sibi illata quererentur, neque aegre ferebant, si illi, dum ipsi, quod vellent, consequerentur, divina humanaque iura pensi non haberent [185]), adeoque incertos et dubitantes, quid essent facturi, ad turpiter agendum exhortabantur. Iphicrates quum in naves Dionysii, Syracusanorum tyranni, quae dona votiva Olympiam et Delphos portarent, forte incidisset easque deduxisset, misit Athenas scisciatum, quid nunc opus esset populusque non religiose Deorum res examinare, sed quomodo militem aleret, prospicere ipsum iussit [186]). Praeterea ut strenuos et fortes haberent milites, id cogitare et moliri debuerunt, quomodo eos ditiores redderent, illorumque prudentia

181) Supra p. XXXV.; Isocrat. de permutat. 116, 121. Cornel. Nep. vit. Timoth. c. 1.

182) Plutarch. vit. Phocion. c. 14. Cornel. Nep. vit. Phocion. c. 2.

183) Demosthen. orat. de Cherson. 24. s. p. 96.

184) Diodor. Sicul. XV, 95. Demosth. orat. de syntax. 6. p. 168. *Ἔπειθ' οἱ στρατηγοὶ μὴ ξένους ἔχοντες τοὺς μὲν συμμάχους ἄγωσι καὶ φέρωσι, τοὺς δὲ πολεμίους μηδ' ὁρῶσιν, ἀφ' ὧν αἱ μὲν ὠφέλειαι τούτων εἰσὶν ἴδιαι, τὰ δὲ μίση καὶ τὰ ἐγκλήματα ἐφ' ὅλην ἔρχεται τὴν πόλιν, ἀλλὰ πολίτας τοὺς ἀκολουθοῦντας ἔχοντες τοὺς ἐχθρούς, ἃ νῦν τοὺς φίλους, ποιῶσιν.*

185) Isocrat. orat. de pac. 45. p. 168.

186) Diodor. Sicul. XVI, 57.

Digitized by Google

iis ita providit, ut in distribuenda praeda bene meritis praemium contingeret et iusta laborum remuneratio, operae autem eorum, qui nondum satisfecissent pugnando, stimulus adderetur [187]). Quando autem nulla erat neque pecuniae acquirendae neque praemiorum tribuendorum opportunitas, multum intererat, utrum dux gravis esset et auctoritate satis polleret, ut ipse cuivis iniiceret admirationem sui, segnes excitaret, tumultuantes opprimeret, repugnantes obstinatosque ad officia reduceret, quod quidem Iphicrati contigit. Is etiam milites mercedem poscentes, quum dare non posset, fallaciis cepit eorumque animos sedavit [188]). At aliquando non potuit prohibere, quominus milites suis partibus relictis ad Lacedaemonios discederent, quamquam eorum defectionem irritam fecit literis ad duces perfidos missis, quae interceptae ab hostibus transfugas suspectos redderent, idque evenit [189]). Alia instituit, ut firmiter teneret mercenarios deque fide eorum sibi persuasum esset. Quoties destitutus esset pecunia ad mercedem solvendam, ducebat milites in loca deserta et littora, ut minimam impensam facerent; sin abundaret opibus, ducebat eos in urbes et fortunatas regiones, ubi celerrime consumto stipendio ad praeclarum aliquid faciendum propter pecuniae inopiam incitarentur [190]); et quod maxime valuit, in distribuenda mercede singulis mensibus quartam eius partem subtraxit eamque tanquam pignus cuiusque apud

187) Polyaen. III, 9, 31. Leo Tactic. XX, 191, 192. Idem fecit Agesilaus auctore Xenophonte Hellenic. III, 4, 15. ss. Plutarcho Agesil. c. 10. Sed Chabrias timidis exercitus militibus stipendia subtraxit. Polyaen. III, 11, 8.

188) Polyaen. III, 9, 59.

189) Polyaen. III, 9, 57.

190) Polyaen. III, 9, 35.

Digitized by Google

se deposuit, ne illi castra desererent [191]). Quis autem enumeret omnes artes, quas Timothei inopia excogitavit, pecuniae parandae, quas tam prospere exercuit, ut miles nunquam non mercede soluta e bello discesserit? [192]) In oppugnanda Samo quum octo millia peltastarum haberet, iis sine ulla publica impensa ex hostili agro mercedem solvit [193]). Alio tempore argenti inopia aes cusum stipendio dedit militibus, pro quo ut res venales acciperent effecit [194]); idem rursus persuasit mercatoribus, ut mercatu instituto res suas militibus venderent sigillo ipsius pro numis dato, quo deinde argentum permutarent [195]). Id quoque factum est, ut duces graviter ferrent, si civitas bellum componeret, quod mercenariorum alendorum causa duci mallent [196]). Nonnulli improbe in milites egerunt, quippe quos mercede fraudarent, nec mirum est, quod ea non soluta, fraudem metuentes, turbas excitabant.

Ubi autem dux ignavum se ostendit neque constantem neque solertem et callidum, milites dominabantur, atque ille in eam fortunam detrudebatur, ut illis, qui sibi parere deberent, cedens iniqua et dira, quaecunque postularentur, permitteret [197]). Consueto more solebant

---

191) Polyaen. III, 9, 51.

192) Isocrat. orat. de permutat. §. 120.

193) Isocrates l. c. §. 111. Polyaen. III, 10, 9. Cornel. Nep. vit. Timoth. c. 1.

194) Aristoteles oeconomic. II, 23. Polyaen. III, 10, 14.

195) Aristoteles l. c.

196) Aristot. rhet. III, 10. *Ἰφικράτης σπεισαμένων Ἀθηναίων πρὸς Ἐπίδαυρον καὶ τὴν παραλίαν ἠγανάκτει φάσκων αὐτοὺς τοῦ πολέμου τὰ ἐφόδια παρῃρῆσθαι.*

197) Demosth. Philippic. I. 19. p. 45. Olynth. II. 28. p. 26.

Digitized by Google

terras quum alienas tum sociorum incursare easque diripere et populari: vincula disciplinae soluta erant, verecundia iuris humani proiecta, metus legum sublatus, fides lapsa, solis, qui plus viribus pollebant, furentibus [198]). Nullum sexum, nullam aetatem lascivientes verebantur, nullius bona aut penuria laborantes aut praedae avidi sancte habebant, ipsas Graecas urbes occupabant et omni insolentia se plus posse non raro suos duces admonebant [199]). Huius generis inprimis Charetis milites fuerunt: qui aliquando ducem illum cogebant, ut ipsos sequeretur [200]); tum missi auxilio in Chalcidicen incolis tam graves et molesti erant, ut illi se nolle eos amplius sustentare profiterentur [201]). Et Chares aliquando, quum nihil Athenis accepisset, inopia stipendiorum coactus est exercitum dimittere: unde magnum civibus damnum exstitit [202]). Ii tamen, si quid praeter opinionem cecidisset, omnem culpam in duces convertebant, quasi si nullam ipsi sustinerent [203]). Id accidit praeter Charetem et Diopithem Cephisodoto, Timotheo, aliis. Quare Demosthenes, qui cuius respublica isto mercenariorum instituto conditionis esset, bene novisset, nihil prius et antiquius habuit, quam ut restitueretur ea militandi ratio, quae prioribus temporibus in honore fuisset. Id efficere

198) Isocrat. orat. de pac. 45. p. 168.

199) Aristocrat. §. 141. Isocrat. epistol. IX. 9 et 10. Panegyric. 115. p. 64.

200) Demosth. Philippic. I. 24. p. 46.

201) Philochorus apud Dionys. ad Ammaeum 4.

202) Olynth. III. 20. p. 34. Philippic. I. 24. p. 46. Boehneckius quaestt. p. 245. s.

203) Demosth. Philippic. I. 46. 47. p. 53. Olynth. II. 27. p. 25. de Cherson. 30. p. 97. Aeschin. de fals. legat. 71. p. 57. Demosth. de fals. legat. 332. p. 447.

Digitized by Google

studuit tribus orationibus Olynthiacis et quarta, quae ei adscribitur, *περὶ συντάξεως*, salutem reipublicae exercitu civili petiturus, sed nihil egit [204]). Cum eo consentit Xenophon in libr. de vectigal. c. 2, 3 et 4. *Ἀλλὰ μὴν καὶ ἡ πόλις γ' ἂν ὠφεληθείη, εἰ οἱ πολῖται μετ' ἀλλήλων στρατεύοιντο μᾶλλον ἢ εἰ συντάττοιντο αὐτοῖς, ὥσπερ νῦν, Λυδοὶ καὶ Φρύγες καὶ Σύροι καὶ ἄλλοι παντοδαποὶ βάρβαροι· πολλοὶ γὰρ τοιοῦτοι τῶν μετοίκων. Πρὸς δὲ τῷ ἀγαθῷ τῷ τούτους ἐκ τοῦ συντάττεσθαι ἀφεθῆναι καὶ κόσμος ἂν τῇ πόλει εἴη, εἰ δοκοῖεν Ἀθηναῖοι εἰς τὰς μάχας αὐτοῖς μᾶλλον πιστεύειν ἢ ἀλλοδαποῖς.* Valde eos Plato quoque vituperavit in libr. I. de legg. p. 630. B., ubi haec: *τῶν μισθοφόρων εἰσὶ πάμπολλοι, ὧν οἱ πλεῖστοι γίγνονται θρασεῖς καὶ ἄδικοι καὶ ὑβρισταὶ καὶ ἀφρονέστατοι σχεδὸν ἁπάντων, ἐκτὸς δὴ τινῶν μάλα ὀλίγων.* et quod iudicium Philippus de iis, qui faciendis stipendiis quaestum quaererent, habuerit, apparet e verbis eius, quae Diodorus Sicul. XVIII, 10. attulit: (*τούτοις*) *τὸν μὲν πόλεμον εἰρήνην ὑπάρχειν, τὴν δὲ εἰρήνην πόλεμον.* Denique Polybius bello Poenor. Afric. I, c. 165., rerum gestarum peritissimus, monet, non solum cautionem in usu mercenariorum adhibendam esse, quod quidem res inter eos et Carthaginenses factae ostendant, sed praeterea etiam spectandum: *τί διαφέρει καὶ κατὰ πόσον ἤδη σύμμικτα καὶ βάρβαρα τῶν ἐν παιδείαις καὶ νόμοις καὶ πολιτικοῖς ἔθεσιν ἐκτεθραμμένων.*

Attulit etiam commoda hoc mercenariorum institutum, quamquam idcirco non licet malis eximi, quae necessitas rerum adduxerat. Dictum est supra, civitates, si cogerentur cum pluribus hostibus vel potentiore bel-

204) Vid. Boehneckius quaestt. p. 163. 167. 171. 215.

Digitized by Google

lum gerere nec per se satis virium haberent neque a sociis adiuvarentur, ita ut quid agerent prorsus nescirent, afflictis suis rebus opitulari potuisse colligendo mercenarios, quibuscum imminentia pericula propulsarent. Ita Phocenses, bello sacro impliciti, facile statim ab initio succubuissent, nisi rem suam militibus conducticiis sustentassent. Porro si genti copiis pedestribus aut equestribus aut classiariis opus esset ad bellum, fuisse ei factam ad tempus peregrinos adsciscendi occasionem. Additum est, novam istam militiae rationem diuturniorem armorum tractandorum meditationem, maiorem alacritatem et mobilitatem, acriores contentiones et molestias postulasse, quibus cives adsuescere nec vellent nec possent: suae quisque potestatis in bello esse maluit, quam ex alieno imperio pendere et sibi consulere, quam patriae [205]). Priori tempore, quo tota militia penes cives erat, bella per idoneum anni tempus gerebantur et hiemis adventu domum redibant copiae civiles: nunc autem, quum illa continua fierent et per hiemem quoque gerenda essent, gratum et acceptum esse debuit civibus, quod habebant, qui in locum suum succederet. Exstitit Philippus, cui quaevis tempestas ad bellandum, si modo, quod vellet, assequeretur, peropportuna erat [206]); cui si Athenienses solo antiquo militandi more occurrissent, tristior atque acerbior, quam fuit, sors eorum maturata fuisset. Tum ducibus opus erat milite usu et exercitatione probato et ad maxima et durissima quaeque perferenda parato, quibus in rebus suscipiendis fiderent neque in periculis parcere deberent. Quam cauti fuerint illi in ad-

205) Demosth. prooem. 50. 5. p. 1457. *ἐπειδὰν μὲν τοίνυν ἐξέλθητε, ὃς ἂν ἡγῆται, κύριος ὑμῶν ἐστί· νῦν δ' ἕκαστος ὑμῶν αὐτῷ στρατηγεῖ.*

206) Demosth. Olynth. II. 23. p. 24. de Chers. 35. p. 98. 44. p. 100.

Digitized by Google

hibendis ad pericula civibus, ostendit Chabriae exemplum, qui si apud Naxum mercenariis praefuisset nec civibus, quorum cura eum a persequendis hostibus abstinuit, facile totam eorum classem pessumdedisset [207]). Denique mercenarii utilissimi erant ad expeditiones quum remotiores tum diuturniores: iis instructus non impediebatur dux, quominus consilia sua et bellum longius persequeretur et tamen eos poterat, opere exacto, dimittere sine mora. Contra militiae perpetuitatem civium, praeterquam quod eorum rationibus non conveniebat, respublica tantum suo damno instituere poterat [208]). Ipse Demosthenes, quamvis acerrimus mercenariorum adversarius fuisset, ut ex Aristocratea et Olynthiacis orationibus apparet, postea tamen in Philipp. I. [209]), quum adversus Philippum agens rationes explicaret, quibus ille oppugnari posset in sua terra, utilitatem eorum agnovit [210]), iubens tamen rebus illorum copias civiles interesse debere tanquam ἐπόπτας [211]): quod si fieret, deorum et fortunae benevolentiam civitati opitulaturam [212]). Quippe cognoverat, ex illis optime posse perpetuum exercitum formari, qui bello adsuetus, belli pericula contemnens et pugnandi

---

207) Diodorus Sicul. XV, 35.

208) Vid. Boeckhii oeconom. civit. Atheniens. I. p. 304. s.

209) Assentiendum est Boehneckio, qui in quaestt. p. 222. ss. rationibus certis et illustribus exponit, Philippicam 1. Olymp. CVII, an. 4. assignandam esse. Etiam ex hac commutata oratoris de militia mercenaria sententia confici potest, eam non posse in eodem anno poni, quo Aristocratea habita est, et posteriorem esse Olynthiacis, in quibus ille a mercenariis conducendis abhorreret.

210) Philippic. I, 20. p. 45., ubi tamen rem suam caute exponit.

211) Philippic. I. 25. p. 47.

212) Philippic. I. 45. p. 58.

Digitized by Google

peritissimus fortiter insultibus Philippi resisteret [213]), eumque commodo reipublicae dimitti, si eius opera atque auxilio non amplius indigeret. Neque a verisimilitudine abhorret, Philippum eo ipso tempore, quo Aristocrates psephisma tulit, potentiorem factum, etsi Athenienses ipsos nondum aperte aggressus esset, metum sui multis, certe iis, qui Charidemo faverent, iniecisse, ut optarent eum habere, qui militiae peritia, ingenio et virtute Macedoni par habendus esset [214]). Demosthenes quidem famam eius dicendo extenuare et abiicere studet, sed ex iis, quae in crimen vocat, nonnulla eius generis sunt, quae ei apud Athenienses laudem solertis, versuti et alacris ducis comparare debuerint. De quo duce quae Rumpfius [215]) commentatus est, operae pretium erit, hoc loco subiicere, indicatis iis, quae novissime a doctis hominibus de hac re disputata sunt.

---

213) Exercitus consilio Demosthenis constitutus non restitit solum Philippo, sed nocuit etiam. Vid. orat. de fals. legat. 315. p. 442. Epistol. Philippic. 5. p. 160. ὅτε φανερῶς διεφερόμεθα, λῃστὰς ἐξεπέμπετε, καὶ τοὺς πλέοντας ὡς ἡμᾶς ἐπωλεῖτε, τοῖς ἐναντίοις ἐβοηθεῖτε, τὴν χώραν μου κακῶς ἐποιεῖτε. Demosthenes bello interfuit trierarchi munere fungens. Philippic. I. 29. p. 48. Cf. vit. X. orat. p. 362. καὶ συνεβούλευσε δὲ τῷ δήμῳ ξενικὸν ἐν Θάσῳ τρέφειν καὶ ἐπὶ τούτῳ τριηράρχης ἐξέπλευσεν. Vid. Boehneckii quaestt. p. 194. s.

214) Vid. Voemelii prolegomen. in Philippic. I. et Olynth. p. 96.

215) Disputationem an. 1815. Giessae edidit ad solemnia Rectoris Academiae Ludovicianae eligendi celebranda.

Digitized by Google

De Charidemo, Orita.

Inter omnes, qui historiae antiquae curam paulo maiorem dicarunt, satis constat, cognitionem rerum, a Graecis inde ab anno 362. ante Christ. (ubi Xenophontis Historia Graeca desinit) gestarum, admodum imperfectam esse et mancam; quia historici, e quibus notitia serioris Graecorum historiae accuratior petenda esset, plerique interciderunt. Quod damnum ut resarciretur, quatenus id adhuc fieri posset, scriptores recentiores, qui in Philippi Alexandrique aetate illustranda occupati fuere, praeter alia subsidia, oratoribus quoque Graecis, quorum scripta supersunt, diligenter sunt usi. Quo e fonte ubere quidem, sed caute adeundo, licet plurima iam hauserint viri docti, qui Graecorum historiae fines aut proferre, aut certius constituere studuerunt: nequaquam tamen ille plane exhaustus est, sed multa adhuc inde depromi possunt, vel ad res iam notas accuratius definiendas [1]); vel

1) Principatum Graeciae a Spartanis ad Athenienses translatum esse Olymp. 75. 4. (476. a. C.) Diodorus Sicul. tradit quidem libr. XI, c. 44., veruntamen, cum Diodorus magnam operis sui partem non ex annalibus hauserit, sed ex historiis, in quibus rerum gestarum ordo non accurate per annos dispositus erat (v. annal. Thucydid. in Thucydid. edit. a Beckio, viro celeberr. absol. t. II. p. 621. et in Diodor. Sicul. edit. Bipont. vol. IV. Eyringii dissertat. p. VII.); Thucydides autem libr. I. c. 95. annum, quo Athenienses acceperint imperium, non definiverit; dubitari posset, an Diodorus translatum Graeciae principatum, ei anno, ad quem pertineat, assignaverit. Cf. Mitfordi histor. Graec. Eichstadii, viri celeberr. cura in ling. vernac. vers. vol. II. p. 407. not. 1.

Diodorum tamen in hac re narranda temporis ordinem recte servasse, evincitur aliquot Demosthenis locis. In Olynth. tertia enim (p. 35. lin. 5. edit. Reisk.) et in orat. de contribut. (p. 174. 2.) Demosthenes ait, Athenienses 45 annos, ut recte nunc legitur,

Digitized by Google

ad virorum in luce posteritatis collocatorum imaginem perfectius delineandam [2]); vel ad res adhuc in tenebris additas protrahendas omniumque in conspectu ponendas; ut, quae ad Graecorum leges, ritus, multaque alia melius declaranda illinc sumi possunt, nunc taceamus [3]).

Graecis *volentibus* imperasse (Ἑλλήνων ἡρξαν ἑκόντων), i. e. ab initio principatus an. 476. a. C. usque ad initium belli Peloponnesiaci a. 431. a. C. Quibus locis neutiquam adversatur Philippic. tert. p. 116. l. 21. (cf. Isocrat. Panegyr. c. 30.), ubi Demosthenes affirmat, Atheniensea 73. annos (ab anno 476. a. C. usque ad belli Peloponnes. finem a. 403. a. C.) Graeciae imperium habuisse. Etiamsi enim initio belli Peloponnes. multae civitates caussam Spartanorum amplecterentur, plures tamen, quamvis *invitae*, ad finem usque belli in Atheniensium patrocinio manserunt. Rumpf. Cf. Henr. Clintonis Fast. Hellenic. p. 32. s. ibique Append. IV. de Atheniens. principatu p. 262. ss. ed. Krueger., Weiskii libr. I. de hyperb. p. 16. A. G. Beckeri not. ad Olynth. III. p. 211., Rüdigeri adnotat. ad Olynth. II. p. 135. Voemelii ad Olynth. III. p. 137. s. et quos homo doctissimus ibi citavit.

2) Iphicratis res gestae ac laudes satis sunt celebratae; nusquam tamen alibi legi meminimus prudentiae istius imperatoris exemplum, quod Demosthenes servavit (in orat. adv. Aristocr. p. 659. lin. 8. s.), cuiusque apponendi veniam facile ab iis impetraturos esse confidimus, qui aequalium consilia et facta cum prisci temporis rebus conferre amant. „Illum (Iphicratem) aiunt (ibi legitur), fraudem in re quapiam nectentibus Lacedaemoniis, fidemque, quamcunque vellet, se daturos esse offerentibus, dixisse: tum demum fidem esse datam se existimare, si ostenderent, quod, etiamsi vellent, nocere non possent, cum probe sciat, ipsos hoc semper velle; quoad igitur id possent, fidem nullam habendam esse.“ Ita Rumpfius secundum Reisk. edit.; sed tribuas illud dictum Philocrati, Ephialtis filio, cum optimis libris, quamquam id optime convenit Iphicratis moribus, quem in agendo scimus omne genus cautionis adhibuisse. Vid. Demosth. procem. 50. s. p. 1457.

3) Cf. Wolfii, viri clarissimi, epistol. ad Reizium in consummatissima orat. adv. Leptin. editione. Rumpf.

Digitized by Google

Cum igitur in iis, quae de Charidemo, Orita, traduntur, plura misceri ac turbari animadvertissemus: omnia loca, quae de Charidemo agunt, sedulo conferre, ex iisque quasi historiam istius viri contexere, ab hac, quae nobis data est, occasione scribendi, haud alienum esse existimavimus. Viri enim huius vita accuratius perspecta etiamsi exigui aut nullius momenti fuerit ad vicissitudines, quas universa Graecia experta est, dilucidius explicandas; pluribus tamen illius temporis rebus, cum quibus arcte coniuncta est, aliquid lucis affundet; iisque saltem, qui Demosthenis adversus Aristocratem orationem legunt, opera, quam Charidemi vitae enarrandae impendimus, non plane supervacanea esse videbitur.

Charidemus igitur, de quo nunc agimus, Orei, Euboeae urbe, ut videtur (diserte enim neque urbs neque annus natalis usquam proditur), e matre quidem cive, e patre autem peregrino obscuroque natus est; quam ob rem ne tum quidem, cum apud Cersoblepten, Thraciae regem, iam summum locum teneret, legitimis civibus Oritanis accensitus, sed eo fere iure, quo olim Athenis, qui in Cynosarges [4]) conveniebant, Orei usus est (v. Demosth. orat. adv. Aristocr. edit. Reisk. vol. I. p. 691. lin. 11.). Paupertate et inopia coactus, cum adolevisset, inter funditores et velites, inferioris dignitatis milites, stipendia meruit; aliquamdiu etiam piraticam exercuit sociosque Atheniensium diripuit (loc. cit. p. 668. l. 24. sq.).

Fortitudine tamen reique militaris peritia inter commilitones excellens militibus mercenariis mox praeesse coepit (l. c. p. 669. l. 3.). Iphicrates certe viros strenuosque, quibuscunque ex caussis ad virtutem bellicam

4) Cf. Plutarchi vit. Themistocl. c. 1. et Potteri archaeol. Graec. edit. Bamb. p. 1. p. 90. Rumpf. Vid. commentar. ad §. 214. p. 539. s.

Digitized by Google

incitarentur [5]), plurimi faciens, in bello, quod in Chersoneso Thraciae et contra Amphipolin gerebat, Charidemum militesque huius dicto audientes conduxit; eiusque opera plus quam triennium usus est. Quo temporis spatio elapso cum Iphicrati imperium abrogaretur et Timotheus successor mitteretur [6]), Olymp. 104., an. 1. (364.

5) Plutarchus in vita Galbae c. 1. Iphicratem ait in mercenariis militibus cum divitiarum, tum voluptatum cupiditatem requisivisse, ut, unde sumtus luxuriae suppeditarent, quaerentes, tanto audacius pugnarent. Hac ipsa ex causa facile fieri potuit, ut Charidemum quoque belli socium sibi adiungeret, quem voluptatibus deditum fuisse docet locus, quem paulo inferius narrationi nostrae intexuimus. Cf. quoque Aeliani var. histor. libr. II. cap. 41. Rumpf. Potius ad copias Iphicratis augendas conductum putes Charidemum τὸν ξεναγόν. Quae Rumpfius e Plutarcho de Iphicratis illa consuetudine affert, ea convenire videntur cum iis, quae Polyaenus III, 9, 35. narrat.

6) Demosthenes quidem annum, quo Timotheus in Chersonesum missus sit, non definivit; sed admodum probabile est, expeditionem hic commemoratam eandem esse, cuius Diodorus Sicul. meminit libr. XV, 81. et ad Olymp. 104, 1. retulit. Cf. quoque Eyringii Oeconom. Histor. Diodor. in vol. IV. edit. Bipont. Corsini autem Fastis Attic. nobis uti non contigit. Rumpf. Vid. commentar. ad §. 149. p. 436. et qui ibi citati sunt. Cf. Voemelii prolegomen. ad Philippic. I. p. 55. n. 4. Brücknerus de reg. Philipp. p. 37. s. Sieversii histor. graec. p. 317. Addo Weissenbornii Hellen., qui in his rebus illustrandis occupatus est, p. 182. 191. (cf. p. 241.) 192. 196. et C. Rehdantzii vitas Iphicratis Chabriae Timothei Athenaensium p. 132. ss. p. 138., quas nunc demum ad meum usum perlatas esse valde doleo. Est et hoc opus eruditum et bonae frugis plenissimum, quod quidquid usquam est de illis imperatoribus narrationum, id omne continet et rerum dispersarum nihil non suo loco dispositum habet. Is quoque Olymp. CIV. an. 1., 364. ant. Ch. n., quo Timotheus in Chersonesum missus sit, definivit, Iphicratem autem ab an. 368 usque ad 365/64 (Olymp. CIII. an. 1. — CIII. an. 4.) contra Amphipolitanos bellasse dicit. Dissentit Boehneckius quaestt. p. 142. s., contra quem Weissenbornius l. c. p. 190. bene disputat.

Digitized by Google

ante Chr.); Iphicrates obsides Amphipolitanos, quos ab Harpalo acceperat, Charidemo custodiendos tradidit. Hic vero, sive propria perfidia sive Iphicratis, ob imperium abrogatum fortasse irati, instigationibus [7]) commotus, obsides non Athenas abduxit, quod ex senatusconsulto Atheniens. facere debebat; sed Amphipolitis reddidit, eaque re impedivit, quominus Amphipolis ab Atheniensibus caperetur (loc. cit. p. 669. et 670. l. 17.). Nihilo tamen secius Timotheus, sive ob penuriam mercenariorum, sive ob Charidemi fortitudinem auctoritatemque apud milites, sive etiam ut naves, quae in eius potestate erant, patriae servaret, illum cum agmine, cui praeerat, denuo conducere voluit; Charidemus autem, conditionem aspernatus,

7) Hanc suspicionem ab Iphicrate non alienam esse, ex orat. adv. Aristocr. apparet (p. 663. l. 8. s.); ubi Demosthenes affirmat: Iphicratem, quamquam ab Atheniensibus praemiis honoribusque ornatus fuisset; attamen ad tuendum Cotyos, soceri (cf. Cornel. Nep. Iphicrat. c. 3. et Athen. Deipnosoph. libr. IV, c. 6. vid. Rehdantzii libr. I. p. 30. ss. cf. Weissenbornii Hellen. p. 190. dicentis Iphicratem maritum sororis Cotyos) imperium proelio navali cum popularium ducibus decernere non dubitasse, illiusque salutem pluris fecisse, quam honores a civibus tributos. Quod facinus Iphicrates, ipso indignum, circa idem tempus (364. aut 363. a. Chr. n.) commisisse videtur. Cf. adv. Aristocr. p. 663. l. 27. s. cum p. 669. l. 15. Rumpf. Vid. commentar. ad §. 130. p. 393. et §. 104. p. 341. et qui ibi commemorati sunt. Iphicrates, a summa belli Amphipolitani administrandi remotus, cum mercenariis suis (Aristocrat. §. 132.) adiuvit Cotyn adversus Atheniensium imperatores Timotheum, Ergophilum, Autoclem, Menonem, Timomachum pugnantem. Id factum est ann. 364—360. Cf. Weissenbornii Hellen. p. 183. ss., Rehdantzii vitas Iphicr. Chabr. Timoth. p. 142. s. p. 186. Mihi autem probabilius est, Charidemum non ab Iphicrate instigatum obsides Amphipolitis reddidisse, quod censet Rumpfius, sed id fecisse existimo, ut sibi gratiam Amphipolitarum conciliaret. Revera postea apud Olynthios, qui Amphipolin tenebant, militare voluit (Aristocratea §. 150.), quum apud Athenienses nihil lucri faciendum esse vidisset.

Digitized by Google

ad Cotyn, Thraciae regem, cum navibus Atheniensium transiit [8]) (loc. cit. p. 669. l. 15.). Mox tamen, cum Timotheus bellum Amphipolitanum [8b]) prius conficere, quam Chersonesum aggredi constituisset, Charidemus, novo conductore relicto, Cardia, Thraciae urbe, navi profectus, ut Olynthiis, tunc temporis Amphipolin defendentibus [8c]), operam suam locaret, ab Atheniensibus captus est. Sed tantum abfuit, ut Athenienses hominem perfidum ob obsides Amphipolitanos emissos punirent, ut potius (quia mercenariis egebant), fide data et accepta, eum non solum conducerent (adv. Aristocr. p. 669. l. 18. — p. 670. l. 5.); sed etiam ad fidem eius sibi obstringendam (loc. cit. p. 683. l. 20.), iure civitatis (p. 628. l. 2. p. 641. 12. p. 650. 21.), deindeque, quasi de republica optime meruisset, coronis donarent [9]).

Insequenti tempore Charidemus, cum a Timotheo dimissus esset, in Asiam transgressus Memnoni et Mentori se cum exercitu suo locavit, ut Artabazum (qui sororem illorum uxorem duxerat v. Diodor. Sicul. libr. XIV,

---

8) Utrum Charidemus iam antea, an nunc primum operam suam Cotyi locaverit, in ambiguo relinquendum est. Nos tamen priorem sententiam amplectimur. Cf. orat. adv. Aristocr. p. 663. l. 28. s. et not. 7. Rumpf.

8b) Vid. Rehdantzii libr. c. p. 132. ss., ubi quae ad hanc expeditionem pertinent, bene composita sunt.

8c) Vid. commentar. ad §. 150. p. 438. et qui ibi commemorantur homines docti. Accedit Rehdantzius l. c. p. 132. n. 376. Weissenbornius contra transiit p. 192. s. in partes Weiskii.

9) Beneficia civitatis coronaeque aureae in Charidemum collata pleraque in locis (p. 670. p. 682. l. 22. p. 683. l. 22.) ita quidem commemorantur, ut Charidemus uno eodemque tempore utraque accepisse videri possit; sed e pag. 668. l. 2. s. (*πρῶτον μὲν πολίτης γέγονεν ἄνθρωπος, εἶτα πάλιν χρυσοῖς στεφάνοις, ὡς εὐεργέτης, ἐστεφάνωται*) apparet, coronae praemium paulo serius, quam ius civitatis, ei tributum fuisse.

Digitized by Google

c. 52.) liberaret (adv. Aristocr. p. 671. 1. p. 672. 5.). Eo enim tempore contra Artaxerxem Mnemonem, Persarum regem, Orontes, Mysiae, et Autophradates, Lydiae praefectus, multique alii rebellaverant, initioque seditiosorum conata tam prosperum successum habuerant, ut Artaxerxes in summas angustias adduceretur, et Artabazus, tunc in fide erga regem perseverans [10]), ab Autophradate caperetur. Charidemus quidem fidem, quam dederat, fefellit, Iliumque [11]), Scepsin et Cibrenen, Troadis urbes (v. Mannerti, viri celeberr. Geographie d. Gr. u. Röm. part. 6. fascic. 3.) occupavit: sed cum Orontes, a coniuratis dux totius belli electus, regi reconciliatus esset bellique socios prodidisset, Artabazus ab Autophradate, nunc etiam rebelles deserente, dimissus est. Olymp. 104. 3. (362 a. Chr.) cf. Diod. Sic. libr. XV, c. 90. et 91. Demosth. adv. Aristocr. p. 671. [12]). Artabazus itaque,

---

10) Postea Olymp. 106, an. 1. (356. a. Chr.) Artabazus ab Artaxerxe III. defecit. Cf. Diodor. Sicul. libr. XVI, c. 22 et 24. Rumpf. Add. Boehneck. quaestt. p. 243. n.. 4. p. 246. Sieversii histor. graec. p. 373. n. 141. Sed iam prius ille defecerat, ut exposui in commentar. ad §. 154. p. 444. quae magis confirmavit Rehdantzius l. c. p. 144. 155. 157., ut falsa sit Rumpfii expositio.

11) Ad Charidemum nostrum pertinere eodemque tempore, quo supra commemorata, evenisse videtur, quod Plutarchus de Illo, iterum aut tertium per equum capto tradit vit. Sertor. c. 1.; et quod fusius narrat Polyaenus strategemat. libr. III. c. 14. Polyaeno autem si fides haberi debet, Illi certe expugnatio Charidemo in crimine poni non potest. Rumpf. Vid. commentar. ad §. 154. p. 445. Rehdantzii libr. c. p. 144. n. 75.

12) Ex hoc Demosthenis loco facile intelligitur, Cornel. Nep. vit. Datam. c. 2. neutiquam repugnare Diodori Sic. libr. XV. c. 90. et 91. Autophradates enim initio quidem seditiosorum partes secutus fuerat; sed per Orontem Artaxerxi, ut videtur, reconciliatus, iussu regis bello persequi eos potuit, quid defecerant. Rumpf. Vid. Rehdantz. ll. citt.

Digitized by Google

exercitu collecto, Charidemum mox eo adegit, ut moenibus inclusus, aut fame perire, aut hosti se dedere deberet. Hoc periculum ut aufugeret, Charidemus ad Cephisodotum (ducem classis Atheniensium, Cotyos et Iphicratis inimicum, cui igitur, Charidemi caussam tuenti, maiorem fidem habituri erant Athenienses, adv. Aristocr. p. 672. 1. p. 674. 25. s.) litteras misit, in iisque pollicitus est, se Atheniensibus, si ipsum cum exercitu conductitio in Europam transportarent, Chersonesum restituturum esse (adv. Aristocr. p. 671. 16 — p. 672. 4.). Charidemus, ut saepe, ita nunc quoque, proniorem, quam speraverat, fortunam expertus est. Priusquam enim classis Atheniensium ipsi opitulari poterat, Memnon ac Mentor, regionem, cui praepositi erant, Troadem videlicet, in pace gubernare optantes, et honorum, non belli periculorumque cupidi, Artabazo persuaserunt, ut bello desisteret, Charidemumque, foedere facto, dimitteret, quia Athenienses, vel ipso invito, illum transvecturi essent (loc. cit. p. 672. 5 — 12.). Praeter spem igitur cum evasisset, Alexandri Pheraei [13]), tum latrociniis mare

13) Hieron. Wolfius iam coniecerat, a Demosthene hic Alexandrum designari, qui cognomine Pheraei ab aliis distinguitur. Reiskius autem (in Indic. histor. voc. Alexander) contendit, temporis rationes id non sinere. Alexandrum enim Pheraeum dudum ante Charidemum periisse. Quare magis consentaneum esse videri, ut eundem cum fratre Olympiadis, avunculo Alexandri M. facias; eaque de re ad Vales. ad Harpocrat. p. 7. provocat. Verum enim vero Reiskium manifesto in errore hic versari ex Diodor. Sic. apparet, Diodorus enim libr. XV, c. 95. tradit, Alexandrum Pheraeum, Nicophemo archonte, Olymp. CIV, an. 4. (361. a. Chr.) praedoriis navibus Cycladas insulas vexasse, Atheniensibusque plurimum damni attulisse. Caedes vero Alexandri Pherael, eodem Diodoro teste (libr. XVI. c. 14.) demum insecuta est, Agathocle archonte, Olymp. 105, an. 4. (357. a. Ch.) Rumpf. Vid. commentar. ad §. 162. p. 458. ad p. 120. p. 574. Rehdantzii l. c. p. 140.

Digitized by Google

infestantis, ipsumque invitantis, ut in partem periculorum praemiorumque veniret, conditiones repudiavit quidem (p. 674. 12. s.); sed tantum abfuit, ut Cotyn (quem ne adspectum quidem ipsius toleraturum esse in litteris ad Cephisodotum datis affirmaverat) aggrederetur, ut potius operam suam Cotyi iterum addiceret, et Crithotem Eleuntemque, quae urbes Atheniensibus tunc solae in Thracia reliquae erant, obsideret Olymp. 104, an. 4. (361. a. Chr.). Cf. adv. Aristocr. p. 672. et 674.

Charidemi quoque neque animum in Athenienses, neque potentiam mutavit rerum conversio, quae mox in Thracia secuta est. Cotys enim ob luxuriam crudelitatemque invisus (cum 24 annos regnasset, vid. Suidas v. *Κότυς*), a Pythone et Heraclide, Aeniis, interfectus est [14]),

---

n. 68. Contra Diodorum Sic., Alexandri annum fatalem 357. ant. Chr. n. constituentem, quem Rumpfius sequutus est, pugnat Clinton append. XV. p. 300. s., qui illum an. 359., Olymp. 105, an. 2. ineunte interfectum esse contendit. Cf. chronolog. Graec. p. 132. ed. Krueg. Sieversius histor. graec. p. 334. caedis annum 358 definivit; qui p. 394. ad eandem rem revertitur.

14) Cotyn hominem fuisse perfidum multisque vitiis inquinatum, non solum Demosthenes affirmat (adv. Aristocr. p. 658. l. 10. s.), sed Athenaeus etiam, vel potius Theopompus, cuius verba affert, testatur, v. Athenaei Deipnosoph. libr. XII. c. 42. p. 475. edit. Schweigh. Nemo enim, ut nobis persuasum est, qui Demosthenis locum cum Theopompi verbis contulerit, dubitabit, quin Athenaeus eundem Cotyn, de quo Demosthenes loquatur, commemoret. (Vid. Rehdantii libr. cit. p. 80. p. 138. p. 148.)

Quae opinio si nos non fallit, Diogenes Laërt. libr. IX, 65. aut de alio Cotye agit (plures enim Thraciae reges hoc nomen habuere. v. Polyb. libr. XXVII. tom. IV. p. 376. edit. Schweigh. et Suidas v. *Κότυς*); aut, quod nobis quidem verosimilius est, Diogenes vel librarius, dum verba — *Ἀθηναῖοι δὲ καὶ πολιτείᾳ αὐτὸν ἐτίμησαν (καθά φησι Διοκλῆς), ἐπὶ τῷ Κότυν τὸν Θρᾷκα*

Digitized by Google

regnumque eius Berisades, Amadocus et Cersobleptes inter se diviserunt [15]) (adv. Aristocr. p. 623. 19). Cer-

διαχρήσασθαι — apponebat, in errorem se rapi passus est, cui verba praecedentia — ὅθεν καὶ ὁ Τίμων περὶ αὐτοῦ φησιν οὕτως ἐν τῷ Πύθωνι — occasionem dederant. Demosthenes enim pluribus locis (adv. Aristocr. p. 659. 27. p. 662. 10. p. 674. 21.) testatur, (non Pyrrhonem (sed vid. commentar. ad §. 119. p. 372.) philosophum, quod e Diogen. Laërt. loc. cit. probare voluit Dalecampius in animadv. in Athen. t. VI. p. 423. edit. Schweigh., sed) Pythonem Heraclidemque, Aenios, ob Cotyn interfectum ius civitatis ab Atheniensibus accepisse.

Pythonem vero Aenium postea ad Philippum transiisse, ex orat. adv. Aristocr. p. 662. 10. intelligimus. Idcirco Python Aenius a Pythone Byzantio non diversus fuisse videtur, ut Reiskius iam monuit. Graeci enim eosdem geminis cognominibus, altero loci natalis, altero commorationis appellare solebant. Utrum vero Byzantii, an, quod probabilius est, Aeni natus fuerit, explorare ab hoc loco alienum est. Cf. Jacobsii, viri celeberr. vers. Demosth. orat. p. 406. n. 10. Rumpf. Cf. commentar. ad §. 119. p. 372. Ibi caedes Cotyis in Olymp. 105, an. 2. ant. Chr. n. 359. posita est, quam Rumpfius in primo anno huius Olymp. ant. Chr. n. 360. posuisse videtur, quocum facit Rehdantzius l. c. p. 148. Cf. Frid. Gust. Kiesslingius de Lycurg. deperditarum oratt. fragmentis p. 112. Clintonis Fast. Hellenic. p. 130. ed. Krueg. Boehneckii quaestt. p. 726. Post Cotyn interemptum (adv. Aristocr. §. 163.) profectus est Cephisodotus in Chersonesum, an. 358. a. Chr. n. Vid. quae de hac re supra in prolegom. p. XVIII. ss. exposita sunt. Rehdantzius l. c. hanc expeditionem, quoniam mortem Cotyis anno priorem facit, sine idonea causa an. 360. exeunte factam esse opinatur.

15) Cersobleptes Cotyos filius (quod Diod. Sic. libr. XVI, c. 34. adseverat) et — si Suidae auctoritas hac in re aliquid valet — quamvis natu minor, iam a patre rex Thraciae constitutus fuit. v. Suidas voc. Κερσοβλέπτης. Utrum vero Berisades et Amadocus Cotyn quoque patrem habuerint, an alia ex causa regnum Thraciae adfectaverint, incertum est. Hieron. Wolfius quidem in vers. secundi argumenti orat. adv. Aristocr. Berisaden et Amadocum Cersobleptae fratres facit, sed verba graeca hanc frater-

Digitized by Google

sobleptes autem, adolescentulus, Charidemo, exercitum habenti, summam rerum permisit (loc. cit. p. 674. 23.), fidemque eius ut eo firmius sibi obstringeret, sororem collocavit [15b]) (loc. cit. p. 663. 4). Eundem in finem, ut vi-

---

nitatem non agnoscunt. *Καὶ τελευτήσας*, ita enim in edit. Reisk, p. 619. 21. legitur, *κατέλιπε τῆς βασιλείας διάδοχον Κερσοβλέπτην, εἰ μετά τινων δύο, Βηρισάδου καὶ Ἀμαδόκου τὴν βασιλείαν μερίσαιτο.* i. e. Et moriens (sc. Cotys) regni successorem Cersoblepten hac conditione reliquit, ut illud cum duobus *quibusdam*, Berisade et Amadoco partiretur." Neque Demosthenis verbis, adv. Aristocr. p. 674. l. 23. dicentis, omnes liberos Cotyos, cum hic interficeretur, adolescentulos adhuc fuisse, ista fraternitas probatur. Nam pag. 624. l. s. Demosthenes narrat, Cersoblepten, *mortuo Berisade, huius liberis* Amadocoque bellum intulisse. *Berisades* igitur (quamvis mors eius serius, quam Cotyos caedes, insecuta est, circa ann. 358. a. Ch. v. p. 677. 8. et not. 19. huius libelli), neque in Cotyos liberis, quos moriens adolescentulos reliquerit, numerari; neque (ut doctissimo De Boze Commentat. Acad. Inscript. t. IX. p. 251. videbatur) pro eodem cum Parysade haberi potest, quem Diod. Sicul. libr. XVI. c. 52. et libr. XX. c. 22. commemorat. Rationes enim cum chronologicae, tum geographicae posteriori huic opinioni adversantur.

Amadocus vero forsitan ex isto Amadoco, Thraciae regulo, natus est, cuius mentionem facit Xenophon in Histor. gr. libr. IV. c. 8. §. 26. s. et in Expedit. Cyr. minor. libr. VII. c. 3. §. 16. s. (cum quo loco conferri debet Demosth. adv. Aristocr. p. 681. l. 28. s.). Nam Suidas voc. *Κερσοβλέπτης* tradit Amadocum, *Amadoci filium*, ad Philippum venisse, ut ei auxilium ferret in bello *contra Cersoblepten*. Rumpf. Cf. commentar. ad §. 8. p. 144. s. et qui ibi citati sunt. Add. Joan. Dider. de Riemeri specim. critic. inaugural. in Demosth. orat. adv. Aristocr. p. 8. ss. Brueckneri libr. de Philippo reg. p. 54. ss. Boehneckii quaestt. p. 685. Inprimis cognoscenda sunt, quae Rehdantzius l. c. p. 29. ss. et in Epimet. I. p. 237. ss. de rebus Seuthis exposuit, ubi nonnulla huc pertinentia illustrantur.

15b) Exposui in comment. ad §. 129. p. 390., cur verisimilius sit, Charidemum filiam Cersobleptis in matrimonium duxisse. At con-

Digitized by Google

detur, Berisades quoque cum Athenodoro, Atheniensi (p. 624. l. 15. s.), Amadocus vero cum Simone et Bianore adfinitate se antea devinxerant, aut nunc devinxerunt (loc. cit. p. 624. 6).

Interim Cephisodotus cum navibus Atheniensium, Charidemum, si adhuc in periculo versaretur, liberaturus, advenerat. Charidemus autem Athenienses in Chersoneso recuperanda non modo non adiuvit, sed etiam per septem menses plurimum damni iis attulit, tandemque Cephisodotum pacem ita ignominiosam facere coegit, ut Athenienses ei imperium abrogarent (loc. cit. 675. 10 — 676. 12).

Mox autem potentiam Cersobleptae quemadmodum auxerat Charidemus, ita labefactavit quoque atque imminuit, insolentia nimirum et crudelitate. Nam cum Miltocyden, nobilem Thracem (forsitan regulum), Atheniensibus faventem (adv. Aristocr. p. 679. 7.), cepisset Cardianisque tradidisset, a quibus crudeliter interfectus est: omnes Thraces hac crudelitate exacerbati sunt. Berisades vero, Amadocus et Athenodorus, dux militum mercenariorum caussam Atheniensium defendens, societate inita, Cersoblepten eiusque tutorem Charidemum ad pacem, iureiurando sancitam, coëgerunt, cuius conditionibus constitutum est, ut Thraciae regnum inter tres divisum commune esset, omnesque Atheniensibus regionem, quam antea possederant, Chersonesum nempe Thraciae, restituerent.

---

sentit cum Rumpfio Rehdantzius l. c. p. 148. n. 87. Quod autem Demosthenes Cersobleptem mortuo patre μειρακύλλιον dicit, id non impedit, quominus eum aliquot annis post nubilem filiam habuisse statuamus. Nam μειρακύλλιον, ut Latinorum adolescentulus (Cornel. Nep. vit. Timoth. c. 4.), dicitur etiam homo tricenarius, quemadmodum ab Aeschine orat. de fals. legat. 28. p. 32. Philippus, etsi quatuordecim annorum fuit, παιδίον appellatur.

Digitized by Google

Verum enim vero quae res Atheniensibus hac aetate magis perniciosa fuit, quam imperitia ducum, aut ipsorum luxuria, aut Philippi artes ac fortitudo, prava nimirum vectigalium publicorum administratio et distributio [16]); eadem hanc quoque pacem irritam reddidit. Pecuniam enim, cum Athenienses nullam suppeditarent; Athenodorus exercitum dimittere debuit, et Chabrias, quem nunc huic bello praefecerant, unam tantummodo triremem (loc. cit. p. 679. 18.) ad Chersonesum adducere potuit. Quo factum est, ut Charidemus et Cersobleptes, pacis modo compositae religionem parum curantes, Chabriam ad foedus multo iniquius pangendum cogerent.

Athenienses quidem hoc improbarunt ac decem legatos miserunt, qui, si Cersobleptes in pactione, quam cum Athenodoro fecerat, manere promitteret, iusiurandum iterum ab eo exigerent; sin minus, cum Berisade et Amadoco, qua ratione ille bello sit persequendus, deliberarent (loc. cit. p. 676. 24. — p. 678. 8.). Per decem tamen hos legatos, quos nullae copiae sequebantur, Athenienses Thraciae regem et Charidemum non commoverunt, ut in foedere, quod cum Athenodoro pepigerat, perseveraret, et nunquam sane ad iustas et aequas conditiones commoturi fuissent — nisi fortuna, quae saepissime saluti Atheniensium melius, quam ipsorum prudentia, consuluit, afflictas Atheniensium in Chersoneso vires erexisset. Bellum enim eo tempore in Euboea ortum [17]) cum omnium exspecta-

16) De socordia Atheniensium in vectigalibus administrandis, nec non de malis inde in rempublicam redundantibus Demosthenes saepe questus est. v. orat. de Chersoneso loc. plur. Olynth. III. p. 36. l. 23. s. etc. etc. Rumpf. Vid. prolegomen. p. XL. s.

17) Inter Euboeam incolentes dissidia orta erant; alii Thebanos, alii Athenienses in auxilium vocaverant; variaque fortuna aliquamdiu pugnatum fuerat. Tandem Athenienses maiori studio id bel-

Digitized by Google

tione citius finire Atheniensibus contigisset Olymp. 105, an. 3. (358. a. Ch.); Charetem cum classe et militibus in Chersonesum miserunt, qui mox effecit, ut Cersobleptes et Charidemus cum Atheniensibus eorumque sociis foedus facerent, quod optimum ac iustissimum Demosthenes nuncupat, cuius tamen conditiones ignorantur (loc. cit. p. 678. 8. s.).

Sed hoc quoque pactum violare haud dubitarunt Charidemus et Cersobleptes simul atque a metu, qui illud extorserat, respirarunt. Bellum enim sociale [18]) cum hoc

---

lum gerere decernentes, Timotheo auctore (v. Demosth. orat. de Chersones. p. 108. l. 10. s.), intra quinque dies Euboeensibus et classe et terrestribus copiis, opem tulerunt; simulque Euboeenses, belli calamitatibus prudentiores facti, in pristinam concordiam se reduci passi sunt; itaque, priusquam trigiata dies exissent, Thebani domum redierunt insulaque pacata est, Olymp. 105, an. 3. (358. a. Chr.) V. Aeschin. contra Ctesiph. p. 479. edit. Reisk. et Diod. Sic. libr. XVI. c. 7. Rumpf. Vid. commentar. ad §. 173. p. 474 Eodem anno 358. post mortem Cotyos Cephisodotus in Chersonesum profectus est. Rehdantzius l. c. p. 147. s. hanc profectionem in anno extremo 360. posuit, in qua re manifesto erravit homo doctissimus. Vid. prolegom. p. XVII. ss. Dicit ille: „Reliquum est Cephisodoto, Chabriae, legatis annorum spatium 360, 359, 357. Et per septem minime menses Cephisodotus copiis praefuit (v. §. 168.). Eum statuentes igitur per annum 360/59 ducis munere functum esse, Chabriam a. 359., legatos a. 358. in Thracia versatos esse, nonne tibi ad verum accessisse videbimur?“ Res in plures annos distribuit, quae breviore intervallo factae sunt. Certe Chabrias anno exeunte 358. una nave in Chersonesum vectus est, fortasse eodem anno decem legati ad Cersobleptem missi sunt. Vid. Boehneckii quaestt. p. 727. Ceterum totum caput V. libri Rehdantzii complura suppeditabunt, quae illustrandae Aristocrateae optime inserviunt.

18) De bello sociali cf. Diodor. Sic. libr. XVI. c. 7. et c. 21—22. nec non Schlosseri, viri doctiss. Weltgeschichte vol. I. p. 153—155. Rumpf. Cf. Brueckn. de Philipp. reg. p. 26. ss.

Digitized by Google

tempore commotum esset; Chares et Chabrias cum classe discesserunt, ad urbes insulasque, quae defecerant, recuperandas. Ut primum igitur Hellespontum exercitu vacuum vidit Charidemus, statim Berisaden, Berisadaeque post mortem liberos eius [19]), et Amadocum opprimere totumque Thraciae regnum Cersobleptae subiicere conatus est (adv. Aristocr. p. 680. l. 20. s.). Hoc ut facillime assequeretur simulque ab insidiis tutus esset, duces oratoresque quosdam Atheniensium muneribus datis (loc. cit. p. 682. l. 9—10. et l. 23.) sibi conciliavit et per Aristocratem quendam, Atheniensem, decretum (ψήφισμα. v. Wolfii, viri clarissimi, edit. orat. adv. Lept. p. 310. Potteri Archaeol. gr. ed. Ramb. t. I. p. 204. et 288.) impetravit: ut, si quis Charidemum occidisset, liceret illi iniicere manus; quodsi quis comprehensum interfectorem adseruisset, ut is e vestigio foederibus excluderetur (v. Libanii argumentum p. 618. orat. ips. p. 624. l. 11. et inprimis p. 692. lin. 1. s.). Quod ut decerneretur, decretumque populo probaretur, Aristomachus, Cersobleptae legatus, hoc tempore Athenas missus, nec non Atheniensis Charidemo faventes, huius facta et potentiam supra modum praedicabant, eum optime de Atheniensium civitate meruisse iactantes, per eumque solum Atheniensibus Amphipolin (a Philippo iam expugnatam 358. ante Ch.) restitui posse (p. 625. l. s.); hasque ob caussas, ut Charidemum imperatorem crearent, Athenienses hortabantur (p. 622. lin. ult. p. 624. l. 26. s.). Decretum autem illud ne populus ratum haberet, Demosthenes Euthycli, qui Aristocratem accusandi partes susceperat, hanc, e qua

19) Hoc fere tempore anno 358. aut 357. a. Chr. Berisades, Thraciae regulus, mortuus esse videtur. Conf. cum pag. 680. l. 20. s. pag. 623. 22. s. inprimis p. 624. 1. Nam Demosthenem utroque loco de uno eodemque tempore loqui in aperto est.

Digitized by Google

plurima narrationis nostrae testimonia sumsimus, orationem scripsit (v. Dionys. Halicarn. ep. I. ad Ammaeum c. 4. edit. Reisk. t. VI. p. 725. et Libanii Argum. orat.); in eaque ostendit, Aristocratis decretum et legibus contrarium, et rei publicae perniciosum esse [20]). Quamdiu

---

20) Dionysius eo, ad quem provocavimus, loco, Demosthenem orat. adv. Aristocr. scripsisse, Aristodemo archonte, Olymp. 107, an. 1. (352. a. Chr.); sed, quibus testimoniis causisque inductus ita statuat, non addit. Nobis vero admodum dubium esse videtur, an Dionysii sententia probari possit, si tamen rationibus e materia ipsa petitis res diiudicari debeat. Cur enim orator, qui tot res ad civitatem Atheniensium pertinentes commemorat, nullam plane eorum facit mentionem, quae inter Olymp. 105, an. 3. et Olymp. 107, an. 1. evenerunt? Cur silentio praetermittit bellum sacrum (ortum Olymp. 106, an. 1.)? cur Pagasas, Methonen Heraeumque a Philippo captas Olymp. 106, an. 3. et 4.? cur Sestum in Hellesponti litore per Charetem expugnatam Olymp. 106, an. 4., cum de Sestiorum hostili in Athenienses animo queratur p. 672. 29. et p. 673. 12.?

Sed concedamus levioris momenti esse argumentum a silentio sumtum. Quanam vero ratione effectum est, ut Charidemus, antea homo turbulentus et multa moliens, a Charetis inde discessu Olymp. 105, an. 3. vel 4. usque ad Olymp. 107, an. 1. tantummodo consilia de Berisadae liberis Amadocoque regno privandis agitaret, nihil autem, si Aristocratis decretum excipias, ad ea perficienda susciperet? E Diodori denique libr. XVI. c. 34. constat, Cersoblepten Olymp. 106, an. 4. (353. a. Ch.) Atheniensibus Chersonesi urbes tradidisse, colonosque Atheniens. eo missos fuisse; unde igitur timor ille oratoris, qui in tota oratione cernitur, ne Athenienses, Aristocratis decreto confirmato, Chersonesum amitterent? Quamdiu igitur hae similesque difficultates idonea ratione, in qua acquiescere possis, remotae non erunt; nos quidem rei probabilitatem, historiae convenientem, Dionysii auctoritati, nullo hic argumento firmatae, praeferentes contendere non dubitamus, hanc adv. Aristocr. orationem, si non Olymp. 105, an. 4., saltem ante Olymp. 106, an. 4. fuisse scriptam. Plura quoque alia, quae Dionysius de Demosthenis orationibus

Digitized by Google

enim Thraciae regnum inter tres divisum esset, horum inter se dissentientium unumquemque ab Atheniensibus auxilium petere eosque colere debere (p. 623. l. 20.); simulac contra regnum ad unum delatum esset; ipsas Atheniensium urbes in Thracia haud amplius tutas fore. Cersobleptae vero consilium, omne Thraciae regnum ad se rapiendi, Aristocratis decreto adiutum iri: quia, si hoc ratum haberetur, et Charidemus imperator crearetur, neque Bianor, neque Athenodorus, neque ullus alius

---

tradidit, in dubium vocata sunt. Quodsi ulteriori coniecturae locus sit, Dionysii sententia de tempore, quo or. adv. Aristocr. habita sit, ex opinione, quam de anno Demosthenis natali in animum induxerat, orta esse videtur. Nam si sumamus, iam a vetustiori scriptore dictum fuisse, quod apud Plutarchum legitur (vit. Demosth. c. 15.), Demosthenem orationem adv. Aristocr. scripsisse anno aetatis 27 aut 28: facile est intellectu, cur Dionysius, qui Demosthenem Olymp. 99, an. 4. natum esse existimabat (v. Dionys. Halic. t. VI. p. 724. edit. Reisk.), orationem adv. Aristocr. ad Olymp. 107, an. 1. pertinere arbitratus sit. Quam opinionem eo facilius probare potuit, si Cersobleptes fortasse in foedere illo lustissimo, quod anno 358 aut 357 a. Chr. pepigit, iam facere promiserat, quod re vera demum fecit anno 353 a. Chr. Cf. Demosth. p. 678. 16. et p. 681. 4. cum Diod. Sic. libr. XVI. c. 34. — Sed secundum scriptorem de vit. X oratorum, Demosthenes natus est Olymp. 98, an. 3 aut 4; eamque sententiam, ut veriorem sequuntur Petitus, Corsinus, Wolfius et Harlesius. Vid. Fabricii Bibl. gr. vol. II. p. 816. edit. Harl. et Wolfii edit. orat. adv. Lept. prolegom. p. 62. et 63. Quae sententia de natali Demosthenis anno si praeferenda, et traditio a Plutarcho vit. Demosth. c. 15. servata probanda sit; orat. adv. Aristocr. circa annum 357 aut 356. a. Chr. scripta esse videtur, quod tempori historiaeque optime convenire e supra commemoratis intelligitur. Rumpf. De hac Rumpfii opinione supra in prolegom. p. X. ss. disputatum est. Add. Rehdant. l. c. p. 147. n. 84. De anno natali Demosthenis vid. prae ceteris Boehneckii quaestt. p. 1. ss.

Digitized by Google

contra illum arma ferre molirique aliquid ausurus esset (loc. cit. p. 624. 10. s.).

Quae huc usque de Charidemo narrabantur, Demosthenis testimonio satis firmata sunt [21]); nunc vero quae sequuntur maiorem minoremve tantummodo speciem probabilitatis habent. Ne id quidem, quid hac Demosthenis, vel, si mavis, Euthyclis oratione effectum sit, ad liquidum perduci potest. Sed quamquam Aristocratis decretum a populo non comprobatum fuisse videatur: attamen hoc assecuti sunt Charidemi fautores, ut imperator crearetur Atheniensium. Tempus vero definire, quo hic honor Charidemo tributus fuerit, difficile est aeque atque

21) Demosthenes Aristocratis decretum dissuadens omnia quidem omittere debuit, quae in laudem Charidemi afferri potuissent, ne consilio, quod assequi volebat, ipse obesset. Idcirco ne fortitudinis quidem ullum, quod Charidemus dederit, documentum in oratione legitur; quamquam statuas necesse est, Charidemum fuisse virum fortem ac strenuum, nisi contendere velis, omnes ipsum conducentes stulte et perverse egisse. — Neque hoc in oratore reprehendi potest, quod ea Charidemi facta, quae pro diversa, e qua indicabantur, norma, tam vituperari, quam laudari poterant (v. c. studium Cersobleptae potentiam augendi), in hac oratione in deteriorem partem interpretatus sit.

Nequaquam tamen suspicio in Demosthenem cadere debet, ab eo aliquid fictum esse, ut Charidemum invisum redderet. Hac enim labe se carere, coram populo ipse adfirmare non haesitavit orator omnium maximus, teste Plutarcho, in cuius vita Demosth. c. 14. haec leguntur: „Narrat Theopompus (ὁ δυσμένεστατος cf. Athen. Deipnosoph. libr. VI. c. 65.), eum (Demosth.), cum in caussa quadam accusator nominaretur ab Atheniensibus, non morem gessisse tumultuantibus, sed surrexisse atque ita dixisse: vos quidem, o Athenienses, me consultorem vel inviti habebitis, calumniatorem autem nunquam, utcunque cupiatis.“ Rumpf. Demosthenem in iis, quae de Charidemo eiusque factis exponit, se praestitisse ex parte oratorem, dictum est a me in commentario p. 421. et p. 427.

Digitized by Google

pro certo affirmare, *omnia*, quae iamiam afferentur, ad eundem, de quo adhuc egimus, Charidemum [22]) trahenda esse.

Fortasse circa idem tempus, quo Athenienses Chersoneso potiti sunt, eorum partes sequi atque exercitus ducere coepit Charidemus. Nam cum Chares, cum classe Hellespontum ingressus, Sestum cepisset, simulque a Philippo periculum immineret; Cersobleptes Chersonesum in Atheniensium, quam in Philippi, ditione esse maluit, illisque eam, tradidit Olymp. 106, an. 4. (353. a. Chr.). Paulo post Philippus Methonen cepit deindeque Heraeum, Thraciae castellum, oppugnavit. Quo nuntio allato Athenienses Charidemum, quem ab Orita non differre [23]) verosimile est, cum classe contra Philippum

22) Charidemus, Stratii filius (v. Demosth. adv. Macartat. p. 1056. l. 27.) et Charidemus, Ischomachi filius (v. Dem. or. adv. Theocrin. p. 1351. l. 22.), ab Orita nostro sane diversi sunt (adv. Aristocr. p. 691. l. 18.); nec non Charidemus ille, qui in legatione Atheniensium ad Philippum fuit, qua ἀπόῤῥητον illud (de Amphipoli Atheniensibus reddenda, si Philippum in Pydna subigenda adiuvissent) comparatum est. v. Reiskii Ind. Histor. Demosth. Olynth. II. p. 19. l. 27. et Suidas τί ἐστι τὸ ἐν τ. (Add. Voemelii prolegom. in Philippic. I. §. 13. n. 3. Boehneckii quaestt. p. 146.)

Sine ulla vero idonea caussa, praeter Oritam, alium adhuc Charidemum, *imperatorem*, Demosthenis aetate vixisse statuunt. Omnia enim, quae Charidemo, imperatori, tribuuntur, commodissime ad Oritam pertinere possunt. Rumpf. Quare, ut unum certe afferam, errat Dissenius orat. de coron. p. 281., quod ibi §. 115 et 116. p. 265. commemoratum Charidemum differre censet ab Orita.

23) Iacobsius quoque idem statuit, quod nos defendimus, Charidemum ad Heraeum missum, eundem esse cum Orita. Vid. viri celeberr. vers. Demosthen. orat. p. 269. not. 3. (Add. Voemelii

Digitized by Google

miserunt 353 aut 352 ante Chr. Cf. Diodor. Sic. libr. XVI. c. 34. et Demosth. Olynth. III. p. 29. l. 20. s.

Etiamsi vero de huius expeditionis duce scrupulus residere possit; in bello tamen Olynthio, Olymp. 107, an. 4. et Olymp. 108, an. 1. 349 et 348. a. Chr., Athenienses Charidemi, Oritae, opera usos esse, vix dubitari potest. Dionysius enim Halicarn. (ep. I. ad Amm. c. 9. p. 735. ed. Reisk.) e Philochori libr. VI. haecce affert: „Eodem ipso tempore (quo bellum nimirum contra Olynthum Philippus gerebat) Chalcidensibus in Thracia bello oppressis, missisque Athenas legatis, miserunt Athenienses *Charidemum*, in Hellesponto ducem (τὸν ἐν Ἑλλησπόντῳ στρατηγὸν); qui cum octodecim triremibus, et militum quatuor millibus, equitibus vero centum et quinquaginta decem, in Pallenen et Bottiaeam cum Olynthiis profectus est, et regionem vastavit.“ Charidemus vero, *dux in Hellesponto*, vix alius esse potest, quam Orita noster, cui, nisi fallimur, Athenienses, cum Chersoneso potirentur, easdem partes, quas antea pro Cersoblepte sustinuerat, Chersonesi videlicet tuendae, detulerunt. Ad idem tempus pertinere Philochorique testimonium com-

---

prolegomen. §§. 29. 30. Winiewskii commentar. historic. et chronolog. p. 308. Boehneckii quaestt. p. 283.)

Eo tempore, quo Philippus Heraeum oppugnabat, Demosthenes per Charidemi exploratores falsum de morte Philippi nuntium accepisse videtur, cuius meminit Aeschines adv. Ctesiph. p. 468. l. 1. s. ed. Reisk. Plutarchus quidem in vita Demosth. c. 22. id, quod Aeschines narrat, post veram demum Philippi mortem Demosthenem fecisse arbitratur; sed huic opinioni series rerum ab Aeschine l. c. traditarum adversatur. Nam nuntius de morte Philippi ad primam periodum rerum a Demosthene gestarum (quarum Aeschines quatuor constituit p. 422.) pertinet (v. p. 470. l. 9.), non ad quartam, de qua Aeschines agit p. 545. l. 11. et p. 546. l. 7. Rumpf. Assentior Boehneckio quaestt. p. 610. n. 2.

Digitized by Google

probare videntur haec, quae apud Athenaeum leguntur libr. X. c. 47. „Libro vicesimo tertio de *Charidemo Orita* disserens (Theopompus), *quem Athenienses civitate donaverant*, ait: Nam quotidianae vitae rationem palam ita lascivam luxuriosamque instituit, ut assidue potaret, temulentusque esset, et ingenuis mulieribus vim inferre conaretur. Denique eo usque progressus est intemperantiae, ut a senatu *Olynthiorum* adolescentulum aliquem poscere auderet formosum venustumque, qui cum Derda *Macedone* captivus erat factus."

Ab hoc inde tempore quae Charidemus gesserit aut pertulerit usque ad Olymp. 110, an. 3. (338. a. Chr.) nusquam relatum legitur. Hoc autem tempore, quo Graeci ultimum atque infelix, sed gloriosum pro libertate cum Philippo certamen inierunt, Charidemus etiam, si non fortitudinis, liberalitatis saltem laudem meruit. Nam Charidemus, (si tamen, quae iam sequuntur, ad Oritam nostrum pertinent) qui tum in Salamine insula [24]) gravis

24) Reiskius (v. Ind. Histor. in Demosth. voc. Charidemus imperator) putabat, Salaminem hic commemoratam non esse insulam haud procul Athenis sitam, sed urbem eiusdem nominis in Cypro insula. (Vid. Winiewskii commentar. p. 62. ss. cf. p. 297.) Quilibet tamen, qui paulo accuratius perlegerit Demosthenis pro corona orationem, concedet, manifesto in errore versari virum eruditissimum. Quamquam enim, ut hinc sententiae nostrae probandae initium capiamus, definire nequeamus, quisnam sit fluvius (Hier. Wolfius intelligit Elissum, Boehneckius l. c. p. 285. opinatur esse intelligendum Cephissum in Attica), a quo pugna hic commemorata nomen acceperit: hoc tamen in aperto est, Demosthenem in una eademque oratione iisdem verbis (ἡ ἐπὶ τοῦ ποταμοῦ μάχη) non pugnas diversas, sed unum idemque proelium nuncupare potuisse. Cum igitur e pag. 300. l. 15. ubi Demosthenes eadem verba repetit, appareat, hanc apud fluvium pugnam, in ultimo contra Philippum bello commissam esse (quo tempore Athenienses nullam in Cypr. expeditionem susceperunt): Chari-

Digitized by Google

armaturae militibus praeerat (Demosth. pro coron. p. 265. l. 18. s.), nec non Diotimus, equitum dux, milites, qui in pugna levioris momenti, ante proelium, quo ad Chaeroneam debellatum est, ad fluvium quendam commissa (loc. cit. et p. 300. l. 15. s.), spoliati fuerant, suis sumtibus armarunt, eamque ob caussam coronis aureis donati sunt. Omnino tantam Atheniensium gratiam sibi conciliaverat Charidemus, ut inconsulti, post infaustum ad Chaeroneam proelium adhuc belli consilia agitantes, eum exercitui praeficiendum esse clamarent, prudentiores autem precibus ac lacrymis vix impetrarent, ut Phocioni res publica permitteretur (Plutarchi vit. Phoc. c. 16). Nemini igitur mirum videbitur, Charidemum quoque in octo vel decem istis numerari, quos Alexander M., post Thebas expugnatas Olymp. 111, an. 2. (335. a. Chr.), ut traderent Athenienses postulabat. Reliquis quidem, Demade deprecatore, Alexander ignovit, sed Charidemo adeo succensuit, ut hunc in exilium mitti iuberet (Plut vit. Demosth. c. 23. Arrian. de expedit. Alexandr. libr. I. c. 10.). Charidemus itaque in Asiam ad Darium profugit; ibique, etsi utilia suadebat, ob liberiorem sermonem, rege iubente, interfectus est Olymp. 111. 4. (333. a. Chr.).

---

demus quoque gravis armaturae dux, tum non Salamine in Cypro, sed in Salamine insula commorari potuit. Athenienses enim Eleusin (nec non in propinquam Salamina, ut Piraeum et Eleusin tuerentur) copias miserant. Cf. loc. cit. p. 287. l. 10. et p. 290. l. 4. Charidemus autem, quamquam in Salamine versabatur, nihilo minus militibus, qui in Boeotia spoliati fuerant, arma largiri potuit. Demosthenem denique inde a pag. 281. l. 26. de ultimo adversus Philippum bello loqui, nemini dubium esse videbitur, qui pag. 284. l. 13. sq. cum Diod. Sic. libr. XVI. c. 84. contulerit. Rumpf. Prae ceteris vid. Boehneckii quaestt. p. 284. ss.

Digitized by Google

Cf. Arrian. loc. cit. Diod. Sic. libr. XVII. c. 30. Curtii libr. III. c. 2. §. 10. s. [25]).

---

25) Unde vero, id enim opponi potest, constat, Charidemum — suo sumtu milites armantem, ab Atheniensibus post cladem ad Charoneam ad suggestum tractum, ut exercitui praeficeretur, deinde in exilium missum, denique Dario iubente interfectum — eundem esse cum Orita? Certis quidem invictisque haec opinio non nititur argumentis; sed hasce ob caussas sententiae contrariae praeferenda esse videtur.

Primum si duo Charidemi, *imperatores*, Demosthenis aetate vixissent, alter ab altero cognomine quodam distingui debuisset, quod tamen (si Athen. Deipnos. libr. X. c. 47. et Aelian. Var. Histor. libr. II. c. 41. excipias) nullo loco, ubi Charidemus, militum dux, commemoratur, fieri meminimus. Munificentiam vero istam, imperium exercitus oblatum, et capitis supplicium a Dario decretum ad *militum ducem* non ad *oratorem* pertinere, manifestum est. Charidemus quidem in exilium missus pro *oratore* vulgo habetur (v. Reiskii Ind. Historic.), quia Plutarchus vit. Demosth. c. 23. tradit, Alexandrum M. decem aut octo ex *oratoribus* (ita enim τῶν δημαγωγῶν interpretantur) sibi depoposcisse; sed si rem accuratius ponderaveris, vanam esse istam opinionem deprehendes. Nam Curtius libr. III. c. 2. §. 10. Charidemum *belli peritum et ob exilium infestum Alexandro* nuncupat, Arrianus autem libr. I. c. 10. in iis, quos Alexander depoposcerat, non solum Charidemum, sed *Charetem* quoque, a nemine unquam inter oratores proprie dictos relatum, numerat. Vocabulum igitur δημαγωγὸς apud Plutarchum loc. cit. sensu latiori sumendum est. Nihil quoque obstat, quo minus Charidemus in exilium missus, cuius mentionem facit Demosthenes in epistola de Lycurgi liberis p. 1482. l. 8. pro eodem cum Orita habeatur. Etiamsi enim haec epistola post Charidemi mortem scripta sit, attamen de exilio huius viri Demosthenes loqui potuit. Themistocles certe Ciceronis aliorumque exilium non solum aequales, sed posteri quoque commemorarunt.

Deinde opinio nostra chronologiae neutiquam refragatur. Nam si ponamus, Charidemum, cum Iphicrati operam suam locaret anno 367 aut 368. a. Chr. (v. narrat. nostram supra expositam) vel tricesimum aetatis annum iam egisse (fortasse pluribus

Digitized by Google

Omnibus igitur, quae de Charidemo reperire potuimus, excussis, restat, ut id agamus, cuius caussa hanc

---

annis minor fuit), eumque igitur 65 aut 64. annos natum fuisse, cum iussu Darii interficeretur — quis tandem contendere ausit, hoc a naturae legibus abhorrere?

Tum etiam ne pravi quidem Charidemi Oritae mores, si tribuere, quae nos tribuimus, prohibent. Nullo enim loco, quo facta narrantur, quae ad Oritam pertinere nos quidem contra aliorum sententiam defendimus, Charidemus ob vitae integritatem laudatur. De Charete etiam, qui saepissime exercitum duxit, qui summo Atheniensium favore fructus est, quemque etiam Alexander M. sibi depoposcit, non minora flagitia apud Athenaeum leguntur libr. XII. c. 43.

Diodori denique Siculi auctoritas in iis, quae libr. XVII. c. 30. de Charidemo tradit, iam Wesselingio dubia visa est. Diodori enim verbis, „Sed Charidemus Atheniensis, qui ob virtutem et imperatoriae artis praestantiam in admiratione erat (sub Philippo enim meruerat, in administrandis eius negotiis princeps et consultor optimus) Dario suasit" etc. hanc notam apposuit (v. edit. Bipont. vol. VII. p. 604: „Mirum mihi quidem hoc accidit. Alexander Charidemum, sibi Macedonibusque maximopere infestum, Athenis in exilium ire iussit, Arrian. *Ἀνάβ.* libr. 1. c. 10. Ipsi Athenienses accepta ad Chaeroneam clade unum Charidemum, quem Philippo opponerent, dignum censebant apud Plut. Phocion. c. 16. Et Charidemus tamen dux et auctor consiliorum Philippi fuit omnium? Dinarchus orat. in Demosth. p. 25. lin. penult. ed. Reisk. hominem laudibus effert, quod eo *ad Persas* consilio ablerit, ut Atheniensibus ceterisque Graecis suo periculo salutem procuraret." Nobis quidem, dum Diodori verba (*sub Philippo — optimus*) cum Arriani loco cit. conferebamus (ubi Alexander ideo decem aut octo istos depoposcisse narratur, quia auctores omnium malorum civitatis fuerint *omnisumque contra Philippum* ipsumque *conatorum*), uterque ex uno eodemque fonte hausisse, sed Diodorus festinatione peccasse visus est. Rumpf. De his, quae Rumpfius exposuit, vid. Winiewskii commentar. p. 506—516. et Boehneckii quaestt. p. 551. 610. n. 2. 648. s. 649. 650. n. 1., qui in nonnullis ab illo dissentit.

Digitized by Google

commentationem exaravimus. Instant nimirum solennia Novi Rectoris eligendi etc.

Denique si quaerimus, quem ista oratio eventum habuerit, is recte videtur a Rumpfio ita indicatus p. LXXVII.: Quamquam Aristocratis decretum a populo non comprobatum fuisse videatur: attamen hoc assecuti sunt Charidemi fautores, ut (Charidemus) imperator crearetur Atheniensium.

Digitized by Google

ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ

Ο ΚΑΤΑ

ΑΡΙΣΤΟΚΡΑΤΟΥΣ ΛΟΓΟΣ.

Digitized by Google

Digitized by Google

ΛΙΒΑΝΙΟΥ

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΤΟΥ ΚΑΤΑ ΑΡΙΣΤΟΚΡΑΤΟΥΣ ΛΟΓΟΥ.

Χαρίδημον τὸν Ὠρείτην, ἡγούμενον ξενικοῦ καὶ στρατηγοῦντα παρὰ Κερσοβλέπτῃ τῷ Θρᾴκης βασιλεῖ, πολίτην ὄφων αὐτῶν Ἀθηναῖοι ἐποιήσαντο, τὰ μὲν γεγονότα χρήσιμον αὐτοῖς, τὰ δὲ προσδοκῶντες
5 *ἔτι μᾶλλον γενήσεσθαι. περὶ τούτου ψήφισμα ἔγραψεν Ἀριστοκράτης ἐν τῇ βουλῇ τοιοῦτον· ἐάν τις ἀποκτείνῃ Χαρίδημον, ἀγώγιμος ἔστω ἐξ ἁπάσης τῆς Ἀθηναίων συμμαχίδος· ἐὰν δέ τις τὸν ἀγόμενον ἀφέληται ἢ πόλις ἢ ἰδιώτης, ἔκσπονδος ἔστω.*

Ὑπόθεσις. 3. *οἱ Ἀθηναῖοι* Bavar. Yk. 4. *αὐτοῖς.* Ita editiones veteres et Reiskius. Bekkerus, quem Dindorfius sequutus est, *αὑτοῖς* scripsit, diversitate scripturae e mss. notata nulla. Rectius autem hoc enunciatum putatur iudicium explicatoris continere. Bekkerus etiam alibi pronomen reflexivum cum altero facile commutare solet. 6. *τοιοῦτο* ed. Lutetiana, quam Reiskius vulgatam nominat. De utraque forma vide Buttmanni gram. ampl. vol. II. p. 414. Bremii adnot. ad Demosth. orat. adv. Aphob. de f. test. §. 17. Maetzner. ad orat. Lycurg. p. 90. 8. *τῶν Ἀθηναίων* editt. veteres. *ἀγώγιμον* ed. Lutet., quod etiam in Bavar. exstat, sed cum superscripto *ἀγόμενον*. 9. *πολίτης ἢ ἰδιώτης* Fkv et editt. veteres, *πολίτης ἢ ξένος* Felician. *πόλις ἢ ἰδιώτης* primus inter editores recte scripsit

Digitized by Google

τούτου κατηγορεῖ τοῦ ψηφίσματος Εὐθυκλῆς, τῷ Δημοσθένους λόγῳ χρώμενος, καὶ φησι πρῶτον μὲν παράνομον εἶναι τὸ ψήφισμα, ὅτι κρίσιν ἀναιρεῖ καὶ δικαστήρια, καὶ τὴν τιμωρίαν ἀπὸ τῆς αἰτίας 619
γεγραμμένην ἔχει, δεύτερον δὲ μὴ συμφέρειν τοῖς Ἀθηναίοις τοιαύτην Χαριδήμῳ δοῦναι δωρεάν· ἀπολοῦμεν γάρ, φησὶ, διὰ ταύτης Χερρόνησον. τὸ δὲ

H. Wolfius. Est haec constans dicendi forma, in diris, legibus et decretis usitata. Aeschin. orat. in Ctesiphont. §. 110. p. 69. γέγραπται γὰρ οὕτως ἐν τῇ ἀρᾷ, εἴ τις τάδε φησὶ παραβαίνοι ἢ πόλις ἢ ἰδιώτης ἢ ἔθνος, ἐναγὴς φησιν ἔστω τοῦ Ἀπόλλωνος. Adde Platon. Cratyl. p. 385. A. de leg. 1, p. 636. E. 641. A. 645. B. Theaet. p. 168. B. Conviv. p. 178. D. Xenoph. Cyrop. 1, 6, 45. Multa congesserunt ad h. l. Taylor, Schaeferus et Stallbaumius ad Platon. Gorg. p. 507. D. ad Cratyl. l. c. 10. τοῦ pro τῷ in Bav. FY. 11. χρησάμενος editt. veteres, Reiskius et omnes Bekk. libri praeter FYk, qui pariter ac Bav. χρώμενος habent. Ita Bekkerus et Dindorfius, probante etiam Schaefero. 12. παράνομον εἶναι τὸ ψήφισμα Bekkerus dedit ope cod. FYk; sequutus est Dindorfius: quam scripturam verba tertii, quod in editionibus Aldina, Felicianea, Herwagiana, Paulina circumfertur, in aliis autem scholiis additum est, argumenti φάσκων παράνομον εἶναι τὸ ψήφισμα egregie confirmant. Reliqui Bekkeri libri εἶναι τὸ ψήφισμα παράνομον, quem verborum ordinem Reiskius tuetur cum suis libris et editt. veteribus. 13. πρὸ τῆς αἰτίας vel ἄνευ τῆς αἰτίας H. Wolfius coniecit, oblitus ipsius orationis locorum §. 63. p. 640. 75. p. 645. 81. p. 647. 215. p. 692, quae Taylor in refutanda eius opinione iam attulit. Iurinus mavult ἀπ' αὐτῆς αἰτίας. 16. φησὶ Reiskius non habet, neque editt. veteres; primus id assumsit Bekkerus e Fk. ταύ-

Digitized by Google

ὅπως ὁ λόγος δείξει. ἐξετάζει δὲ καὶ τὴν τοῦ προσώπου ποιότητα, λέγων οὐκ εἶναι δωρεῶν ἄξιον τὸν Χαρίδημον, καὶ ταῦτα τοιούτων.

ΕΤΕΡΑ ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

Ἡ Εὔβοια μία νῆσος κατανντικρὺ τῆς Ἀττικῆς, διήκουσα διὰ τῆς Βοιωτίας καὶ τῆς Φωκίδος μέχρι τῶν Ἀφετῶν· Ἀφεταὶ δὲ τῆς Θετταλίας τόπος. ἴσμεν δὲ ὅτι χωρία πολλὰ εἶχεν ἡ Εὔβοια. ἔστι δὲ ἐν τῇ Εὐβοίᾳ χωρίον Ὠρεός· τοῦ Ὠρεοῦ δὲ ὁ πολίτης Ὠρείτης. Ὠρείτης οὖν τις Χαρίδημος ξεναγὸς ἦν τῶν Ἀθηναίων. ξεναγὸς δέ ἐστιν, ὅτε τις στράτευμα ξένων ὑπέρ τινος ἄλλου τρέφει. διὰ τοῦτο οὖν καὶ οὗτος ἐλέγετο ξεναγὸς, ἐπειδὴ στράτευμα ξένων ἔτρεφεν ὑπὲρ συμμαχίας τῶν Ἀθηναίων. ἦν οὖν

την cod. k. 17. δὲ καὶ. καὶ omiserunt υ et editt. veteres praeter Paulinam et Herwagianam, quod, quum sic tertia orationis pars indicetur, non potest deesse. 18. οὐκ εἶναι δωρεῶν ἄξιον τὸν Χαρίδημον. Cum hoc loco comparandus alius, et re et verbis conveniens, initio tertii argumenti ὅτι οὐκ ἄξιός ἐστι τῆς δωρεᾶς ὁ Χαρίδημος: ad quem collocatio h. l. vulgata itidem conformanda esset, si libri adstipularentur. 19. Pro τοιούτων est in k τοιοῦτον ὄντα.

Ἑτέρα ὑπόθεσις. 21. μία. εἷς pro τις ponere usus est labentis Graecitatis, auctore Valkenario adnott. ad N. F. p. 347, quem Schaeferus h. l. citavit. Cf. huius viri adnot. ad Long. Pastoral. p. 399. Heindorf. ad Platon. Phaedr. p. 242. B. Jacobsii Antholog. XII, p. 455. ad Achill. Tat. p. 398. 22. διήκουσα διὰ τῆς Βοιωτίας. proiecta propter Boeotiam. De hoc praepositionis διὰ usu disseruerunt Abreschius Dilucidatt. Thucyd. p. 60. et Fischerus ad Velleri gramm. IV. p. 175. 28. ξένον in edit. Lutet. 29. ξένον in codic. Vin-

Digitized by Google

τῶν μὲν Ἀθηναίων ξεναγὸς, γαμβρὸς δὲ Κότυος τοῦ τῶν Θρᾳκῶν βασιλέως καὶ στρατηγός. ὁ δὲ Κότυς παρέλαβέ ποτε τὴν Χερρόνησον τὴν Ἀθηναίων οὖσαν. καὶ τελευτήσας κατέλιπε τῆς βασιλείας διάδοχον Κερσοβλέπτην, εἰ μετά τινων δύο, Βηρισάδου καὶ Ἀμαδόκου, τὴν βασιλείαν μερίσαιτο. εἶχε δὲ στρατηγὸν ὁ μὲν Κερσοβλέπτης ὡς συγγενῆ τὸν Χαρίδημον, ὁ δὲ Βηρισάδης τινὰ Ἀθηνόδωρον, Ἀθηναῖον φύσει, Ἀλωπεκῆθεν· ὁ δὲ Ἀμάδοκος δύω στρατηγοὺς εἶχε, Σίμωνα καὶ Βιάνορα. ἰδίᾳ τοίνυν ἕκαστος τῶν βασιλέων ἤθελε χάριν τοῖς Ἀθηναίοις ποιήσασθαι διὰ τὸ ἔχειν αὐτοὺς εἰς συμμαχίαν εὐμενεῖς, καὶ συμβουλεύσαντος τοῦ Χαριδήμου δοῦναι κοινῇ 620 τοῖς Ἀθηναίοις τὴν Χερρόνησον ἐπείσθησαν οἱ βασιλεῖς καὶ δεδώκασι. τοῦτο γνόντες οἱ Ἀθηναῖοι τὸν Χαρίδημον ἐστεφάνωσαν ὡς εὐεργέτην αὐτῶν χρυσῷ στεφάνῳ, καὶ θετὸν πολίτην αὐτὸν ἐποιήσαντο. τοῖς δὲ ὁ Χαρίδημος ὅτι φιλοῦσιν αὐτὸν, ἐδήλωσεν αὐτοῖς διά τινος Ἀριστοδήμου ὡς ἂν ποιήσωσιν ἀσφάλειαν αὐτῷ περὶ τῆς τοῦ σώματος φυλακῆς καὶ ὅτι

---

dobon., sed edit. Lutet. ξένων habet. 33. τῶν Ἀθηναίων οὖσαν Schaefer. offert. 34. καὶ τελευτήσας — μερίσαιτο. Taylor e cod. Vindobon. haec attulit: καὶ τελευτήσας κατέλιπε υἱὸν Κερσοβλέπτην, ὃς μετὰ τινῶν δύο Βερισάδου καὶ Ἀμαδόκου τὴν βασιλείαν ἐμερίσατο. Indefinitum τὶς nonnunquam numeralibus addi, docet Schaeferus App. p. 501, 13., haec ipsa argumenti verba inter alia afferens. Cf. Koenii adnot. ad Gregor. Corinth. p. 7. 8. et 854. 47. τοῖς δὲ. Sic libri praeter unum Tayloris, qui γνοὺς δὲ praebuit, quod etiam Bekkero in mentem venisse video. Fortasse tamen illud rectum est, sed pro αὐτοῖς scribendum ἁπλῶς, id est, breviter. 49. Ἀριστοδήμου. Is ab oratore §. 23. p. 624. dicitur Ἀριστόμαχος. 50. καὶ ὅτι — δίδωσιν.

Digitized by Google

οὐκ ἐπιβουλεύεται, δίδωσιν αὐτοῖς τὴν Ἀμφίπολιν, ἀφαιρούμενος αὐτὴν ἀπὸ Φιλίππου. Ἀριστοκράτης οὖν τις, Ἀθηναῖος ὑπειλημμένος, ἔγραψε τοιοῦτο ψήφισμα· ὁ φονεύων Χαρίδημον ἀγώγιμος ἔστω, τοῦτ' ἔστιν ἀκτέος ἐπὶ τὸ κολασθῆναι· ἐὰν δέ τις, φησὶν, ἀφέληται τὸν ἀγώγιμον ἢ πόλις ἢ ἰδιώτης καὶ ὡς εἰπεῖν ἀντιλάβηται αὐτοῦ, ἔκσπονδος ἔστω τῶν Ἀθηναίων. Εὐθυκλῆς δέ τις Θάσιος τὸν δῆμον ἐπελάβετο τοῦ ψηφίσματος ὡς κακῶς ἔχοντος, ὡς παρανόμου καὶ ἀσυμφόρου καὶ γεγραμμένου ἀνδρὶ ἀναξίῳ. οὗτος λαβὼν παρὰ τοῦ Δημοσθένους τὸν λό-

---

Scribendum esse censet Iurinus ὅτι ἐπίβουλεύεται: reddi enim rationem, quare indigeat Charidemus praesidio Atheniensium, scilicet quod insidiis appetatur. At nihil tentandum est, modo haec, quemadmodum trita illa καὶ ὅτι ἀληθῆ λέγω, κάλει μοι τοὺς μάρτυρας, oratione circumcisa dicta esse accipias: et ut intelligant, nullas parari insidias, offert iis Amphipolin. De vi verbi διδόναι vide Schaefer. adnot. ad orat. de coron. p. 260. 21. Ἀθηναῖος ὑπειλημμένος, id est, pro Atheniense habitus. H. Wolfio inserendum videtur ῥήτωρ ante ὑπειλημμένος, quod ut non est necessarium, ita durissimum Schaeferi ἐπειλημμένος. sc. τούτου (ταύτης τῆς προφάσεως) sumto hinc praetextu. Videlicet ita vir doctus coniecit, quia in Tayloris ms. Vindob. ΕΥ ὑπειλημμένος scriptum est. 58. Θάσιος τὸν δῆμον. H. Wolfius et Marklandus Θριάσιος proposuerunt, ut sit unus e Thria, ad tribum Oeneida pertinente. At Euthycles Thasius erat genere, sed civis factus Athenis. Thasii enim antiquitus usu coniuncti erant cum Atheniensibus. Vid. Boeckhii Oecon. I. p. 334 sqq. 61. λαβὼν παρὰ τοῦ Δημοσθένους τὸν λόγον. Vendidisse Demosthenem orationes in alienis causis ab ipso conscriptas, etiam aliunde

Digitized by Google

γον, χρυσίον παρασχών, κατηγόρει τοῦ Ἀριστοκράτους. ὁρῶν οὖν ὁ ῥήτωρ τὴν ἁπλῆν ὑπόθεσιν ἰσχύουσαν μὲν τῷ νομίμῳ, κινδυνεύουσαν δὲ διὰ τὸ προ-
65 τιμᾶσθαι τὸ συμφέρον τῆς ἀξίας ὑφ' ἑκάστου τῶν λαμβανόντων πολλάκις, καὶ μάλιστα ὅταν στρατηγοὶ τυγχάνωσιν ἐπίδοξοι καὶ τὴν πόλιν εὐεργετῶσιν, οἷος ὁ Χαρίδημος καὶ Κερσοβλέπτου στρατηγὸς ὁ

---

constat. Is igitur inter λογογράφους fuit, de quibus vide Pierson. adnot. ad Moer. p. 244. et Hermanni Antiquit. §. 143. 16. 64. διὰ τὸ προτιμᾶσθαι — πολλάκις. Cod. Vindob.: διὰ τὸ προτιμᾶσθαι τὸ συμφέρον τῆς ἀξίας ἑκάστου πολλάκις τῶν λαμβανόντων. Hinc ὑφ' melius omitti dicit Taylor, idque Iurinus supervacaneum esse censet. Schaeferus probat scripturam Vindob. ita, ut πολλάκις quo nunc loco ponatur. Si quid mutandum est, transponi τῶν λαμβανόντων post ἀξίας malim, servato tamen ὑφ', quod non potest deesse, si spectes quae subsequuntur. 67. ἐπίδοξοι. H. Wolfius ἔνδοξοι praeferens non dubium est quin notionem famae desideraverit h. l.; quae tamen etiam in ἐπίδοξοι est. At ἐπίδοξοι alia de causa verum est. Eo enim indicantur qui spem faciunt, qui bene alios de se sperare iubent. Discrimen utriusque vocis Etymologicum Gudianum p. 199. 43. exponit. Vulgo additur infinitivus, qui indicat, cuius rei spes ostendatur, quem si putes h. l. necessarium, facile e proximis suppleri potest. Haec causa videtur esse, quod Schaeferus pro εὐεργετῶσιν scribi vult εὐεργετήσειν. In libro Tayloris exstat ὅταν στρατηγοὶ τυγχάνωσι καὶ ἐπίδοξοι. 68. καὶ Κερσοβλέπτου στρατηγὸς δ — ἔχων. Marklandus et Taylor coniecerunt ὁ Κερσοβλέπτου στρατηγὸς καὶ ἀδελφὴν αὐτοῦ ἔχων. In Tayloris ms. pro ὁ ἀδελφὴν vitiose scriptum est ὡς ἀδελφήν. Bekkerus sic scribi vult: ὁ καὶ Κερσοβλέπτου στρατηγὸς.

Digitized by Google

ἀδελφὴν αὐτοῦ ἔχων καὶ διὰ τὸ δόξαι ἐν τῷ κατὰ
70 τὴν Χερρόνησον αὖ ποιεῖν Ἀθηναίους αἱρεθεὶς στρα-
τηγὸς κοινῆς τῆς πόλεως, ἑτέραν ἐξεῦρεν ὑπόθεσιν...
ἐπιπλέκων παράττει τὸν ἀκροατήν, φάσκων γεγράφ-
θαι τὸ ψήφισμα ἐπὶ Χερρονήσῳ τῆς πόλεως σχήματι. 621
ὡς οὖν ἀμφοτέρων, τοῦ τε Κερσοβλέπτου καὶ τοῦ

---

69. ἐν τῷ e H. Wolfii coni. Scriptura Lutetiana est ἐν τὸ, pro qua Tayloris ms. Vindob. habet ἐκ τοῖς, quod Schaeferus praefert. 71. ὑπόθεσιν. Lacunam, quam Morellius e suo codice in edit. Lutet. exhibendam curavit, explevit H. Wolfius sic: ὑπόθεσιν. ταύτην δὲ. Taylor et Bekkerus nihil nisi ἣν substituunt. Quod cod. Vindob. dedit: ἑτέραν ἐξεῦρεν ὑπόθεσιν ἐκ τῆς οἰκείας δεινότητος, ἵνα ἐπιπλέκων παράττῃ τὸν ἀκροάτην κ. τ. λ., id docti quidem grammatici complementum videtur esse, sed non conveniens ingenio scriptoris argumenti. 73. ἐπὶ Χερρονήσῳ, id est, contra Chersonesum. Nota haec vis praepositionis cum dativo. Demosth. Aristocr. §. 137. p. 665. καὶ ταῦτα ἐφ' ἡμῖν ὄντα. ibique adnot. Schaeferi. 73. τῆς πόλεως σχήματι i. q. προσχήματι, praetextu reipublicae, ut vertit Iurinus, cui tamen non displacet coniectura H. Wolfii κτήματι. 74. ὡς οὖν ἀμφοτέρων — βουλομένου. In his verbis non puto quidquam depravatum esse, si modo teneamus, scriptorem argumenti non plene loquutum esse. Haec enim eorum sententia est: quia Cersobleptes et populus Atheniensis vellent Charidemum doni illius participem fieri et hic ipse id appeteret, Demosthenem hoc instituisse. Scriptura cod. Vindob. ὡς οὖν ὄντα ἀμφοτέρων, τοῦ τε Κερσοβλέπτου καὶ τοῦ δήμου τῶν Ἀθηναίων. Βουλόμενος τοῦτον ἀποτυχεῖν τῆς δωρεᾶς Δημοσθένης, quam Schaeferus, plenam interpunctionem ante βουλόμενος exstinguens, probat, manum emenda-

Digitized by Google

δήμου τῶν Ἀθηναίων, καὶ βουλομένου Χαριδήμου ταύτης ἐπιτυχεῖν τῆς δωρεᾶς, Δημοσθένης τὴν κατὰ τὴν Χερρόνησον ὑπόθεσιν ἐπέθηκεν, εἰς ὑποψίαν ἄγων τοὺς ἀκούοντας, καὶ φάσκων ἐξ ἐπιβουλῆς Ἀριστοκράτην γεγραφέναι τὸ ψήφισμα, ἵνα μηδενὸς τῶν βασιλέων ἀναιροῦντος αὐτὸν φόβῳ τῆς πόλεως περιποιήσῃ Κερσοβλέπτης πάλιν Χερρόνησον. τοσαῦτα περὶ τῆς ὑποθέσεως.

---

tricem docti grammatici prodit non considerantis, nolle oratorem ulla suae orationis parte Cersobleptae consulere. Si quid h. l. mutandum est, perplacet mihi id, quod Iurinus suadet: ἀμφοτέρων τοῦ τε κερσοβλέπτου καὶ τοῦ δήμου τῶν Ἀθηναίων, βουλομένων χαρίδημον ταύτης ἐπιτυχεῖν δωρεᾶς. Pro καὶ τοῦ δήμου coniiciens κατὰ τοῦ δήμου H. Wolfius ita ordinavit vv.: τοῦ τε Κερσοβλέπτου καὶ τοῦ Χαριδήμου βουλομένου κατὰ τοῦ δήμου τῶν Ἀθηναίων ταύτης ἐπιτυχεῖν. 80. περιποιήσῃ Κερσοβλέπτης. Usitatiorem dicendi rationem adhibuit Bekkerus scribendo Κερσοβλέπτῃ. Sed nihil mutes. 81. πάλιν omisit pr. F. Ad extremum moneo, ea, quae in utroque argumento ad rerum gestarum memoriam pertinentia explicatione aliqua indigeant, in Prolegomenis longius exposita esse cupientibus.

Digitized by Google

ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ

Ο ΚΑΤΑ ΑΡΙΣΤΟΚΡΑΤΟΥΣ ΛΟΓΟΣ.

Μηδεὶς ὑμῶν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, νομίσῃ μήτε ἰδίας ἔχθρας ἐμὲ μηδεμιᾶς ἕνεχ' ἥκειν Ἀριστοκράτους κατηγορήσοντα τουτουὶ, μήτε μικρὸν ὁρῶντά τι καὶ φαῦλον ἁμάρτημα ἑτοίμως οὕτως ἐπὶ τούτῳ προάγειν ἐμαυτὸν εἰς ἀπέχθειαν, ἀλλ' εἴπερ ἄρα ὀρθῶς ἐγὼ λογίζομαι καὶ σκοπῶ, ὑπὲρ τοῦ Χερρόνησον ἔχειν ὑμᾶς ἀσφαλῶς καὶ μὴ παρακρουσθέντας ἀποστερηθῆναι πάλιν αὐτῆς, περὶ τούτου μοί ἐστιν
2 *ἅπασα ἡ σπουδή. δεῖ δὴ πάντας ὑμᾶς, εἰ βούλεσθε ὀρθῶς περὶ τούτων μαθεῖν καὶ κατὰ τοὺς νόμους δικαίως κρῖναι τὴν γραφὴν, μὴ μόνον τοῖς γεγραμμένοις ἐν τῷ ψηφίσματι ῥήμασιν προσέχειν τὸν νοῦν, ἀλλὰ καὶ τὰ συμβησόμενα ἐξ αὐτῶν σκοπεῖν. εἰ μὲν γὰρ ἦν ἀκούσασιν εὐθὺς εἰδέναι τὰ κεκακουργημένα,* 622

---

§. 1. *Μηδεὶς ὑμῶν — ἅπασα ἡ σπουδή* citat Dionysius Halic. de composit. verborum p. 386 sqq. ed. Schaef. 2. *ἐμὲ* om. rs, August. 1. Paris. f. Baroccian. Viadob.; Dionys. Hal. *μὲ* ponit post *νομίσῃ*. 4. *οὕτως* deest in Aldina. Basil. et Francofurt., in Appendice invenitur *ἐτ. οὕτω*. 5. *προσάγειν κ. ἀλλ' — ἅπασα ἡ σπουδή* citat Rufus p. 78. *εἴπερ ἄρα Σ* et editiones veteres, *εἴπερ ἄρ'* Reiskius, Bekkerus, Dindorfius, ut apud Dionysium. Halic. 6. *ἐγὼ ὀρθῶς* Dionys. Halic. *περὶ* pro *ὑπὲρ* habent Dionys. H. et Rufus. *τῇ* pro *τοῦ* est in Paulina. Verbo *Χερρόνησον* praefixit Dionys. H. *τὴν* articulum. *Χερρόννησον* Rufus. 7. *ἡμᾶς* k, Rufus. *ἀσφαλῶς ὑμᾶς* Dionys. Hal. 8. Post *τούτου* Dionys. Hal. habet *τοίνυν*, idem *ἐστί μοι ἅπασα σπουδή*.

§. 2. 4. *ῥήμασιν Σ*, unde accepi. *τὸν νοῦν* om. *Σ*. 6. Pro *εὐθὺς* est *αὐτοῖς* in r. *κακουργήματα* v, Indices Aldin. Felic. Her-

Digitized by Google

3 τὴν ἀρχὴν ἴσως ἂν οὐκ ἐξηπάτησθε· ἐπειδὴ δὲ τοῦθ' ἕν ἐστι τῶν ἀδικημάτων, τὸ τοῦτον τὸν τρόπον καὶ λέγειν καὶ γράφειν ἐνίους ὃν ἂν ἥκιστα ὑμεῖς ὑπέδοισθέ τι καὶ φυλάξαισθε, προσήκει μὴ πάνυ θαυμάζειν, εἰ καὶ τοῦτο τὸ ψήφισμα ἡμεῖς οὕτω γεγραμμένον ἐπιδείξομεν, ὥστε δοκεῖν μὲν Χαριδήμῳ φυλακήν τινα τοῦ σώματος διδόναι, τὴν δὲ ἀληθῶς δὲ δικαίαν καὶ βεβαίαν φυλακὴν Χερρονήσου τῆς
4 πόλεως ἀποστερεῖν. εἰκότως δ' ἄν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ προσέχοιτέ μοι τὸν νοῦν, καὶ μετ' εὐνοίας ἀκούσαιτε ἃ λέγω. ἐπειδὴ γὰρ, οὐχὶ τῶν ἐνοχλούντων ὑμᾶς οὐδὲ τῶν πολιτευομένων καὶ πιστευομένων παρ' ὑμῖν ὢν, πρᾶγμα τηλικοῦτόν φημι δείξειν πεπραγμένον, ἐὰν, ὅσον ἐστὶν ἐν ὑμῖν, συναγωνίσησθέ μοι καὶ προθύμως ἀκούσητε, τοῦτό τε σώσετε, καὶ ποιήσετε μὴ κατοκνεῖν, ἐάν τίς τι καὶ ἡμῶν

---

wag. Paul. et margo Lutet., ubi etiam παπανουργημάτων. 1. Post τὴν ἀρχὴν interpungunt Ald. Lutet. Basil. Francof., recte post ἴσως Herwag. et Paulina.

§. 3. 2. ἔνεστι pro ἕν ἐστι est in rs. ἓν' στι editt. vett. praeter Basileensem, quae habet ἕν ἐστι. 3. ὑπίδοισθέ τι Bekkeri libri ΣΩαν et editt. vett., reliqui illius libri ὑπίδοισθ' ἔτι, quod Reiskius ex ingenio suo dederat. ὑπείδοισθέ August. l. 4. φυλάξοισθε ν et editt. vett., φυλάξεσθε Aug. l., φυλάξησθε κ. 6. ἐπιδείξωμεν Herwag. Paul. Lutet., sed in marg. huius ἐπιδείξομεν, quod Aldus et H. Wolfius habent. 7. τοῦ σώματος] τούτους κ. 8. βεβαίαν Σ, editt. vett. Reisk. Bekk. βέβαιον krs., Aug. l., Dindorf. φυλακὴν, Χεῤῥόνησον, interpungunt editt. vett. praeter Herwag. et Paulinam. Χεῤῥάνησον ν cum altero ν super νη scripto.

librariorum. Vid. Balteri adnot. ad Isocr. Panegyr. p. 60. *Προάγειν*, §. 1. ut h. l. dictum est, plerumque in rem malam ducere significat. Cf. Isocr. Panegyr. 174. p. 77. *τὰς συγγενείας εἰς ἔχθραν προάγει.* Demosth. orat. c. Leptin. 36. p. 468. *πρὸς ὅσης κακίας ὑπερβολὴν ὁ νόμος ὑμᾶς προάγει.* in Timocr. 186. p. 758. in Aristog. I. 8. p. 772. Vid. Dorvill. ad Charit. p. 313 et 494 ed. Lips. Wesseling. ad Herod. II. 121. — *ἄρα*, quod e Σ et editt. vett. recepi, integrum dedit etiam Rufus III, p. 450. ed. Walzii. Id saepe elisionem apud Demosthenem refugit. — *ὑπὲρ τοῦ Χερρόνησον ἔχειν ὑμᾶς.* Praeter necessitatem Schaeferus probat *περὶ*, quod Dionysius Hal. et Rufus habent. Oppono antiquis istis testibus Hermogenis auctoritatem, *ὑπὲρ* in libro de invent. III. p. 79. retinentis. Quia *περὶ τούτου* sequatur, *περὶ* Schaeferus etiam hic praefert, scilicet ne praepositio varietur, quod in tali iteratione insuitatum sit. Idem censet infra §. 65., iterum addictus Dionysio, necdum admonitus de errore locis Demosthenis, in quibus, nulla scripturae diversitate e libris mss. notata, eadem praepositionis variatio animadvertitur. Eiusmodi memorabile exemplum exstat orat. adv. Leptin. 124. p. 494. *οὐδ' ὁ πλεῖστος ἔμοιγε λόγος περὶ τῆς ἀτελείας ἐστίν, ἀλλ' ὑπὲρ τοῦ μὴ πονηρὸν ἔθος τὸν νόμον εἰσάγειν.* Addo alterum ex orat. d. m. g. legat. 94. p. 371. *βουλευομένων ὑμῶν οὐ περὶ τοῦ εἰ ποιητέον εἰρήνην ἢ μή, — ἀλλ' ὑπὲρ τοῦ ποίαν τινά.* et tertium ex orat. c. Eubul. 45. p. 1312. *οὐδὲ περὶ τύχης οὐδὲ περὶ χρημάτων ἡμῖν ἐστὶν ὁ πάρων ἀγών, ἀλλ' ὑπὲρ γένους.* et quartum ex orat. c. Stephan. I. 11. p. 1104. *περὶ μὲν τοῦ προκαλεῖσθαί με ἢ μὴ ταῦτα Φορμίωνα οὐδέν πω λέγω, οὐδὲ ὑπὲρ τοῦ τὰς διαθήκας ἀληθεῖς ἢ ψευδεῖς εἶναι, ἀλλ' αὐτίχ' ὑμᾶς περὶ τούτων διδάξω.* ibi tamen mutavit ille sententiam suam. „Attende, inquit, variationem in usu praepositionum. Eadem recurrit p. 146, 26.“ Praeterea confer Olynth. I. 5. p. 10. Philipp. II. 35. p. 74. de Symmor. 32. p. 187. de libert. Rhod. 17. p. 195. Prooem. p. 1418. 5. Neque non animadversum est hoc loquendi genus etiam apud alios scriptores, velut apud Isocrat. Archid. 62. p. 129. Dinarch. orat. in Demosth. 10 et 11. p. 91., ubi primum *ζήτησιν ὑπέρ τινος*, deinde *ζήτησιν περί τινος* in editt. novissimis. Recte scripsit Poppo, cod. Guelferbytan. et Paris. sequutus, apud Xenophontem Cyrop. III, 3, 44. *νῦν γὰρ ὑπὲρ ψυχῶν τῶν ὑμετέρων ὁ ἀγὼν καὶ ὑπὲρ γῆς, ἐν ᾗ ἔφυτε, καὶ ὑπὲρ οἴκων, ἐν οἷς ἐτράφητε, καὶ περὶ γυναικῶν δὲ καὶ τέκνων καὶ περὶ πάντων, ὧν πέπασθε ἀγαθῶν.* Utrumque dicitur et *ἀγὼν ὑπὲρ* et *περί τινος*; item *ζητεῖν ὑπὲρ* et *περί τινος*: cuius rei exempla affert Iacobsius ad Achill. Tat. p. 896. et Wurmius comment. in Dinarch. oratt. p. 47. Ita quoque *σπουδὴ* et *σπου-*

Digitized by Google

§. 1. δάζειν περὶ et ὑπὲρ τινος. Vid. orat. c. Olymp. 54. p. 1182. Lycurg. orat. in Leocrat. 88. p. 159. Sauppii adnot. ad Lycurg. p. 141. Fr. Franckii specim. nov. edit. Aeschin. p. 82. Sed ut, quae non dubia amplius cuiquam videantur, exemplis confirmem aptissimis, ne ab oratoribus decedam, unum affero ex Isocrat. orat. de permut. p. 324, 18. ὑπὲρ οὗ σπουδαστέον ἐστὶ τοῖς εὖ φρονοῦσι μᾶλλον ἢ περὶ τῶν ἄλλων. alterum ex Aeschin. orat. in Timarch. 89. p. 12. οὐτοσὶ οὐχ ὑπὲρ αὐτοῦ μόνον, ὦ Ἀθηναῖοι, ἐσπουδακέναι, ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν ἄλλων τῶν ταυτὰ διαπεπραγμένων αὐτῷ. Differt in his utraque praepositio eo, quod περὶ solam mentis circumspectionem vel respectum rei, ὑπὲρ simul animi propensionem ad adipiscendum aliquid aut avertendum significat. Qua de re quid alii statuerint, si qui cupiant scire, ii adeant Markland. ad Lys. orat. vol. I. p. 162. ed. R., Valkenar. ad Euripid. Phoen. 1336., Brem. ad Demosth. orat. Olynth. I. p. 10. 17. et in oratt. select. p. 188. Schaefer. in appar. crit. t. I. p. 190. Rüdig. ad Philipp. I. p. I. p. 151. s. Schoemann. ad Isaeum p. 234. Ceterum ὑπὲρ usurpari a recentioribus Atticis, inprimis ab oratoribus, ubi antiquiores περὶ uti soleant, iam docuerunt Buttmannus ind. ad Demosth. orat. in Mid. s. v., Sintenis ad Plutarch. Themistocl. p. 108. s. Maetzn. ad Lycurg. p. 85. Bernhardyi gr. p. 244: unde frequens utriusque in libris confusio explicanda est. Cf. Matthiaei adnot. ad Euripid. Orest. 1303. — De scriptura Χερρόνησον similiumque cum νῆσος compositorum optime optimus Voemelius docet ad Demosth. Philipp. II. p. 39—42. — Rufi et unius cod. ἡμᾶς pro ὑμᾶς non displicet Schaefero. Non erit, qui comprobet. Vid. similia in Androt. 4. p. 594. ὑπὲρ οὖν τοῦ μὴ παρακρουσθέντας ὑμᾶς κ. τ. λ. — Porro quum orator dicit: ὑπὲρ τοῦ Χερρονήσου — καὶ μὴ παρακρουσθέντας ἀποστερηθῆναι πάλιν αὐτῆς, gemina utitur enuntiatione, alteram priori adiiciens exaggerandi causa et cum verborum quidem gravitate acriore, ne uno vel altero verbo rem tantam expositurus auditorum suorum aures praetervolet. Meminit huius loci Hermogenes de invent. III, p. 79. ed. Walz., περιβολὴν appellans illam dicendi formam. — παρακρούεσθαι dilectum vi decipiendi scriptoribus Atticis et maxime Demosthenei, ut iam notarunt veteres grammatici, sumtum est ab iis, qui in rebus appendendis iustum ponderis examen concutiendo libram turbant, ut altera lanx ipsorum commodo propendeat. Nam cetera, quae de hoc verbo afferuntur, non specto nec spectanda sunt. Ad haec conf. Valkenar. ad Ammon. p. 191. Fr. Aug. Wolf. ad Leptin. p. 291. Voemel. ad orat. de Halones. p. 112. Recurrit passivum infra §. 107. de m. g. legat. 318. p. 443. in Androt. 4. p. 594. et alibi, frequen-

Digitized by Google

tus tamen medium est. — πάλιν. Amissam adverso belli Peloponnesiaci exitu Chersonesum receperant Athenienses Cotye interemto. Quare videant, ne rursus ea priventur. — Περὶ τούτου μοί ἐστιν ἅπασα ἡ σπουδή. Dionysii τοίνυν post τούτου Schaefero immutandum videtur melett. critt. p. 67 et ad Dionys. Hal. de composit. verb. p. 380 in ταυῦν, quocum saepe confusum sit. Cf. orat. de coron. p. 273. v. 16. p. 291. v. 15. c. Macart. p. 1070. v. 23. et alibi. Sed τοίνυν his locis illatum librariis est, quod orationi continuandae inprimis aptum putarunt, et, ab interpretibus eius loco substitui solet ταυῦν, certe in hoc loquendi genere usus constanter damnat. Praefert venerabilis God. Hermannus in libr. I. incredib. p. 18. scripturam Aldinae, in qua νῦν est: quae, sitne ex antiquo aliquo monumento ducta, equidem exploratum non habeo. Confirmandi causa afferri possent orat. c. Macart. 61. p. 1070. περὶ τούτου νῦν ἐστιν ὁ ἀγών. c. Conon. 44. p. 1271. νῦν περὶ τούτων ὁ λόγος ἐστίν.; at invitis libris nihil faciam, praesertim quum νῦν ad sensum hic non opus sit. Sunt etiam loca, ubi iure secundum libros particula hodie exclusa est, quamvis praecedens certa temporis significatio ad oppositionem huius generis invitet. Cf. orat. c. Leochar. 12. p. 1084. Philipp. II, 36. p. 74. ibique interpretes. Tum in verbis ἅπασα ἡ σπουδή Dionysius rursus auctor fuit Schaefero, ut articulum omitti mallet. Iniuria. Infra §. 208. περὶ τούτων ἦν ἡ σπουδή. orat. de Cherson. 2. p. 90. ἡ μὲν οὖν σπουδὴ περὶ τῶν ἐν Χερσονήσῳ πραγμάτων ἐστί. Adde Leptineam 41. p. 469. Orator enim omne suum studium et operam, quam in hac re collocarit, quamque videant auditores, uni Chersoneso conservandae dicatam dicit. Similem locum invenies orat. c. Leptin. 144. p. 501. καὶ νυνὶ περὶ αὐτοῦ τοῦ νόμου πᾶς ἐστιν ὁ λόγος. Cf. c. Stephan. I. 4. p. 1102. εἰρήσεται γὰρ ἅπασα πρὸς ὑμᾶς ἡ ἀλήθεια. Olynth. I. 25. p. 25. ἅπας ὁ χρόνος διελήλυθεν.

§. 2. προσέχειν τὸν νοῦν. Ultima verba quod desint in libro Σ, noli tamen omittere. Id fieret damno orationis numerosae. Deinde, quod sciam, in tali verborum complexione plenior dictio apud Demosthenem obtinet. Cf. orat. in Androt. 4. p. 594. Multa addi possent, si tanti esset. — τὰ συμβησόμενα ἐξ αὐτῶν, ut orat. in Timocrat. 91. p. 760. τὰ συμβαίνοντ' ἐξ αὐτοῦ σκοπεῖν. Sunt res efficientes, quas dicit Cicero in Topicis c. 14. — ἀκούσασιν εὐθύς. *re statim audita.* Infra §. 127. Κότυν εὐθὺς ἀπεκτονώς. orat. II. c. Onet. 3. p. 876. εὐθὺς ἀδικεῖν βουλόμενος. Alia exempla v. εὐθύς, cum participio iuncti, dat Reiskii index p. 257. Vid. Matth. gram. p. 1114. — τὰ πεπραγμένα. Firmatum plurimis

Digitized by Google

§. 2. et optimis libris certum est etiam usu loquendi. Pervulgata enim sunt κακουργεῖν, κακούργημα et κακουργία significandis callidis machinationibus, quas quis struit vel ad decipiendum vel ad nocendum. Leptin. 113. p. 491. in Androt. 4. p. 594. πλάττων καὶ παράγων πρὸς ἕκαστα τούτων κακούργους λόγους. in Timocr. 155. p. 748. antecedit τέχνῃ κακῶς ποιεῖν et paulo post sequuntur κακουργήματα. orat. II. c. Onet. 8. p. 878. coniuncta sunt τὰ ἀληθῆ καὶ μὴ κακουργούμενα τῶν πραγμάτων., ut Demosthenes ipse ab Aeschine orat. in Ctesiph. 16. p. 56. κακοῦργος σοφιστής, §. 99. p. 67. κλέπτην τὴν ἀκρόασιν καὶ μιμούμενος τοὺς τἀληθῆ λέγοντας. §. 200. p. 82. κακοῦργος ἄνθρωπος καὶ τεχνίτης λόγων dicitur, et eidem 94. p. 67. κακουργήματα tribuuntur. Apud Xenophont. Cyrop. I, 6, 19., ubi de feris dolose captandis sermo est: ἦ οὐ γιγνώσκεις ὅτι ταῦτα πάντα κακουργίαι τέ εἰσι καὶ ἀπάται καὶ δολώσεις καὶ πλεονεξίαι; et Memor. IV, 2, 14. haec tria ψεύδεσθαι, ἐξαπατᾶν, κακουργεῖν ad iniustitiam pertinere dicuntur. Saepe tamen κακουργεῖν et reliqua cum πανουργεῖν, πανοῦργος, πανούργημα et πανουργία commutata sunt, maxime apud Demosthenem. Vid. Fr. A. Wolf. ad Leptin. p. 494. 26. et Wunderlich. ad Aeschin. orat. in Ctesiph. c. 66. ed. Br. — τὴν ἀρχὴν οὐ omnino non, ut constat. Cf. Lennep. ad Phalar. epist. p. 82. Fr. A. Wolf. ad Leptin. p. 474. 4. God. Hermann. ad Sophocl. Antig. 92., ad Viger. p. 723. Quia εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς dici solet, idcirco haud dubie H. Wolfius et alii post ἀρχὴν h. l. interpunxerunt, iure reprehensi a Taylore.

§. 3. Verba καὶ λέγειν καὶ γράφειν complectuntur officii partes eorum, qui civitatem gerebant. Orat. de coron. 173. p. 286. — ὃν ἂν — ὑπίδοισθέ τι i. e. quem (modum) si adhibeant misisse existimo vos suspicaturos esse. Ἄν cum optativo indicat suspensam a conditione sententiam. Cf. Matth. gr. §. 528. 2. ὑφορᾶσθαι hac vi suspicandi frequentius est activo. Orat. adv. epistol. Philipp. 5. p. 153. de coron. 43. p. 240. Eadem verba coniuncta sunt apud Plutarch. Nic. 6. ὑφορώμενον δ' ἀεὶ καὶ φυλαττόμενον τὴν δεινότητα. Aelian. var. hist. I, 5. τὸ μὲν γὰρ δέλεαρ οὐχ ὑφορᾶται οὐδὲ μὴν φυλάττεται διὰ τὴν ἀκρασίαν τοῦτο. — μὴ πάνυ θαυμάζειν. Verisimile est et patet ex ipsa oratione, multos fuisse in iudicibus, qui probarent psephisma Aristocratis, quem etiam factio quaedam hominum potentium societate et consilio adiuverit. Idcirco bene admonet, par esse non adeo mirari, si illud impugnaturus sit. — ἡμεῖς i. e. ego et qui mihi praesto sunt patroni. Subito hoc usu pluralis sibi quoque socios et adiutores esse apte dicit, factione Aristocratis ante indicata. Paulo post rursus de se

Digitized by Google

solo loquens utitur singulari, ut initio. — *δοκεῖν μὲν — τὴν ὡς ἀλη-* §. 3.
θῶς δὲ. Plat. de rep. p. 423. A. *ἡ πόλις — μεγίστη ἔσται, οὐ τῷ δοκεῖν λέγω, ἀλλ' ὡς ἀληθῶς μεχίστη*. Apolog. Socrat. p. 41. A. Sic Demosth. orat. in Mid. 149. p. 563. *ἡ ὡς ἀληθῶς μήτηρ* et *ἡ δοκοῦσα* opponuntur, ut alibi *δοκεῖν* et *εἶναι*, *ὀνόματι* et *ἔργῳ*. Cum nostro loco sententiae ratione quodammodo congruunt dicta in orat. Androtian. 38. p. 605. *δεῖ δὴ πάντας ὑμᾶς γιγνώσκειν ὅτι τούτοις ἐστὶ μὲν ἡ πρόφασις τῆς συνηγορίας τῇ βουλῇ βοηθεῖν, τῇ δ' ἀληθείᾳ ὑπὲρ αὐτῶν ἀγωνιοῦνται*. De *ὡς ἀληθῶς* i. e. *οὕτως ἀληθῶς, ὡς δύνατόν ἐστι* vid. Viger. p. 568. et Benseleri adnot. ad Isocrat. Areopag. p. 305. — *δικαίαν καὶ βεβαίαν φυλακήν*. *δικαίαν*, suspectum habet Taylor immerito, iudicibus etiam Reiskio et Schaefero. Est iustum praesidium, quod ad tuendam Chersonesum aptum et tale est, quale esse debet. Vid. Ruhnken. et novissimos interpretes ad Xenophontis Memor. IV, 4, 5. In eandem sententiam explicantur Herod. II, 149. *ὀργυιαὶ δίκαιαι* i. e. orgyiae iustae magnitudinis. Cyrop. II, 2, 26. *ἅρμα δίκαιον* currus aptus et idoneus ad ea facienda, quorum causa factus comparatusque est. Vid. ibi interpretes. Ibidem VIII, 3, 38. *γήδιον δικαιότατον* est Virgilii iustissima tellus; dicitur etiam *ἄδικος γῆ*, quae est sterilis, ut *ἵπποι ἄδικοι* non idonei ad ea, quae ab iis praestari debent; contra Memor. l. c. *δίκαιος ἵππος, βοῦς*. In Bekkeri Anecdotis p. 344, 7. haec: *Ἀδικομάχους ἵππους Ξενοφῶν τοὺς δυσπειθεῖς λέγει, καὶ δίκαιον ἅρμα τὸ εὐπειθές*. Alia addita sunt ex Hippocrate in Paris. edit. Thesaur. H. Stephani. Dindorfii *βέβαιον*, quod vir doctus in praefat. p. X ex nonnullis codd. dedit, non duxi anteferendum scripturae optimorum librorum. Neque id patitur consuetudo loquendi. *Βέβαιος* enim quum modo duorum sit generum, modo trium, ad communem formam inclinat, ubi aliis verbis interpositis paulo remotum est a nomine, velut orat. in Timocr. 37. p. 711. *τίς οὖν μόνη φυλακὴ καὶ δικαία καὶ βέβαιος τῶν νόμων*; Plat. de rep. p. 586. A. *βεβαίου καὶ καθαρᾶς ἡδονῆς*. Phileb. p. 62. B. *τὴν οὐ βέβαιον οὐδὲ καθαρὰν τέχνην*. Cf. de rep. p. 603. C. *βιαίους καὶ ἑκουσίας πράξεις*. Demosth. orat. de m. g. legat. 228. p. 412. *ἀθρόος τῇ πόλει βλάβη γίγνεται*. Eadem forma potior est, quum adiectivum ad vim verbi se applicat, cuius generis Dindorfius affert orat. c. Leptin. 71. p. 478. *αἱ μὲν τοῖς ἄλλοις δῶρεαι βέβαιοι μένουσιν αὐτῷ*. Adde p. 1480, 7. *τὰς συμφορὰς βεβαίους τούτοις μόνοις τῶν ἄλλων μένειν*. Thucyd. I, 32. *τὴν χάριν βέβαιον ἕξουσιν*. III, 23. *κρύσταλλός τε γὰρ ἐπεπήγει οὐ βέβαιος ἐν αὐτῇ*. IV, 31. *ἐλπίδα ἐγκατέλιπε βέβαιον*. Plat. Tim. p. 37. B. *δόξαι καὶ πίστεις γίγνονται βέβαιοι καὶ ἀληθεῖς*. Theag. p. 192. E. Lucian. Tyran-

Digitized by Google

§. 3. nic. c. 3. *τὴν ἐλευθερίαν βέβαιον παρασχών.* Eadem lex in aliis huius generis adiectivis statuenda est: Demosth. Olynth. I. 17. p. 14. *ὁκνῶ μὴ μάταιος ὑμῖν ἡ στρατεία γένηται.* de Cherson. 15. p. 93. *ἐκεῖ δὲ μηδεμιᾶς ὑπαρχούσης ἑτοίμου βοηθείας.* ibid. 46. p. 101. *ἕτοιμον ἔχει δύναμιν.* ubi praeter optimum librum plurimi *ἑτοίμην* habent. Philipp. III, 70. p. 128. *μάταιος ἡ σπουδή.*, Duce in his potissimum usi videntur sono, etsi etiam alias causas adiuvisse eorum elegantiae studium putes: quarum cognitio tum demum certior fiet, quum de singulis adiectivorum formis, quo loco et qua ratione his et prosae orationis scriptores et poetae usi sint, satis accurate quaesiverimus. Quas in hac re leges poetae sequuti sint, egregium explorandi initium fecit God. Hermannus in adn. ad Euripid. Helen. 1631: ad prosam orationem nihil fere opis attulerunt, quae passim dicta sunt a viris doctis, nisi quod satis amplis copiis disquirendi laborem sublevarunt. Vid. Wesseling. ad Diod. Sic. III, 7., interpretes ad Thom. Mag. p. 139. 5. ed. Iacob., Matthiael gr. §. 117. 8. n. Buttm. gr. mai. §. 60. n. 4. et quos citat Iacobus ad Luciani Toxar. p. 84.

§. 4. *προσέχοιτέ μοι τὸν νοῦν καὶ μετ' εὐνοίας ἀκούσαιτε* — Apta est temporum diversitas, non grata tamen Schaefero, ut *πρόσχοιτε* scribi mallet; qui quidem hanc praesentis cum aoristo coniunctionem data opera videtur odisse. Vid. §. 5. et 84. et aliis locis. Praesens tempus adhibetur de re per totam orationem duratura, quae vero inde consequuta est actio, ut benevole audiverint, aoristo *ἀκούσαιτε* exprimitur. Orat. in Mid. 24. p. 522. *πολὺ δὲ μάλιστα πάντων τούτῳ τῷ λόγῳ προσέχειν ὑμᾶς δεῖ, καὶ μνημονεῦσαι τοῦτον.* Olynth. III, 31. p. 37. de Cherson. 61. p. 104. Philipp. III, 53. p. 124. 61. p. 126. de coron. 157. p. 280., Isocrat. orat. de Pac. 11. p. 161. *πῶς ἂν —, εἰ μὴ τοὺς μὲν λόγους τοὺς τῶν ἐναντιουμένων παρ' ἀλλήλους ἐξετάζοιεν, αὐτοὶ δ' αὐτοὺς κοινοὺς ἀμφοτέροις ἀκροάτας παράσχοιεν.* Aoristo subiungitur praesens orat. contr. Callicl. 2. p. 1272. *δέομαι δὴ πάντων ὑμῶν ἀκοῦσαί μου καὶ προσέχειν τὸν νοῦν.* c. Boet. de dote 4. p. 1009. Isocrat. Panathen. p. 255, 18. *πονῆσαι μικρὸν χρόνον καὶ προσέχειν τοῖς λοιποῖς τὸν νοῦν.* Demosth. orat. Philipp. I. 14. p. 44. ibid. 16. de symmor. 4. p. 179. c. Leptin. 146. p. 501. *ἀκούσατε καὶ σκοπεῖτε.* Prooem. p. 1432. lin. 17., ubi aoristo itidem res facta et absoluta significatur. Alia Demosthenis exempla dedit Funkhaen. ad Androt. p. 50. — Proximis verbis *οὐχὶ τῶν ἐνοχλούντων ὑμᾶς οὐδὲ τῶν πολιτευομένων καὶ πιστευομένων παρ' ὑμῖν ὤν* se de numero malorum et bonorum oratorum exemtum tacite adsignat privatis hominibus; alibi *τοῖς ῥήτορσι*

Digitized by Google

vel τοῖς πολιτευομένοις opponuntur οἱ ἰδιῶται nominatim. Vid. §. 4. Schoemana. de comitiis Athen. p. 109. 5. Hermogenes de ideis III. p. 380. ed. Walz. depromsit ex hoc loco exemplum τῆς ἐπισκείας. Οἱ ἐνοχλοῦντες notati in Androt. 25. p. 601. nomine τῶν θρασέων sunt, qui clamore, calumniis, convitiis, fallacibus in dicendo artibus et rebus ad causam non pertinentibus iudices fatigabant: quibuscum ne sibi quid imputetur commune, ipse Demosthenes deprecatur orat. de m. gest. legat. 206. p. 405. in Mid. 189. p. 575. Num structura verbi ἐνοχλεῖν cum accusativo, ut Bernhardyus in syntaxi p. 213. censet, an cum dativo, ut vulgo statuunt, usitatior sit, nondum exploratum est, id tamen certum, h. l. vim efficientiae in aliquem directae, quam quae in aliquo cernatur, aptiorem esse. Cf. Bremii adnot. ad orat. de reb. Cherson. 42. p. 100. ib. Schaefer. et ad p. 161. 16. p. 1343. 15. Molestis illis hominibus oppositi οἱ πολιτευόμενοι καὶ πιστευόμενοι intelligendi sunt oratores probata fide, quorum vita publica in honestis rebus perspecta sit. In Prooemiis p. 1427. ab init. dictum est: εἴ τις ὢν ἰδιώτης καὶ τῶν πολλῶν ὑμῶν εἷς, ἑτέρων συμβεβουλευκότων, οἳ καὶ τῷ πάλαι πολιτεύεσθαι καὶ τῷ παρ' ὑμῖν δόξαν ἔχειν προέχουσι, παρελθὼν εἶποι κ. τ. λ.. Etiam orat. in Timocr. 157. p. 749. et Philipp. IV. 70. p. 150. oratores intelliguntur οἱ πολιτευόμενοι, qui alibi latiori significatu. οἱ τὰ κοινὰ διοικοῦντες dicuntur: quos non praeteriit Valkenarius in diatribe p. 254. C., ubi varia oratoribus et demagogis imposita a scriptoribus nomina afferuntur. Articulum ad πιστευομένων iteratum nemo exspectabit: solet in his nominum coniunctionibus omitti, ubi id, quod adiectum est, esse prioris rei vel personae apparet. Ita orat. de coron. 60. p. 245. πρὸ τοῦ πολιτεύεσθαι καὶ δημηγορεῖν. ibid. 45. p. 240. ἐν τῷ πολιτεύεσθαι καὶ πράττειν. 178. p. 286. μόνος τῶν λεγόντων καὶ πολιτευομένων ἐγώ. in Androt. 65. p. 613. οἱ γεωργοῦντες καὶ φειδόμενοι. Cf. Benseleri adn. ad Areopag. p. 290. 5. — πρᾶγμα τηλικοῦτον — πεπραγμένον. *tantam rem actam esse*, i. e. conatum abripiendi vobis Chersonesum. πρᾶγμα πράττειν est rem agere data opera. Orat. de Cherson. 75. p. 108. Philipp. IV. 5. p. 132. de coron. 286. p. 321. τηλικοῦτον retinui cum Bekkero et Dindorfio, quod est etiam in cod. Σ. Vid. Bremii adn. ad orat. adv. Aphob. de f. testimon. p. 72. Schaeferus, consona sequente, tuetur τηλικοῦτο. Cf. Buttm. gr. ampl. vol. II. p. 414. — ἐὰν — συναγωνίσησθέ μοι. *si me in hoc certamine adiuveritis*. Ita coniunctivus aoristi post ἐὰν particulam latine reddi potest futuro exacto. Vid. Matthiae Gr. p. 953. Ἀγὼν usitatum est de forensi certamine: hinc tritissima illa ἀγωνίζεσθαι et συναγωνίζεσθαι. — τοῦτό τε σώσετε — *hanc rem integram et incolumem prae-*

Digitized by Google

§. 4. *stabitis.* Cauturos igitur esse suo adiumento, ne id, quod moliuntur adversarii, ipsis damno sit. Cf. orat. in Androt. 55. p. 610. *τοῦτό γ' ἔστι σῶσαι* de corpore nulla ignominia notato. Reiskius in ind. p. 487. interpretatur per ambages. — *ἐάν τίς τι ἀγαθόν.* Omissum τι in cod. Parisiensi non probabit, nisi qui studiis grammatici docti, qui librum illum manu scripserit, nimium obsequatur. Is enim pronomen indefinitum τι saepius, quam per usum loquendi licebat, non sine aliquo suo stomacho delevit. Neque eorum librorum, qui τι seiunctum a τις post δύνασθαι ponunt, tanta auctoritas est, ut eos cum Reiskio sequamur. Bene restituerunt Bekkerus et Dinderfius pronominum iuncturam, videlicet praeter plurimos et optimos libros etiam accepto Graecis soni concentu commendatum. Eiusmodi simillimum exemplum exstat in Isocratis Archidam. 6. p. 117. *ζητεῖν εἴ τίς τι δύναται περὶ τῶν παρόντων πραγμάτων εἰπεῖν ἀγαθόν.* Xenoph. Anab. I, 9, 11. *εἴ τίς τι ἀγαθὸν ἢ κακὸν ποιήσειεν αὐτόν.* Conferas Demosth. orat. c. Leptin. 89. p. 484. *ἄν τίς τινα τῶν ὑπαρχόντων νόμων μὴ καλῶς ἔχειν ἡγῆται.* Add. ibid. §. 88. Philipp. II, 20. p. 70. c. Lacrit. 44. p. 939. Vid. Lobeckii paralipom. I. p. 60. Neque tamen assentior Schaefero de eo, quod dicit, malle Graecos continuare τίς τι, quam disiungere τις — τι. Disiunctio non rarior est quam coniunctio, imo frequentior, at saepe a librariis, elegantiam illam dicendi adhibere cupientibus, obliterata. Sequuti sunt nonnunquam interpretes. Ita in Androtiana 22. p. 600. satis gravis unius codicis Σ auctoritas ad scribendum: *ἐὰν ἐπιδεικνύῃ τίς τι τούτων* Dindorfio, Schaefero et qui eos sequitur, Funkhaenelio visa est, mihi non item: nimirum istam collocationem pronominum adversari usui oratoris apertum est. Conferas orat. de coron. 190. p. 291. *ἂν νῦν ἔχῃ τις δεῖξαί τι βέλτιον.* ubi cod. Φ τι ante δεῖξαι ponit. ibid. 43. p. 240. *εἴ τις ἄλλο τι βούλοιτο λέγειν.* 123. p. 268. *ἐάν τις ἠδικημάς τι τυγχάνῃ τὴν πόλιν.* 277. p. 318. *εἴ τις ἐλύπησέ τι τοῦτον.* 307. p. 327. *ἐὰν δέ τις ἰδίᾳ τι λυπήσῃ.* c. Leptin. 135. p. 498. *ἐάν τις ὑποσχόμενός τι τὸν δῆμον ἐξαπατήσῃ.* ibid. 159. p. 506. *ἄν τις ἀμύμων τι πάθῃ τῇ δημοκρατίᾳ.* 120. p. 493. in Mid. 10. p. 518. *ἐὰν δέ τις τούτων τι παραβαίνῃ.* in Aristocr. §. 26. §. 108. §. 217. c. Pantaen. 85. p. 976. *ἐάν τις ἐξείλῃ τινὰ τῆς ἐργασίας.* ib. 86. p. 977. *κἂν ἄλλο τι ἀδικῇ τις περὶ τὰ μέταλλα.* de Cherson. 2. p. 90. *ὅσα μέν τις αἰτιᾶται τινα τούτων.* Philipp. III, 45. p. 122. ib. 76. p. 130. Philipp. IV, 29. p. 138. Add. Antiph. orat. de saltat. 4. p. 141. Andocid. de myster. 98. p. 13. Sed haec satis multa vel plura potius, quam necesse fuit, ad elevandam in hac re fidem libri optimi: redeo ad nostrum locum.

Digitized by Google

Quod ibi τι paulo remotius positum est ab ἀγαθόν, ad id ipsum §. 4.
itidem congruit usus Demosthenis aliorumque. Vid. infr. §. 188. Pseudo-Demosthen. de synt. 13. p. 170., et multa, quae Bremius in adn. ad Isocrat. p. 101. cumulavit.

§. 5. τὰ παρ' ὑμῖν λόγου τυγχεῖν. Proprie obtingere debebat cuique, utpote in libera civitate, ubi ἡ ἰσηγορία legitima erat. Παντὸς πολίτου ἐστὶ τὸ προσελθεῖν τῷ δήμῳ καὶ λόγου τυγχεῖν dicit Demosthenes in orat. de coron. Cf. F. A. Wolf. ad Leptin. p. 461. 23. Wachsmuth. antiqq. Helle. I. 2. p. 22. et quos excitat C. F. Hermannus in quaest. de iure et auctor. magistratuum apud Athenienses p. 18. n. 26. At non omnibus facilis aditus ad aures populi vel iudicum fuit; assuevit enim ille et favit exercitatis in dicendo, etsi, ut orator ipse indicat, saepe damno suo. Vid. Schoemann. de comitiis Athen. p. 103. — νῦν δὲ πολλοῖς τοῦτο φοβουμένοις κ. τ. λ. Similiter ad sententiam orat. c. Callip. 2. p. 1236. εἰ γὰρ ἔθος κατασήσετε τοῖς δυναμένοις εἰπεῖν καὶ δόξαν ἔχουσι μᾶλλον πιστεύειν ἢ τοῖς ἀδυνατωτέροις, ἐφ' ὑμῖν αὐτοῖς ἔσεσθε τὸ ἔθος τοῦτο κατεσκευακότες. Adde Olynth. III. 12. p. 31. — τῶν δεινῶν. Sunt potentes, sollertes, ingenio valentes, qui ubi facundi intelligendi sunt, docet, ut h. l., vel ipse orationis contextus, vel appositum λέγειν vel simile quid. In Androtiana 25. p. 601. δεινοὶ explicantur paulo post vocabulis δυνατοὶ λέγειν; in Lycurgi orat. in Leocr. 31. p. 161., ubi ὁ ῥήτωρ praecessit, subsequuntur οἱ δεινοί. — Ἐγὼ γοῦν — ἡγούμην. Habemus in his exemplum ἀξιοπιστίας, de cuius vi et natura disputat Aristides art. rhet. vol. IX, p. 376. ss. ed. Walz. Hac ratione ad maiorem sibi conciliandam benevolentiam bene indicat, se ad χρηστοὺς et εὐλαβεῖς πολίτας pertinere, qui salutem civitatis plurimi faciant. *Ἐγὼ γοῦν ich demzufolge wenigstens, wenigstens tat so viel genug, dass ich* —. Γοῦν confirmat cum aliqua restrictione ita, ut orator suam privati hominis rationem ponat pro argumento eorum, quae antea de consortibus vitae pronuntiavit. Vid. Schneider. ad Platon. de rep. p. 335. E. Car. Fr. Hermann. ad Lucian. libr. de conscrib. hist. p. 156. Reinh. Klotz. ad Devarii libr. de gr. l. partic. vol. II. sect. I. p. 348. ss. ἔγωγ' οὖν, quod primus asperit Bekkerus, locum haberet, si antea dictum fuisset de hominibus, qui, etiamsi allatas sibi difficultates in publice loquendo viderent, tamen non omittarentur loqui. Deinde affirmatio illa commode fit iureiurando interposito: ὀμνύω τοὺς θεοὺς ἅπαντας, ut in rebus gravissimis obtestari solent, velut orat. c. Zenoth. 31. p. 890. καὶ πάντας ὑμῖν ὄμνυμι τοὺς θεούς. pro Phorm. 61. p. 963.: de cuius generis formulis disserit Amersfoordtius in adn. ad orat. de

Digitized by Google

§. 5. symmor. p. 189. 7. neque hoc satis fuit oratori; addit deinde etiam *εὖ ἴστε* ad omnem dubitationem tollendam. Usurpatur haec dictio, modo praemissa reliquis verbis, modo postposita, modo mediae orationi interserta, ut h. l. Vid. Foertschii observat. crit. in Lys. orat. p. 58. s. Matthiae gr. §. 630. — *τὴν γραφὴν ταύτην ἀπενεγκεῖν. Ταύτην* addendum erat de auctoritate librorum. Tum *ἀπενεγκεῖν* apprime quadrat in hunc locum, ubi causae in iudicium deductae mentio fit, minime *ἐπενεγκεῖν*, quod in nonnullis libris inventum acceptumque a Taylore nolet quisquam verbis §. 215. *τῷ τὴν αἰτίαν ἐπενεγκόντι* defendere. Hoc enim convenit actori, quamdiu causam adornat et intendit alicui: quam si scriptam detulit ad magistratum, idem tum dicitur *ἀπενεγκεῖν*: scilicet e suis manibus dimissam tradidit in potestatem iudicum et ad eorum arbitrium reiecit. Demosth. orat. de coron. 54. p. 243. *Αἰσχίνης — ἀπήνεγκε πρὸς τὸν ἄρχοντα παρανόμων γραφὴν κατὰ Κτησιφῶντος.* ibid. 105. p. 261. in Mid. 85. p. 542. in Aphob. 12. p. 817. Pseudo-Demosth. in Aristog. II. 8. p. 803. Conf. Meier. et Schoemann. de iudic. Atheniens. p. 594. n. 1., ubi similes dictiones *διδόναι, προσφέρειν* allatae sunt. — *Πάνυ τῶν αἰσχρῶν εἶναι* i. e. *τῶν αἰσχίστων εἶναι, esse e rebus valde turpibus, rem valde turpem esse.* Ita solent *πάνυ, λίαν, πόλυ*, alia, seiungi a nomine, ad quod pertinent, cuius generis exempla cumulata sunt a Poppone ad Cyrop. I, 6, 39. Krügero ad Anab. I, 5, 8. Bornemanno ad Conviv. p. 46. Wurmio ad Dinarch. p. 56. 57. et Schaefero multis locis appar. crit. Tum notanda frequens loquutio *τῶν αἰσχρῶν εἶναι*, cui subiacet graecae linguae virtus rem aperte ponendi ante oculos, quum *αἰσχρόν ἐστι* solum iudicium contineat. Hinc etiam liquet, cur illa adsciscat articulum. Olynth. II, 2. p. 18. *ἔστι τῶν αἰσχρῶν, μᾶλλον δὲ τῶν αἰσχίστων.* orat. c. Leptin. 65. p. 476. ib. 135. p. 498. 2. p. 457. c. Nausim. 27. p. 992. Olynth. I, 26. p. 16. *τῶν ἀτοπωτάτων μέντ' ἂν εἴη.* de pac. 4. p. 57. *τῶν πάνυ λυσιτελούντων τοῖς τολμῶσιν ὅν.* Vid. Fr. Aug. Wolfii adn. ad Leptin. p. 457. 11. Matthiae gr. §. 322, not. 2. — De *ἡσυχ. ἄγειν καὶ σιωπῆσαι* vid. supra §. 4. — *ἀλυσιτελὲς* i. e. *pernicionum, noxium*, ut Schaeferus interpretatur; nam per *μείωσιν* dictum est Infra §. 190. *μέγα πρᾶγμα ἀλυσιτελὲς τῇ πόλει κατεσκευάζετο.* de falsa legat. 275. p. 429. *οὕτως ἐχθρὸν ἡγοῦντο τὸ δωροδοκεῖν καὶ ἀλυσιτελὲς τῇ πόλει.* Ita *ἀσύμφορος* orat. in Timocr. 187. p. 758., *ἀνωφελὴς, ἄχρηστος* et *inutilis* Latinorum usurpatur. Cf. Wurmii adn. ad Dinarch. p. 107. et Herbst. ad Xenoph. memor. I, 7, 4. — *πρότερον δ', ὅτ' ἔπλευσα* Non constat, quo tempore et qua in re et in quos cives Euthycles fidem reipublicae praestiterit,

Digitized by Google

quum ipsius vita ignota sit. Augurari tantum possumus, eum negligentes in munere trierarchiae faciendae accusasse et vicisse, alioquin huius rei mentionem non fecisset h. l., ubi fiduciam in se auditores reponere quam maxime cupiat. De eo, quod Bekkerus e Σ attulit, ὅτε πλεῦσαι, ut inde aliquid elliciatur, non est laboraudum. Addo, ibi accentu non notatum esse πλευσαι, ut mendum scriptionis facilius appareat. §. 5.

§. 6. εὐεργέτην εἶναί τινες τῆς πόλεως. Notabilis est liberior pronominis positio. In ea videtur haesisse, qui librum r descripsit, ut pronomen plane omitteret. At vide orat. de fals. legat. 214. p. 407. εἰ παρ' ἐκείνῳ τοὺς ἐκείνου τις εὐεργέτας κακῶς λέγοι. Infra §. 42. §. 62. §. 134. c. Leptin. 137. p. 498. ἔστι δ' ἑκάστῳ τις αὐτῶν, ὡς ἔοικεν, ἐχθρός. Pseudo-Demosth. in Aristogit. II. 7. p. 802. παρὰ τοὺς νόμους τι τοὺς κειμένους ὑμῖν πρᾶξαι. Lysias orat. pro bonis Aristophanis 52. p. 156. ᾤοντο εἶναί τινες αὐτῷ πλέον ἢ ἑκατὸν τάλαντα. — δυνηθῶ πρὸς ὑμᾶς εἰπεῖν. ut, si non persuaserit, sua imbecillitas, non rerum infirmitas in causa fuisse videatur. Ita Ulpianus, H. Wolfio interprete. — κακονούστατον ἀνθρώπων ἁπάντων. ἀνθρώπων testantur praeter libros mss. et typis expressos etiam scholia εἰς στάσεις apud Walz. vol. IV. p. 758, nisi quod ibi inverso ordine ἁπάντων ἀνθρώπων scriptum est, et VII. II. p. 942. anonymi scholia de ideis. E libro Paris. Σ manavit, quod tuetur Funkhaenelius in annal. liter. Darmstad. an. 1841. num. 115., ἄνθρωπον. Atqui illud mihi, sive sententiam verborum seu usum sermonis spectanti, verissimum videtur. Nam prae ceteris Demostheni in augendo superlativo tritissima sunt ἀβελτερώτατος πάντων vel ἁπάντων ἀνθρώπων, ἁπάντων vel πάντων λαμπρότατος, neque rara iunctura πονηρότατος τῶν ὄντων ἀνθρώπων vel τῶν ὄντων ἁπάντων, non item, quantum memini, κακονούστατος ἄνθρωπος ἁπάντων, ubi nos dicimus: der übelgesinnteste Mensch von der Welt. Vid. de Cherson. 22. p. 98. Philipp. III, 14. p. 114. c. Leptin. 145. p. 501. de fals. legat. 208. p. 405. in Mid. 153. p. 564. in Aphob. II, 16. p. 840. 19. p. 842. c. Onet. I. 4. p. 865. 31. p. 872. c. Lacrit. 2. p. 924. 52. p. 941. οἱ μιαρώτατοι ἀνθρώπων ἁπάντων. c. Conon. 22. p. 1263. Add. orat. II. in Aristogit. 67. p. 790. in Neaer. 12. p. 1349. Isocrat. de antid. 35. p. 317. ib. 150. Trapez. 23. p. 363. Accommodatus esset nostro loco ἄνθρωπον accusativus, si antea diceretur οὐ μόνον στρατηγόν τινα τῶν τυχόντων vel tale aliquid, ut pravissimum hominis ingenium opponeretur vilitati eius imperatoriae virtutis. — Πολὺ τἀναντία ἢ προσῆκεν ὑπειλημμένον. Reiskius ind. p. 516. 5. ita vertit: *de quo multo sectus existimatur atque oportebat.* In adnotatis

Digitized by Google

§. 6. pro πολὺ scribi πάντα mavult, recte improbante Schaefero: nam in τἀναντία notio comparativi inest. Demosth. orat. in Conon. 17. p. 1262. οἱ μὲν γὰρ νόμοι πολὺ τἀναντία καὶ τὰς ἀναγκαίας προφάσεις — προείδοντο. Plat. Apoleg. 39. C. τὸ δὲ ὑμῖν πολὺ ἐναντίον ἀκοβήσεται. Lucian. Alexand. alt. p. 203. 4. ed. Reisk. Adeas doctissimi Maetzneri copias ad Antiphontem p. 170. expositas. Ceterum, quum h. l. odium Charidemo et adversariis concilietur, rei invidiosae vim addit gravitas verbi ὑπειλημμένον inculcando mentibus auditorum, perversam esse Aristocratis aliorumque de illo existimationem. Hinc H. Wolfius notat h. l. τὸ πάθος.

§. 7. τὸ τοιοῦτον — τοσαύτην ποιεῖσθαι πρόνοιαν primus vidit H. Wolfius inter se apta esse. Sed quod idem putat, melius convenire ὑπὲρ τοιούτου, id non ferrem vel addicentibus nonnullis melioris notae libris. Turbaret praepositio numerum orationis. — ἄν τι πάθῃ. Noto euphemismo dicta sunt. Infra §. 12. Philipp. I, 11 et 12. p. 43. De hac formula egerunt Brunckius ad Aristoph. Eccles. 110. Klotzius ad Tyrtaeum p. 711. Graecitatis inferioris est εἴ τι γένοιτο περὶ αὐτόν, ut Plutarchi. — ταῦτ'. Indicat singula, quae dicturus est de improbitate Charidemi, cuius utilitatibus tantum cautionis et diligentiae adhibuerit Aristocrates. Quamobrem nihil omnino expedit Marklandi coniectura τοῦτ'. Non meminit ille, vel certe non attendit, nam per eundem corrigendi errorem passim, ut infra §. 122, lapsus est, pluralem numerum pronominis satis usitatum etiam, ubi de una re dicitur. Ubicunque id fit, rem illam unam per singulas partes considerari oportet, ut omnino notionem multitudinis quoquo modo inesse existimes: quae loquutio a nostro more diversa nititur in studio et consuetudine Graecorum res, ab adspectus iudicio remotas, sic illustrandi dicendo, ut sensibus subiectae videantur. Orat. in Timocr. 130. p. 741. τί κωλύει ἅπαντας εἶναι πονηρούς, εἰ διὰ ταῦτα πλέον ἕξουσιν· suscitat διὰ ταῦτα, i. e, πονηροὺς εἶναι cogitationem malarum actionum. Philipp. III, 42. p. 122. εἶθ' ἡ αἰτία γέγραπται, δι' ἣν ταῦτ' ἐγένετο. ταῦτ' e libro Σ sumtum ostendit Arthmium ἄτιμον et πολέμιον cum suis dictum. Adde orat. de coron. 107. p. 262., in Mid. 184. p. 574. Placet autem Im. Bekkeri διὰ τοῦτο orat. de symmor. 8. p. 178., quoniam id in singularem rem, non in partes cogitatione dissolvendam, cadit, quod e contextu verborum liquet. Conferas Car. Reisigii adnot. in comment. crit. ad Sophocl. Oedip. Colon. p. 326., dicta Volkm. Fritzschii in quaest. Lucian. p. 126., Bremii ad Aeschin. in Ctesiph. p. 193., Schoemanni ad Isaeum p. 356. — πολλοῦ δεῖν ἄξιον ὄντα τυχεῖν. πολλοῦ δεῖν, ut μικροῦ δεῖν, ὀλίγου δεῖν, partes adverbii sustinet idque cum ἄξιον ὄντα coniunctum ἥκιστα esse recte

Digitized by Google

monet Schaeferus contra Reiskium, qui continentem orationem non perspexit vel certe non explicuit. Orat. de coron. 20. p. 331. τί οὖν συνηγωνίσατο αὐτῷ πρὸς τὸ λαβεῖν ὀλίγου δεῖν ἐκόντας ὑμᾶς ἐξαπατωμένους; Vid. Viger. p. 204. et Godofr. Hermanni addit. p. 744. Verumtamen non est haec formula, quod quidem Schaeferus contendere videtur, παρενθετικῶς interserta, ut eám cum ceteris verbis dicas non cohaerere: definiens enim, quomodo ἄξιον ὄντα accipiendum sit, sub rationem accusativi cadit. Itaque non dissimilis structura in his est: ἐμοὶ δοκεῖν sive τὴν ἐμὴν δόξαν ἄξιος τυγχεῖν, ubi vix quisquam hodie infinitivum absolute positum censebit. — νυνὶ iure servavit Im. Bekkerus libris fide dignis iubentibus ut hic, ita aliis locis, ubi id male Schaeferus aliique suspectum habebant, quos idcirco notavit Herm. Sauppius in adnot. ad Lycurg. p. 101. Differt a vulgatiori νῦν δὲ, i. e. *nun aber* ita, ut sit *nun aber gerade, ut nunc ipsum est, hoc ipso praesenti rerum statu*; quo modo in ipsa argumentatione debet temporis notio praesentis cogitari, ut praecipit Car. Reisigius in enarrat. Oedipi Colon. vs. 265. Haec vis manifesta est in eis, quae congessit Maetznerus in adn. ad Lycurg. p. 124., quibuscum bene Sauppiana congruunt l. c., nec minus, quae sunt Demosthenis orat. pro Phorm. 15. p. 911. c. Boeot. 32. p. 1018. et duo altera Lysiae exempla orat. κατὰ τῶν σιτοπωλῶν 12. p. 165. et orat. ὑπὲρ τῶν τοῦ Νικίου ἀδελφοῦ 17. p. 150. Cf. Prooem. p. 1429. ab. in., quae inter Demosthenica sunt. Ac Schoemanni cautionem ad Isaeum p. 189. laudo. *Νυνὶ δὲ* autem non potest stare Olynth. I. 9. p. 11. Praeterea illud per est mirum, quod Schaeferus in illis locis νυνὶ, praesentem rerum statum et conditionem significans, relicit, qui hac significatione adhibita verba orat. Leptin. 25. p. 464., adeo Fr. A. Wolfio obscura, optime explanaverit. §. 7.

NARRATIO.

§. 8—17. Hic orditur narrationem, quae est rerum explicatio et quaedam quasi sedes et fundamentum constituendae fidei, ut in partitionibus docet Cicero. Cf. Hermog. de invent. vol. III. p. 91. 55. Apsinis art. rhet. vol. IX. p. 488. ss. Gregor. Corinth. vol. IX. p. 1311. Ea est hoc loco scite et accommodate posita, ut quae reli quae orationi perspicuitatem (εὐκρίνειαν) impertiat et gravitatem (δεινότητα). Vide quae in hanc rem disputant Hermog. de ideis vol. III. p. 211. 5. Joann. Siceliot. scholia ad Hermog. vol. VI. p. 181. ss, incerti auct. scholia ad Hermog. vol. VII. II. p. 941. Aristides art.

Digitized by Google

rhet. vol. IX. p. 389. 5. Debebat orator, uti iam supra dictum est, e ratione status causae prae ceteris demonstrare, decretum Aristocratis contra leges latum esse eoque non dignam Charidemi personam, sed quia in ipso dicendi exordio significaverat, possessionem Chersonesi consiliis adversae partis in discrimen vocari, id nunc sibi opus esse putabat explicare, quo novum ab hac parte acceptum orationis argumentum subfulciret. Quare dicit Hermogenes de method. vol. III. p. 435. seq.: *ἔθος Δημοσθένους ἐστὶν, ὅταν τι διασκήψηται ἑαυτῷ χρήσιμον, μὴ πρότερον ἀφίστασθαι, πρὶν ἢ ἐπισφραγίσηται· πεποίηκε τοῦτο ἐν τέτρασι λόγοις· ἐν τῷ περὶ τοῦ στεφάνου, ἐν τῷ κατὰ Μειδίου, ἐν τῷ κατὰ Ἀριστοκράτους, ἐν τῷ πρώτῳ τῶν Ὀλυνθιακῶν.* Est igitur haec narratio quaedam praemunitio ad id, quod ipse invenit orator: quod si aggressus esset sine ulla praeparatione, assumta illa orationis pars et fundamento careret et obscuritate laboraret. Prodest autem ea ceteris quoque partibus, siquidem, rebus Thraciae expositis, auditores moniti, quid, si incauti essent, Chersoneso eventurum esset, nihil praeiudicati ad eas audiendas attulerint. Nimirum quia opinabantur nonnulli, Charidemum civitati beneficum hominem esse, et metuendum erat, ne illi alios ad partes suas traducerent, ea sane opinio praecipue debilitanda erat, quae alioquin posset vel ipsum locum de violatis legibus invalidum reddere. Ac magna tractationis laus haec est, quod rem inducens, ad causam non pertinentem, eo se adactum necessitate significat, inquiens: *Ἀνάγκη δ' ἐστὶ πρῶτον ἁπάντων εἰπεῖν καὶ δεῖξαι.* quod idem fecit orat. de coron. 9. p. 228 et 17. p. 230., itidem animadversum ab Hermog. de method. vol. III. p. 432. et aliis, qui ab eo pendent. Ita loquens videtur non suo arbitratu et cum sua utilitate id fecisse, sed pro temporum ratione et necessitate aliqua imposita. Et tamen nonnisi eo nitebatur, ut locus ille de Chersoneso satis in oratione haberet firmamenti.

Deinde disserunt scriptores artium de forma huius narrationis. Hermogenes, qui in lib. III. de invent. tres constituit narrandi formas, adhibitam h. l. appellat p. 95. vol. III. ed. Walz. *διήγησιν ἐγκατάσκευον*, quae non simplicia et nuda facta proferat, sed confirmatione causarum munita sit, *ἵνα γένηται ῥητορικωτέρα τῇ προσθήκῃ τῶν αἰτιῶν.* Cf. incerti auct. scholia ad Hermog. vol. IX. p. 782. Denique in ea sunt memoratu digna, quae dicendi magistri de narratione inprimis praecipiunt, ut brevis, ut aperta, ut probabilis sit, quae satis intuenti statim obvenient.

Primum idque summum exponitur, securitatem Chersonesi in eo positam esse, ut tres reges in Thracia dominentur, iique dissidentes inter se populo Atheniensi penitus dediti sint. Hanc autem rerum

Digitized by Google

conditionem adversarios velle eo tollere, ut Cersobleptae praevalen- §. 8.
tem potentiam comparaturi sint, ideoque factum esse decretum, quod indicia fraudis contineat. Idcirco nunc §§. 10—12 explicatur, quibus illi causis ducti decretum de Charidemo tutando composuerint eumque Atheniensium ducem creari velint, quaeque inde ad constituendum unum in Thracia regnum consequutura cogitaverint. Ad id demonstrandum orator utitur quidem coniecturalibus, quas dicunt, rationibus, sed adiungit §§. 13—15 probandi causa tria e vere factis sumta argumenta, e quibus praeparatio istarum machinationum colligenda sit, denique §. 16 et 17 quartum petit ex ipso decreto. Cf. Minuciani lib. περὶ ἐπιχειρημάτων vol. IX. p. 606. ed. Walz.

§. 8. Ἀνάγκη δ' ἐστὶ κ. τ. λ. Quod hic exponit orator, ad id revertitur infra §. 102—103. Ac percommode aequalitatem potentiae in Thracia conservandam dicit. Etenim necesse erat, quod prudentia civilis Atheniensium in Graeciae civitatibus sequeretur praeceptum, idem probari multitudini in constituendis rebus peregrinae terrae. Eandem sententiam orator initio orat. pro Megapol. 4. p. 203. eloquutus est: *Οὐκοῦν οὐδ' ἂν εἷς ἀντείποι ὡς οὐ συμφέρει τῇ πόλει καὶ Λακεδαιμονίους ἀσθενεῖς εἶναι καὶ Θηβαίους τοντουσί.* Add. orat. de falsa legat. 75. p. 364. de coron. 18. p. 231. — τἀδίκημα. non auctoritate librorum, sed aurium mensura evitavit Dindorfius molestam in τὸ ἀδίκημα hiatum, quem Im. Bekkerus tenuit. Sed confirmat certum illius iudicium praeter notatos in apparatu critico libros etiam Aristidis art. rhet vol. IX. p. 390. et, quod in altero libro optimo Ω legitur τἀδικήματα, nihil aliud est quam τἀδίκημα, siquidem pluralem prior syllaba proximae vocis σαφῶς procreasse videtur. — ὅ φημι post τἀδίκημα a multis additum, omisi cum optimis libris et editt. rec. ut ex glossemate adiectum. Servavit Reiskius. — ἔστι τοίνυν — τοῦτο τὸ — γενέσθαι. Omissum τὸ in aliquot libris lisque optimis facile feram quidem, non tamen commendem, praesertim in hoc scriptore et hoc loco. Effertur enim per articulum sententia in hac narratione gravissima, ut decet oratorem res primarias ante oculos collocare. At consentiunt in omittendo articulo Hermogenes de invent. vol. III. p. 95. incerti auctoris scholia ad Hermog. vol. VII. II. p. 782. Aristides art. rhet. vol. IX. p. 390. Contra dicas, solere Technicos in observandis oratoriis virtutibus ipsius orationis vim et venustatem negligere. Commendat tamen C. H. Funkhaenelius omissionem articuli h. l. in commentar. litter. Darmstad. om. 1841. n. 115. p. 959., quod non debebat, et multo minus suis ad probandum allatis exemplis Olynth. III. §. 12. et Philipp. II. §. 3. (2). In his et aliis, quae plura afferri possunt, ut Philipp. III. 9. p. 118. 28. p. 116.

Digitized by Google

§. 8. c. Leptin. 12. p. 460., infinitivus explicativus sine articulo facile excipit pronomen demonstrativum, neque exstat cum vi, quod fit adiecto articulo, ut h. l. et §. 3. p. 622. et §. 7. p. 623., quae Schaeferus affert. Eadem de causa τὸ post ἐκεῖνο in orat. de fals. legat. 282. p. 432. licet in Σ omissum, tamen nemo omittet. Ceterum cum Reiskio interpunxi post τοῦτο, tantum maioris perspicuitatis causa: nam Bekkerianum τοῦτο τὸ, ut Diadorfius quoque scripsit, aeque bonum est neque cogitatione in unum quisquam coniunget, ut censere videtur Schaeferus. — τελευτήσαντος Κότυος. Interfectus est Olymp. CV, 2. a Pythone et Heraclide, Aeneis, postquam, auctore Harpocratione s. v. per quatuor et viginti annos Odrysis imperaverat. Tempus mortis constituit Flathius in libr. de rebus macedon. p. 1. p. 110. Olymp. CV. 1., Ruedigerus comment. histor. ad Demosth. Olynth. p. 214. Olymp. CVI, 4. — Βηρισάδην καὶ Ἀμάδοκον καὶ Κερσοβλέπτην. Utrum hi tres reges fratres, an diversi genere fuerint, dubitatur. Quoniam Justinus lib. VIII, 3. duos fratres, reges Thraciae, se convertisse dicit ad Philippum, qui suas disceptationes dirimeret, idcirco viri docti tres illos fecerunt fratres. Qua certe ratione his Thracicis tenebris lumen non afferetur. Consentit tamen in eo Joannes Siceliota in scholiis ad Hermogen. id. p. 182. vol. VI. Κότυς τις, inquit, ἦν ὄνομα βασιλεὺς Θρᾴκης, ὃς τελευτῶν ἀφῆκεν υἱοὺς τρεῖς, Βηρισάδην καὶ Ἀμάδοκον καὶ Κερσοβλέπτην. At rhetore illo auctore ad hanc rem vix possumus uti optimo, qui quidem, quae narrat, putandus est ex ipso oratore ita depromsisse, ut quae ipsi deesse viderentur, more scholiastarum de suo addiderit. Nam nihil orator de fraterna trium illorum consuetudine ipse commemorat, quamquam de ea apte dicendi crebra per ipsam orationem data erat occasio. Et auctor argumenti II. huius orationis caute egit dicens: καὶ τελευτήσας κατέλιπε τῆς βασιλείας διάδοχον Κερσοβλέπτην, εἰ μετά τινων δύο, Βηρισάδου καὶ Ἀμαδόκου, τὴν βασιλείαν μερίσαιτο, ubi ultima verba doctissimus Voemelius prolegom. in Philipp. I. et Olynth. p. 93. s. et Ruedigerus comment. histor. p. I. p. 214. male ita ceperunt, quasi Cotys moriens ipse partitionem regni inter filios constituisset, quum iis potius disceptationes de imperio ortae quamvis ambigue indicentur. Fac, ut fratres illos habeamus, orator secum ipse pugnabit, infra §. 163. Cotyn morientem filios adolescentulos reliquisse dicens et §. 10. mentionem faciens certaminis contra filios mortui Berisadis: de qua re vide Rumpfii disput. de Charidemo, Orita, p. 20. Quod autem Justinus duos commemorat fratres, non erraverit fortasse, qui regulos intelliget Berisadem et Amadocum, quos puto regnante Cotye oppressos, post mortem eius iuventute relictorum

Digitized by Google

filiorum excitatos regnum prius amissum recuperasse, sed inter se ipsos dissidentes Philippi auxilium implorasse. Quare non est, quod cum Ruedigero diffidamus Justino. Atque Harpocratio s. v. Ἀμάδ. discrte Amadocum facit filium Amadoci, non Cotyis, et testem huius rei laudat Theopompum. Cf. Rumpfii disput. l. c. et quos citant Voemelius et Ruedigerus ll. cc. — ἐκ τούτου. post divisionem regni. αὐτοῖς μὲν ἀντικάλους εἶναι. eos sibi pari potentia oppositos esse. Ἀντίκαλον εἶναί τινι. est parem potentia esse alicui. — ὑπέρχεσθαι καὶ θεραπεύειν. Obsequium Thracum gratioribus populo Athoniensi verbis declarare non potuit. Joan. Siceliot. scholia ad Hermog. ll. vol. VI. p. 182. ed. Walz. ita: ὑπεισήρχοντο τοὺς Ἀθηναίους, τοῦτεστιν ὑπέκυπτον αὐτοῖς καὶ ἐθεράπευον. Frequens horum et similium coniunctio. Plato Crit. p. 58. E. ὑπερχόμενος δὴ βιάσας πάντας ἀνθρώπους καὶ δουλεύων. de rep. IV. p. 426. C. κολακευομένους ἥδιστα θεραπεύῃ καὶ χαρίζηται ὑποτρέμων. ibi Stallbaumii adn.; adde lib. XI. de legg. p. 923. B. Plutarch. Cat. min. 57. 1. ὑπροδνομένοις καὶ θεραπεύουσι τὸν Ἴόβαν. Lucull. 6, 3. ταύτην οὖν ὑπελθὼν δέησις ὁ Λούκουλλος καὶ κολακείας. Haec tria ὑπέρχεσθαι, ὑποδύεσθαι et ὑποτρέμειν tropica vi significant *se insinuare alicui, adulari, blandiri*: quartum accedit ὑποκίνειν et quintum ὑποκύπτειν, utrumque maiorem turpitudinem indicans. Eorum usum multis exemplis illustrant Baehrius in adn. ad Plutarch. Alcib. p. 205. a. Heidius ad Aemil. Paul. p. 134. a. Frid. Jacobsius ad Achill. Tat. ll. p. 961. et quos laudat Schoemannus ad Isaei orat. p. 387.

§. 9. καταλῦσαι μὲν τοὺς ἑτέρους βασιλέας. Plenius infra §. 179. et Xenoph. Cyrop. VIII, 5, 24. καταλύειν πειράσεσθε τοῦτον τῆς ἀρχῆς. ubi idem quod καταπαύειν. Sed magis in usu est καταλύειν τὴν ἀρχήν τινος. — τῷ μὲν ἀκοῦσαι. Reiskius ind. p. 24: *ad literam quidem, verbo tenus, specie tenus.* Orat. c. Leptin. 18. p. 462. ἔστι δὲ τοῦτο οὑτωσὶ μὲν ἀκοῦσαι λόγον τιν' ἔχον· εἰ δέ τις αὐτὸ ἀκριβῶς ἐξετάσειε, ψεῦδος ἂν ὂν φανείη. de fals. legat. 47. p. 355. ἀκοῦσαι μὲν γὰρ οὑτωσὶ παγκάλως ἔχει. Or. in Timocr. 203. p. 768. τῷ δὲ ἔργῳ opponitur φησὶ μὲν. Vid. Godofr. Hermanni adn. ad Viger. p. 744. — κεχωρισμένοι. Hoc ab H. Wolfio, Taylore, Marklando, Reiskio et novissimis editoribus probatum est. Neque quisquam praestantes Ian. Bekkeri libros curiosius in hoc loco observabit, ut, quod in iis scriptum est κεχωρισμένον, defendat. Eo recepto primum turbaretur aequalis membrorum structura, deinde verba τοῦ τι τοιοῦτον δοκεῖν διαπράξασθαι additum αὐτοὺς pronomen requirerent. Ortum id videtur vel incuria librariorum, quum tam facilis sit lapsus ex mutatione unius litterae, vel hanc ob cau-

§. 8.

Digitized by Google

§. 9. sam illatum, quod illi κεχωρίσθαι de rebus ubique apud Demosthenem diri meminissent significatione diversitatis et discrepantiae, velut orat. c. Lept. 18. p. 461. πολὺ τοίνυν κεχωρισμένον, in Androt. 22. p. 600. orat. I. in Stephan. 26. p. 1109. et in Proocm. 45. p. 1452. At haec non sat gravis causa esset ad improbandum κεχωρισμένος. Etenim id apud alios eadem significatione de personis usurpatur, neque quidquam est, quod hunc usum non admittat. Vid. Herod. I, 140. Xenoph. Anab. V, 4, 34. Cf. Schaeferi adn. ad poet. gnom. p. 9. Sed ecce, quod cum aliis modo damnavi, paratum nunc habet defensorem eumque non contemnendum Funkhaenelium, cuius haec verba sunt in comment. litterar. Darmstad. an. 1841. n. 116. p. 969.: „Qui interpretes utroque loco aut κεχωρισμένον et κεραῖον aut κεχωρισμένοι et κεραίοντες scribi voluerunt, nimiis angustiis oratoris spiritum includendum esse opinati sunt.“ Atqui non cedam, usque dum sciero, tam libere oratorem et inconcinne etiam alibi loquutum esse; eo usque libet videre, ne quid in Demosthenem auctoritate librorum detrimenti pervenisse.

§. 10. ἐνὸς τελευτήσαντος τῶν βασιλέων, Βηρισάδου. Mortuus est circiter Olymp. CV, 4. Vid. Rumpfii disputat. p. 20. — τὰς συνθήκας, ἃς μεθ' ὑμῶν ἐποιήσαντο. De hoc foedere cum Athoniensibus inito vid. infra §. 170. — ἐξέφερεν πόλεμον. Hoc mollebatur tempore belli socialis. Vid. infra §. 179. s. ἐξέφερεν ν ἐφελκυσαμὸν ante litteram consonam auctoritate libri Σ accepit: quibus minutis rebus nondum satis explorata scripturae diversitate librorum mss. parum adhuc in Demosthenis orationibus provisum est. Vid. Im. Bekkeri Anecd. vol. III. p. 1400. et Buttmanni gr. gr. I. p. 92. Voemelii adn. ad orat. de Halon. §. 12. b. Benselerus tamen, qui ad has res in Isocratis orationibus summa diligentia attendit, ν literam in continuo verborum cursu excludit. Vid. adnot. ad Areopag. p. 185. s. — Ἀθηνόδωρος Harpocratio s. v. ita: Ἀθηνόδωρος, Ἀθηναῖος τῷ γένει, στρατιώτης. Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Ἀριστοκράτους. Suidas s. v.: οὗτος ἦν στρατιώτης Ἀθηναῖος. Non arbitror dubitari posse, quin hic idem sit cum illo Imbrio, quem Plutarchus in vit. Phocion. c. 18. et Aeneas in Poliorc. c. 24. commemorant. Cf. Valesii adnot. ad Harpocr. p. 268. vol. II. ed. Lips. et Kraneri not. ad Plutarch. l. c. et addend. p. 106. Nam e veterum consuetudine fuit, uni et eidem duplicem tribuere patriam, alteram originis, alteram, ubi sedem et domicilium collocasset. Itaque quum Athenodorus dictus sit Ἀθηναῖος τῷ γένει, Athenis natus; quum Ἴμβριος, in hac insula habitasse ad quoddam tempus videtur. Statui etiam potest, eum orto Imbrium fuisse, sed natum parentibus Atheniensibus, qui ibi coloni essent. Ii enim cives

Digitized by Google

esse non desinebant, ut liquet e Philipp. I. 24. p. 49. εἰς Λῆμνον καὶ Ἴμβρον ἐμβαλὼν πλημμελούσης πολίτας ἡμετέρους ὤχετ' ἔχων. Vid. Boeckhii oecon. I. p. 461. Apud Aelianum var. h. I. 25., ubi idem dicitur Ἰμεραῖος, suspicor de mendo et reponendum cum interpretibus Scheffero et Perizonio Ἴμβριος. Porro si componimus, quae in hac oratione de Athenodoro dicuntur, cum iis, quae Isocrates orat. de pace 24. p. 164. refert, eum opinor primo in Thracia partibus ducis mercenariorum susceptis auctoritatem consequutum, societate et affinitate aliqua cum Berisade coniunctum fuisse, deinde autem, quum ab armis discessisset, in ditione Berisadis consedisse cum colonis et quiete vixisse, non tamen intermissa, quando occasio ferret, cognatae regiae familiae cura. Num autem soror Athenodori coniux fuerit Berisadis, ut Reiskius ind. p. 555. putat, an ille huius sororem vel filiam in matrimonium duxerit, incertum est. — βοηθήσει. Ne offendas in optativo futuri, pro quo nonnulli libri indicativum habent, qui stare poterunt: rem ille ex opinione suspensam cogitari iubet. Orat. in Timocr. 158. p. 742. ἆρ' οὖν εἰδέναι ὅτι οὐδὲν αὐτῷ γενήσοιτο φλαῦρον ἀπὸ τῆς γεωργίας ταύτης. orat. pro Phorm. 6. p. 946. φράσω ὅτι φύσει τῆς πολιτείας αὐτῷ παρ' ὑμῖν οὔσης οὐχ οἷός τε ἔσομαι εἰρωνεύεσθαι. Praeter haec alia suppeditabit doctissimus Maetznerus adn. ad Antiph. p. 138. — Σίμων καὶ Βιάνωρ. De his nihil mihi constat, neque qui fuerint, neque unde venerint. Eorum soror haud dubie coniux fuit Amadoci.

§. 11. ἡσυχίαν μὲν ἔχειν. Retinui μὲν, quamvis e libris bonitate excellentibus Doberenzius in observationibus Demostheneis p. 16. probarit omissionem particulae, ne approbasse conatum viderer, quo multum e perspicuitate et gratia graecae linguae deperderemus. Nemo nunc negabit, quod praecipit Sintenis in adn. ad Plutarchi Periel. p. 23., omitti interdum μὲν, sequente δὲ particula, ubi scriptores initio sententiae de oppositione alterius membri cogitari aut noluerint, aut diserte id significare quacunque de causa neglexerint. At ista ratio hoc certe loco non valebit, ubi membra membris per μεσαμὸν deinceps accurate respondent et orator primis positis statim etiam de secundis et oppositis cogitaverit necesse est; neque valebit illa in plurimis a Doberenzio p. 14—17 allatis exemplis. Aliam in probanda huius particulae omissione rationem inlit Leonhardus Spengelius, dicens in Συναγωγῇ τεχνῶν p. 162. n. 97. ubi μὲν, sequente δὲ, ex auctoritate cod. Σ desit, id inprimis ad vim orationis augendam factum esse. Equidem non dubito, quin librarii, quae sunt labentis graecitatis, vel consilio vel incuria ad antiquitatem transtalerint, et malo vim orationis addita particula, quam omissa dilucidum ordinem imminui,

Digitized by Google

§. 11 Certe eâi auctor libri Σ multi consilii est, cum tamen non puto eximendum numero technicorum, qui sermonis vincula facile omittere solent. Idcirco integritati Demosthenis optime consulturos arbitror interpretes, si obtemperabunt praecepto Aristotelis rhet. III. c. 5. ab init, quem laudat homo ille pererudítus. Add. Hermog. de ideis vol. III. p. 214. b. ibi interpretes. — *ἐρήμην δὲ ὄντων ἐκείνων. quum deserti essent a tutoribus liberi Berisadis et Amadoci.* — *ὁ Κερσοβλέπτης πράττων τὴν ἀρχήν. Cersobleptae imperium concilians, comparans.* Cf. orat. de f. legat. 77. p. 385. *ὅτι τοῖς Θηβαίοις τὰ πράγματα πράττει.* et accusativo non addito Philipp. III. 69. p. 126. *Φιλιστείδης μὲν ἔπραττε Φιλίππῳ*, id est, *in Philippi gratiam agebat.* Vid. Godofr. Hermanni adn. ad Viger. p. 761: Dorvill. ad Charit. p. 316. ed. Lips. — Pro *κατασκρέψασθαι* mirum est optimos libros mendum hoc occupasse *κατεσκρέψατο*, de quo nihil dicendum. Ostendit iam cupide Funkhaenelius, neminem ex eo quidquam excogitaturum. Vid. comment. litter. Darmstad. an. 1841. n. 115. p. 937. *εἰ πρῶτον μὲν.* Deesse aliquid ante haec verba H. Wolfius, Taylor et Reiskius putarunt, mihi nihil requirere sententia videtur, ut interpretes nonnulla inferentes nihil morer. Recte iam Schaeferus esse sanissima verba iudicavit. Enimvero ea sunt accurate apta antegressis, unde, si placet, formare cogitatione hanc apodosin possis: *κατασκέψασθαι ἂν πάντα ἀσφαλῶς.* Non prorsus dissimile est illud Platonis in Gorg. p. 456. B. *εἰ πάντα γε εἰδείης, ὦ Σώκρατες, ὅτι, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἁπάσας τὰς δυνάμεις συλλαβοῦσα ὑφ' αὑτῇ ἔχει.* ubi e superioribus intelligas *καὶ σοι καταφαίνοιτ' ἂν τοιαύτη*, exclusis Heindorfianis *μᾶλλον ἔτι.* Cf. orat. in Mid. 199. p. 578. Sed intelligentiam usus illius fortasse magis adiuvabunt duo loci, ubi post *σκέψαι* et *σκοπεῖτε* plena ponitur enunciatio. Isocrat. Busir. 47. p. 230. *σκέψαι δὲ*, inquit, *κἀκεῖνο καὶ διελθὲ πρὸς αὑτὸν· εἴ τις τῶν νῦν σοι συνόντων ἐπιθυμήσειε ποιεῖν ἃ σὺ τυγχάνεις αὐλογῶν, πῶς οὐκ ἂν ἀθλιώτατος εἴη καὶ τῶν ὄντων καὶ τῶν πώποτε γεγενημένων.* Alter exstat apud Demosth. orat. de f. leg. 214. p. 407. *ἔτι τοίνυν κἀκεῖνο σκοπεῖτε, ὦ ἄνδρες δικασταί· εἰ ἐκρινόμην μὲν ἐγώ, — οὐκ ἂν οἰεσθε καὶ κατ' αὐτὸ τοῦτο ἀγανακτῆσαι τὸν Φίλιππον;* — *ἢν τις — ἀγώγιμον εἶναι.* Verba Schaeferus sic struit: *ἀγώγιμον εἶναι, ἢν τις αὐτὸν ἀποκτείνῃ.*

§. 12. *ἐναντία θήσονθαι τὰ ὅπλα. Neque enim contra vestrum imperatorem arma versurus erat.* Orat. in Mid. 145. p. 561. *θέμενος τὰ ὅπλα*, quae Harpocratio interpretatur: *περιθέμενος καὶ ὁπλισάμενος.* Xenoph. Anab. IV, 3, 26. *ἐντία τὰ ὅπλα ἦσαν·* et quae praeterea Schneiderus in ind. Xenoph. Anab. p. 588. ex Aeliani var.

Digitized by Google

histor. III, 43. affert: *Κροτωνιάταις γὰρ ἐναντία ὅπλα θέμενοι ἀνάστατοι ὑπ' αὐτῶν ἐγένοντο.* De *μέλλειν* verbi notione cum futuro iuncti vide dicta Godofr. Hermanni in addit. ad Viger. p. 754. — *ἐσπουδακότες πρὸς ὑμᾶς.* In uno libro est *περὶ ὑμᾶς.* Sed vid. orat. in Mid. 4. p. 515. *πρὸς ἐμὲ ἐσπουδάσατε αὐτοὶ πρότερον.* Plat. Gorg. p. 510. C. *οὐκ ἄν ποτε ὡς πρὸς φίλον σπουδάσειε.* et *πρός τι* orat. in Androt. 76. p. 617. Dicunt etiam *σπουδαίως ἔχειν πρός τινα.* Est studium suum in aliquem declarare, differtque a *σπουδάζειν περί τινα* et *περί τι* ita, ut hoc dicatur de eo, qui cogitatione et studio aliquem vel aliquid totum amplexatur; hinc alicui operam suam studiumque navare. Distinguit utrumque dicendi modum Lucianus Soloecist. t. II. p. 760. Graev. ita: *τὸ σπουδάζειν πρός τινα, τὴν οἰκείαν ὠφέλειαν τοῦ σπουδάζοντος ἐμφαίνει· τὸ δὲ περί τινα, τὴν ἐκείνου περὶ ὧν σπουδάζει.* Accedunt alia: *σπουδάζειν εἴς τι* est studium, diligentiam in aliquid conferre, et *ἐπί τινι* valet de re, in qua quis operam curamque figit et locat vel de consilio rei alicuius adipiscendae. De *σπουδάζειν ὑπέρ* et *περί τινος* monitum est supra §. 1. Exempla diversae verbi structurae invenies apud Maetzn. ad Lycurg. p. 229. et Frid. Frank. in specim. novae edit. Aeschin. p. 32. — *ὁ δὲ δή.* Post *οὔτε* quum *δὲ* sequatur, hoc transitu a partitione ad oppositionem maior alterius membri vis indicatur, *δή* insuper augendi causa addito. Vertas: Athenodorus *aber vollends.* Similiter Herodot. VIII, 142. *οὔτε γὰρ δίκαιον οὐδαμῶς, οὔτε κόσμον φέρον οὔτε γε ἄλλοισι Ἕλλήνων οὐδαμοῖσι, ὑμῖν δὲ δὴ καὶ διὰ πάντων ἥκιστα, πολλῶν εἵνεκα.* Add. I, 108. Plat. de rep. III, p. 388. E. Vid. Godofr. Hermanni dicta ad Philoct. 1297. Oedip. Col. 428. Schaef. ad Diopys. de composit. p. 297. Heindorf. ad Platon. Apol. praef. p. XIX. Hartung. de partic. I. p. 197. Aliter cogitavit de hoc loco interpretando Frid. Frankius de partic. negant II. §. 12.: *οὔτε γὰρ* solvi iubet in *οὔ τε γὰρ* ita, ut *τὲ γὰρ* pro *γάρ τε* collocatum sit: in qua re vereor ne acutissimum hominem falsa occuparit opinio. — *οὐδὲ βουλεύεσθαι.* sc. *ἐναντία θέσθαι τὰ ὅπλα;* ut Reiskius et Schaeferus intelligunt, relectis Hier. Wolfii et Tayloris corrigendi et interpretandi periculis. Reiskius: *ne in mentem quidem sibi unquam venire passurum, ut armis cum infestis vestro imperatori occurrant. Βουλεύεσθαι* melius putavi secundum plurimos libros et editt. recentiores, quam quod praecipua aliquot codicum commendat auctoritas. Nam *βουλεύσασθαι* huic loco non convenit, quia non unus temporis articulus, ut si actio decernendi iam facta absolutaque esset, sed futuri temporis, quo Charidemus dux erit et plebiscitum valebit, perpetuitas cogitari debet. Scio alibi orationem distingui infinitivis aoristi et fu-

§. 12

§. 12 turi, ut orat. II. in Aphob. 21. p. 842. *ἦ (ἡ μήτηρ) νῦν μὲν οἴεται τυχόντα με τῶν δικαίων παρ' ὑμῖν, ὑποδέξασθαι καὶ τὴν ἀδελφὴν ἐκδώσειν·* sed hic locus est a nostro diversus, siquidem ibi aoristo, ut Bremius docet, res exprimitur desiderata, quam mater ut iam sit optet, futuro autem res, quam confidit haud ita multo post esse futuram. Vid. Bremii adnot. ad Lys. excurs. VIII. Schaef. appar. crit. p. 204. 5. et Lobeckii Phrynich. p. 746. s. Libri tamen illi scripturae suae Funkhaenelium habent adstipulatorem. Vid. comment. litter. Darmst. a. 1841. n. 115. p. 959. — *ἐπ' ἐκείνους.* Hoc rectum est, Taylore et Marklando praeferentibus *ἐπ' ἐκεῖνον*, i. e. Athenodorum, omnibus libris invitis. Ac Reiskius se damnaturum singularem negat, suffragantibus bonis libris. At melius est, intelligi tres illos, Athenodorum, Simonem, Blanorem, quum supra dictum sit: *ἐσκόπουν οὖν τίν' ἂν τρόπον ἡσυχίαν μὲν ἔχειν ἀναγκασθεῖεν οὗτοι. — βοηθῶν* satis Taylori de auctoritate unius libri videtur otiosum. Etiam supra §. 11. ad *ἐρήμων* genitivum deesse. Bene ad haec Reiskius: fateor abesse posse id vocabulum. Sed auctoribus non licebit modo *ἐλλειπτικῶς*, modo plene eandem dictionem efferre? — *αὐτοῖς δὲ ἀδείας δοθείσης. Cersobleptae et Charidemo data securitate.* De hoc vocabulo *ἄδεια* vid. interpretes ad Luciani tyrannicid. p. 704. t. IV. ed. Lehm. — *ἐκβαλεῖν ἐκείνους καὶ κατασχήσειν τὴν ἀρχήν.* Ad infinitivos mente assumendum *ᾤοντο* vel tale aliquid, si necessarium sit. Antecessit enim *ἐσκόπουν.* Eadem verba iuncta vides apud Isocratem Evagor. 20. p. 192. *τὸν μὲν εὐεργέτην ἐξέβαλεν, αὐτὸς δὲ τὴν βασίλειαν κατέσχεν.* Saepe etiam Demosthenes *ἐκβάλλειν* utitur, non addito genitivo rei, ex qua quis pellitur. Praeterea praesentis infinitivo, quem codd. bonitate et dignitate praestantes sequutus Funkhaenelius in comment. litter. Darmstad. a. 1841. n. 115. p. 959. tueri vult, nullus hic locus est, quia exactio regum non iam praesens esse cogitatur, sed futura aliquando, ut quae pendeat ab adipiscendis demum certis quibusdam rebus. Vid. Godofr. Hermanni dicta ad Sophocl. Oedip. Col. v. 91. Eadem de causa asperneris orat. de fals. legat. 151. p. 388. commendatam omnibus Im. Bekkeri libris scripturam *ἀπαγγέλλειν*, quam is ipse reiecit. Sed orat. de coron. 323. p. 332. *εὐαγγελιζόμενος τούτοις οὓς ἂν ἐκεῖσε ἀπαγγέλλειν οἴωμαι.* Reiskius et novissimus editor Dissenius, *ἀπαγγελεῖν* male in locum praesentis invexerunt: loquitur orator de amicis Philippi, quos, simul atque aliquid audiverint, statim id in Macedoniam nuntiare putat. Orat. in Mid. 115. p. 552. *οὐκοῦν ἐξελέγχεται τούτοις ἐναργῶς ὕβρει ζητῶν μὲ ἐκβάλλειν ἐκ τῆς πατρίδος·* scite a Meiero ad codd. optimorum auctoritatem scriptum est, Im. Bekkerus tuetur *ἐκβαλεῖν*, quod

Digitized by Google

nullam factam ab eo, quam ibi de continuis Midiae conatibus Demosthenem patria expellendi agatur. Nihil autem frequentius in libris mss. est, quam commutatio formarum ἐκβάλλειν et ἐκβαλεῖν, ἀπαγγέλλειν et ἀπαγγελεῖν. §. 12

§. 16. ταῦθ' οὕτως ἔφοντο. Hic aliquid deesse videtur Reiskio, vel ἔσεσθαι, vel γενήσεσθαι vel συμβήσεσθαι, post verbum ἔφοντο. Ego cum Schaefero nihil desidero. Penulet ταῦτα ab ἔφοντο. Orat. de Cherson. 18. p. 94. ἐγὼ μὲν οἶμαι τοῦτο. de coron. 229. p. 304. ὃ πάντες ἔφοντο. ubi ἔσεσθαι post ἔφοντο ancis includerunt Im. Bekkerus et Diasenius, sed penitus est delendum. Orat. in Mid. 174. p. 571. τί οἴεσθε τἆλλα; in Androt. 5. p. 595. ἐγὼ δ' αὐτὸ τοὐναντίον οἶμαι. Adde orat. cont. Leptin. 34. p. 467. τί οὖν οἴεσθε — τοῦτον τὸν τοιοῦτον περὶ ὑμᾶς γεγενημένον —; quocum contendas τούτους τί δοκεῖτε; apud Xenoph. Anab. V, 7, 26. ubi vid. Krueger. Cf. Schaefer. ad Leptin. l. c. — τὰ πραχθέντα αὐτὰ κατηγορεῖ. Ita transitum facit ad rem usu cognitas, quibus utitur ad confirmandas eas, quas antea causis in coniectura positis explicuit. Adhiberi huius generis loquutiones ἐπὶ τῶν ἐν τῇς πείρας γιγνωσκομένων, alt scholiastes ad Platonis Theaetet. p. 33. Similiter orat. in Mid. 9. p. 517. ὡς τὸ πρᾶγμα αὐτὸ μαρτυρεῖ. ibid. 110. p. 550. de fals. legat. 81. p. 366. ἡ γὰρ ἀλήθεια καὶ τὰ πεπραγμένα αὐτὰ βοᾷ. ibid. 167. p. 293. in Timocr. 16. p. 705. c. Lacrit. 17. p. 928. ὡς αὐτὸ τὸ ἔργον ἐδήλωσεν. de Halon. 32. p. 84. Aeschin. de fals. legat. 13. p. 30. De his dicendi formulis vid. Bremii adnot. ad Aeschin. in Timarch. vol. I. p. 38. Matthiaei ad Eurip. Orest. 1122. et qui ibi citantur. Sine πρᾶγμα usitatum est αὐτὸ δηλοῖ, αὐτὸ δείξει, αὐτὸ σημαίνει, neque tamen desunt exempla, ubi αὐτὰ locum habet. Id enim retineo orat. de fals. legat. 157. p. 390. αὐτὰ δηλώσει res ipsa indicabit, quamquam αὐτὸ habeat liber Parisiensis Σ, approbantibus Im. Bekkero, Schaefero, Guil. Dindorfio. Nam Platonem ita video loquutum in Protagora p. 329. B. consensu omnium librorum et Im. Bekkeri. Vid. God. Stallbaum. adn. ad h. l. — τῷ παλέμῳ. Est bellum, quod Cersobleptes contra filios Berisadis et Amadocum instruebat. — Ἀριστόμαχος — ὁ Ἀλωπεκῆθεν οὗτοσί. Cf. infr. §. 110. Puto hunc Aristomachum, de quo hic mentio, eum esse, cuius meminit orat. in Theocrin. 35. p. 1338. et orat. in Neaer. 25. p. 1353. Is ibi filius Critodemi dicitur et itidem Alopecensis. Alopece fuit demus Antiochidis. Vid. Harpocrat. et Suid. s. v. et Crusii Hell. p. II. sect. I. p. 292. Duae nominis formae exstant Ἀλωπεκή et Ἀλωπεκαί: ab hac Ἀλωπεκῆθεν ortum est, ut Ἀχαρνῆθεν ab Ἀχαρναί, Κολωνῆθεν a Κολωναί, ita quidem praecipiunt veteres grammatici. Οὗτοσὶ vel praesentem

§. 13 in iudicio, vel si absens fuerit, notum omnibus hominem indicat. De absente dicitur orat. de fals. legat. 229. p. 412. *ἐκρίσβεννόν τινος ὡς Φίλιππον τουτονί.* Denique notes ὁ *Ἀλωπεκῆθεν* a suo nomine separatum interpositis verbis, quo habeat fortiorem accentum rhetoricum, ut orat. in Mid. 64. p. 535. *πάλιν Φιλόστρατον πάντες ἴσμεν τὸν Κολωνῆθεν Χαβρίου κατηγοροῦντα.* — *ἐπαινῶν καὶ διεξιὼν τὸν Κερσοβλέπτην καὶ τὸν Χαρίδημον.* Eadem verborum coniunctio exstat orat. in Mid. 48. p. 530. *ἐπαινῶν ὑμᾶς καὶ διεξιὼν περὶ τῆς πόλεως*, alia tamen verbi *διεξιέναι* constructione. H. l. intelligas: *laudes Cersobleptis et Charidemi peragens narratione singulorum factorum.* Quia *διεξιέναι* vulgo cum solo accusativo rei struitur, veluti *διεξιὼν τὰς πράξεις καὶ ὡρετὰς τὰς τοῦ Κερσοβλέπτου*, nomen personae, id h. l. absolute positum est. Huius usus tria affert exempla Benselerus ad Isocrat. Areopagit. p. 317: orat. ad Nicocl. 5. p. 15. Philipp. 84. p. 99. Panathen. 200. p. 275., expromtis antea ceteris huius verbi structuris. — *τὸν Κερσοβλέπτην καὶ τὸν Χαρίδημον.* *Τὲ* in uno libro Parisiensi *Σ* omissum ante *Κερσοβλ.* magis mihi placet quam additum. Idem sensernnt Im. Bekkerus et Guil. Dindorfius. Cersobleptem enim et Charidemum primo coniunctim laudatos ab Aristomacho intelligas; deinde idem Charidemum etiam praecipue extulit, ut qui ad bellum Amphipolitanum componendum natus factusque esset. Addita autem particula duos ille laudasset divisim. Dicat tamen quispiam, uni illi libro non tantum tribuendum esse, ut ceterorum omnium et scriptorum et editorum auctoritas nulla sit. Ac sane defendi licet h. l. *τὲ — καὶ*, praesertim quum fides codicis *Σ* in omittenda *τὲ* particula non satis certa sit. Vid. Godofr. Hermanni adnot. ad Sophocl. Oedip. Col. 812. et Dissenii dicta ad orat. de coron. p. 165.

§. 14. *Ἀμφίπολιν κομίσασθαι.* Nihil magis cogitabant Athenienses, quam Amphipolin, quae iis multis rebus utilissima erat, recuperare. Quare de ea diu et magna impensa ab iis pugnatum est. Vid. Voemelii prolegom. ad Olynth. I. p. 43. ss. A. G. Beckeri adn. ad Olynth. I. p. 190. C. A. F. Bruecneri lib. de Philippo p. 45. ss. *Χαρίσασθαι* pro *κομίσασθαι* merito fuit interpretibus suspectum: nam quum Charidemus dux eligendus sit, non potest de donanda, quam non habet, sed de recuperanda urbe cogitari. Atque in hanc rem usitatum est *κομίσασθαι*, ut Olynth. II. 28. p. 26. *Ἀμφίπολις ἂν ληφθῇ, παραχρῆμα αὐτὴν ὑμεῖς κομιεῖσθε.* Add. Philipp. I. 7. p. 42. de Cherson. 86. p. 98. pro Megapol. 16. p. 206. 22. p. 207. — *ἡτοίμαστο — καὶ προδιῴκητο.* Duobus verbis iusto pondere utitur, iisque seiunctis, quod significantius, interpositis vv. *αὐτοῖς τοῦτο τὸ προβούλευμα*, quo calliditatem et fallaciam adversariorum magis infigat animis audientium.

Digitized by Google

in hanc rem adhibendum est Dionysii Hal. iudicium Demosthenis c. §. 14
38. p. 1060. qui inter alia dicit: *ὀνόμασι χρῆσθαι φιλεῖ μεγάλοις καὶ μακροσυλλάβοις, καὶ τὰς ἕδρας αὐτῶν εἶναι πλατέως πάνυ βεβηκυίας.* *Ἡσύμασται* plusquamperfectum ex hoc loco affert Goettlingius in animadv. ad Theodosii gram. p. 214. — *ὡς ὑπέτεινεν ὁ Ἀριστόμαχος, quas vivide suscitabat, ostendebat Aristomachus.* Orat. de syntaxi, quae inter Demosthenicas est, §. 19. p. 171. *τὰς δ' ἐλπίδας ὑμῖν ὑποτείνων, ἄλλο δ' οὐδέν.* Dionys. Halic Antiq. Rom. IV, 42. *τοιαῦτας γὰρ αὐτοῖς ὑπέτεινεν ὁ Τάρκύνιος τὰς ὑποσχέσεις.* Idem significat *ὑποτείνειν* non addito *ἐλπίδας*, sequente infinitivo, apud Thucyd. VIII, 48. Herod. VII, 158, ubi Valkenar. vid. Cf. Isocr. orat. de pace 6. p. 159. *οἱ δ' οὐδὲν τοιοῦτον ὑποτείνουσιν, ἀλλ' ὡς ἡσυχίαν ἄγειν δεῖ.* Dicunt quoque *ὑποφαίνειν ἐλπίδα τινί*, ut Demosth. orat. de fals. legat. 123. p. 379. Harum dictionum praeter haec multa collegerunt exempla Lennepius ad Phalar. epist. p. 338. b. Schaeferus ad Lamb. Bos. p. 145. Frid. Jacobsius ad Achill. Tat. p. 989. a. Wurmius ad Dinarch. orat. p. 53. s. — *ἐπαυξήσειν.* Quod prius sanctum erat a senatu (*τὸ προκυρωθὲν*, ut dicit Photius lexic. s. v. *προβούλευμα*), id, si ratum haberetur, populus comprobare debebat. Hoc est *ἐπικυροῦν* suffragiis confirmare, alibi *ἐπιψηφίζεσθαι* vel *ἐπιχειροτονεῖν*. Vid. Schoemann. de comitiis Athen. p. 95. ss. et 121. n. 16.

§. 15. *συμπαρεσκευάσαν*, pro quo in uno libro *παρεσκεύασαν* et in altero *συνεσκεύασαν* invenitur, ad rem aptissimum est. Enimvero si *παρασκευάζειν* dicitur de conspirantium molitionibus, ut *παρασκῆναι* orat. in Androt. 37. p. 605., ubi videlicet *παρεσκηκότων ὑητόρων* scribendum est, *συμπαρασκευάζειν* valet de socils eiusmodi consiliorum et adiutoribus. Cf. orat. de fals. legat. 230. p. 413. *ὅπως αἰχμάλωτοι γένωνται Φιλίππῳ, συμπαρεσκεύασεν.* de coron. 158. p. 280. *τίς οὖν ὁ ταῦτα συμπαρασκευάσας αὐτῷ;* — *ἄνθρωπαι* recte editt. recentiores. Schaeferus de more suo *ἄνθρωποι*, quod improbandum. De genere enim in universum loquitur orator cogitans de Aristocrate eiusque sociis; quod ubi fit, articulo nihil opus est. Conferas orat. c. Macart. 76. p. 1076. *πῶς ἂν οὖν μᾶλλον ἐξερημώσαιεν ἄνθρωποι οἶκον, ἢ εἴ τινες —;* de fals. legat. 85. p. 368. *πῶς ἂν οὖν ὑβριστικώτερον ἄνθρωπος ὑμῖν ἔχρήσατο;* Addo expromta iam a doctissimo Funkhaenelio duo alia exempla in quaest. Demosth. p. 86. orat. c. Leptin. 43. p. 470. et de fals. legat. 165. p. 393.: e quibus tria simul dubiam H. Wolfio enunciationis et praecipue verborum *ἢ τοὺς μὲν κ. τ. λ.* structuram optime illustrabunt. Deinde de singulari, quem veteres editt. habent, *ἄνθρωπος συμπαρεσκεύασεν*, nihil dicendum est, sequentibus in plurali numero participiis *καθιστάντες* et *διδόντες*. —

Digitized by Google

§. 15 ἐκκεκοφέναι. sc. τῆς ἀρχῆς. Non raro de iis, qui regnum amittunt. — ὑφ' αὑτῷ ποιήσεται. Magni est apud me, non nego, cod. Σ et aliorum bonitate praestantium librorum auctoritas: verumtamen sic ab his omnibus, hoc quidem in loco, dissentire cogor, ut optimum putarim consensu paucorum eorumque praeter unum deterioris notae receptam scripturam tueri. Ac nollem faciase eum illis Im. Bekkerum et Guil. Dindorfium. Etenim est mihi nihil antiquius usu loquendi. Atqui in legendo Demosthene observavi, quoties hac eadem dictione utitur (utitur autem saepissime) toties non aliter loquutus est quam dativo, ut infra §. 179. p. 680., ubi nulla scripturae diversitas. Conf. orat. Philipp. II, 7. p. 67. de Cherson. 60. p. 104. Philipp. III. 21. p. 116. pro Megap. 4. p. 203. 28. p. 209. de coron. 48. p. 241. de fals. legat. 67. p. 362. 77. p. 365., quo posteriore loco ὑπ' αὐτὸν in ks et August. l., in quo libro antea ὑπ' αὐτῶν scriptum fuit. Adde quae inter Demosthenicas sunt, orat. de Halon. 41. p. 86. et Philipp. IV. 10. p. 134. ibid. 62. p. 147. Orat. de coron. 44. p. 240. solus Hermogenes, qui in lib. de invent. bis hunc locum citat, p. 160. et iterum p. 164. vol. III. ed. Walz., accusativum habet et ibid. §. 71. p. 248. solus Alexander de figur. p. 440. vol. VIII.; idem tamen rhetor affert p. 445. ex orat. de Cherson. l. c. ὑφ' αὑτῷ et Tiberius de figur. p. 567. vol. VIII. e Philipp. II. l. c. ὑφ' ἑαυτῷ, ut ab Im. Bekkero scriptum est. At orat. de coron. 39. p. 238. exstat in omnibus libris accusativus, ὑφ' ἑαυτούς, sed in Philippi epistola ad Athenienses missa: nam paulo post §. 40. p. 239., ubi orator loquitur, recurrit dativus. Quem casum in hac dicendi formula etiam Isocrati vindicavit Strangius in observ. crit. ad Isocr. p. 1. p. 86. et quae accusativi exempla ex Herodoto, Thucydide, Platone afferuntur a Lennepio ad Phalar. p. 248. Stallbaum. ad Platon. de rep. I. p. 348. D., non firmata sunt ab omni parte codd. auctoritate. Quamobrem mihi satis certum est, librariis h. l. tribuendum esse accusativum, quum constans loquendi usus Demosthenis ὑφ' αὑτῷ postulet: sive illi plane erraverint scribendo, sive, quod ipsis accommodatius videretur, ad oratorem male transtulerint. Hoc tamen ut credam, animus inclinat, ac me non parvi aestimare puto optimos libros, si eorum auctores ingenio et doctrina pares posuerim rhetoribus. — τοῖν δυοῖν. i. e. *filiis Bericadis et Amadoco*. Illi, ut ait Schaeferus, hic numerantur pro uno. Cf. tamen infra p. 680. — Βοηθήσαντας ἄν. i. e. οἱ μὲν τοῖν δυοῖν βοηθήσαιεν ἄν, *si deinde*, *qui adiuverint*, *si* —. Vid. Godofr. Hermanni de partic. ἄν lib. IV. c. 8. Matthiaei gramm. §. 598. b. Affert Schaeferus Demosth. orat. pro Megapol. 11. p. 204. εἰ δὲ τοὺς βοηθήσαντας ἂν ἡμῖν ἐπ' αὐτὸν ὀρθοὺς κτησόμεθα, οὐχ ἕξομεν συμμάχους. Add.

Digitized by Google

orat. de pace 16. p. 61. καὶ γὰρ ἡμῖν κἀκείνους τοὺς βοηθήσαντας §. 15
ἂν οἶμαι, εἰς τὴν οἰκείαν εἴ τις ἐμβάλοι, βοηθεῖν, οὐ συνεκστρατεύσειν οὐθετέροις. His tribus locis in codd. etiam participium futuri est, quod stare non potest. At id recte se habet orat. de fals. legat. 342. p. 450. τοὺς ὁτιοῦν ἂν ἐκείνῳ ποιήσοντας ἀηχρηπότες ἐκ τῆς πόλεως ἔσεσθε, ἂν τούτους ἀνέληται. idque ex optimis libris dederunt Im. Bekkerus et Guil. Dindorfius, repudiante Schaefero, qui, ubicunque potest, id delet constanter. Vellem autem duumviri illi idem servassent ibid. 80. p. 366. οἱ δ' ὁτιοῦν ἂν ἀργυρίου ποιήσοντες τὸν δόντα οὐκ ἔχουσιν αὐτοῖς. nam ibi quoque vis valet futuri, ἄν addito dubitationem accipientis sensu modestiae. Pariter cum damno sententiae orat. de coron. 168. p. 284. scriberetur συμπνευσώντων, uti praeter Schaeferum Elmsleius ad Aristoph. Acharn. 294. et Balterus ad Lycurg. reliquias p. 131. volnerunt et hi duo quidem inani potissimum metu commoti, ne quid soloeci forma futuri συμπνευσόντων in orationem Demosthenicam inferretur. Iure id tultus est Im. Bekkerus, rectius autem scripsit Guil. Dindorfius συμπνευσόντων ἂν ἡμῶν. In quoque magis inclinem in partes Bremii ad orat. Philipp. III. p. 128, 29. scribentis orat. de lib. Rhod. 19. p. 196. ἴσασι γὰρ οὐδένας ἄλλους πάλιν εἰς ἐλευθερίαν τὰ πράγματ' ἂν ἐπανάξοντας., quam ut probem sententiam Im. Bekkeri, Guil. Dindorfii, Schaeferi, qui ἄν omittunt. Et orat. I. in Aristogit. 68. p. 790. cum optimo cod. Σ scribendum censeo: ὅταν τὰ μήτε ὄντα μήτ' ἂν γενόμενα μήτ' ἂν γενησόμενα ταῦτα τολμᾷ λέγειν δι' ἀναισχυντίαν, ὅπερ οὗτος ποιεῖ. — εἰς φόβον καὶ συκοφαντίας εὐλάβειαν. Schaeferus, a Reiskio, Im. Bekkero, Guil. Dindorfio dissentiens, scribi vult, quod edit. Lutetiana habet, εἰς φόβον συκοφαντίας καὶ εὐλάβειαν, idque habita verborum §. 17. ὁ τοῦτο τὸ ψήφισμα φοβηθεὶς καὶ φυλαξάμενος et §. 180. φοβούμενος τὴν διὰ τοῦ ψηφίσματος συκοφαντίαν, tam quae cum illis maxime conveniunt §. 103. φόβον καὶ δίος μή τιν' αἰτίαν ἔχωσι περιστάν. probandum esse putarem, si auctoritas optimorum librorum accederet. At ii omnes tuentur receptam scripturam. Non dixerim tamen, quae Funkhaenelii quaest. p. 25. videtur sententia esse, genitivum συκοφαντίας pertinere etiam ad φόβον; imo magis placet φόβον per se et universe intellectum, ut, quod huic loco accommodatissimum est, sola metus notio princeps sit, quae autem sequuntur, addita sint explicandi causa. In Lycurgi orat. adv. Leocr. 45. p. 153. τῶν ὑπὲρ τῆς ἐλευθερίας καὶ τοῦ δήμου σωτηρίας ἐν Χαιρωνείᾳ τελευτησάντων, itidem absolute positum est ἐλευθερίας, quod quia gravius est et alterum ex eo oritur, de repetitione ad σωτηρίας articuli cogitari non licet. Affert Elmsleius in adn. ad Eurip. Med. 1118. et

Digitized by Google

§. 15 Heracl. 131. huius generis exempla: Aeschyl. Prometh. 1014. οἷός σε χειμὼν καὶ κακῶν τρικυμία ἔσεισ' ἄφυκτος. Sept. adv. Theb. 74. Eurip. Phoen. 291. Ion. 1275. Ἀλλ' οὔτε βαιᾶς οὔτ' Ἀχιλλέως δόμος σώσει σ'. Adde Soph. Antig. 1155. Electr. 249. Cf. Matthiael gr. §. 428. 4. In his omnibus genitivus, qui alterum nomen praecedit, ad prius non est referendum. Deinde ἦν ad συκοφαντίας pertinet et ad id pertineret etiam remotius collocatum. Nempe verba relativum subsequentia id postulant. Hoc moneo propter Reiskium, qui συκοφ. τελέβειαν hac sola de causa coniunxit, ut de ἦν, quo referendum sit, tanto minus dubitetur. — Post verba ἐλθεῖν ἂν διὰ τοῦ ψηφίσματος τουτουί omisi, optimis libris iubentibus, εἴ τι πάθοι Χαρίδημος, ab Im. Bekkero et Guil. Dindorfio uncis inclusa. Ea sunt sine dubio e §. 12. huc illata, ut quae necessaria ad orationis perspicuitatem iuvandam librariis viderentur. Satis apte addita Schaefero videntur, opinor, quod in hac expositione rei caput continerent, ut vix possent abesse.

§. 16. τούτων ἕνεκεν ἐρρήθη τὸ προβούλευμα ἂν λέγω. Ἕνεκεν licet in uno libro Σ exhibitum recepi: nam in observandis huiusmodi rebus levioribus neque librarios neque eos, qui varias e libris scripturas consignarint, satis diligentes fuisse existimo. Eandem formam in Demosthenis orationibus ab Im. Bekkero auctoritate librorum quinquies conservatam notavit diligentissimus Beaselerus in adn. ad Isocrat. Areopag. p. 351. s.: orat. de pace 6. p. 58. Philipp. II. 13. p. 69. orat. II. in Stephan. 14. p. 1133. et bis orat. c. Eubul. 64. p. 1319. Guil. Dindorfius in his locis ἕνεκα dedit, non addicentibus ubique libris. Deinde notes attractionis vim in his τούτων — ἂν λέγω. Pro iis dici poterat τούτων — τῶν ὑπ' ἐμοῦ λεγομένων: quae verba sic collocata uti non offendunt, ita enuntiatum relativum nihil habet offensionis, ubi ab illo, a quo attrahitur, aliquot verbis seiunctum est. Ex multis exemplis haec appono: Demosth. orat. I. c. Onet. 31. p. 872. εἴ τι τούτων ἀληθὲς ἦν ὧν νῦν λέγουσι. de coron. 138. p. 273. πολλὰ ἂν ἐγὼ νῦν ἔστι τούτων ἔχοιμι δεῖξαι, ἂν οὗτος — τοῖς μὲν ἐχθροῖς ὑπηρετῶν ἐμοὶ δ' ἐπηρεάζων εὑρέθη. Addo simillimum e Sophocl. Oedip. tyr. 117. τῶνδε γὰρ χάριν καὶ δεῦρ' ἔβημεν ὧν ὅδ' ἐξαγγέλλοντι. Non multum differunt illa, ubi τούτων postpositum est relativo, uti apud Demosth. orat. c. Lept. 87. p. 483. ὧν ἕκαστ' ἂν ἐγὼ παρέλιπον ὑμᾶς ἂν, τούτων ἐκ λόγου κρίσις γίγνεται. nisi quod demonstrativum cum vi dictum est. — τὸ τί πράττοντα εἰπεῖν. Animadvertas pronomen interrogativum cum participio implexum brevitatis causa in constructionem: quod dicendi genus Graeci suntuendis agilitate variis modis expetunt. Xenoph. memor. II, 3, 1. κα-

Digitized by Google

ταμεμάθηκας οὖν τοὺς τί ποιοῦντας τὸ ὄνομα τοῦτο ἀποκαλοῦσιν; §. 16
Anab. III, 1, 14. Ἐγὼ οὖν τὸν ἐκ ποίας πόλεως στρατηγὸν προσδοκῶ ταῦτα πράξειν;. Rursus aliter orat. in Mid. 176. p. 571. τί οὖν ποιήσαντος — κατεχειροτονήσατε τοῦ Εὐάνδρου; ibid. §. 175. et Olynth. II. 25. p. 25. Huius generis structuras et multo implicatiores illustrarunt Kruegerus in adn. ad Philipp. I. p. 28. s. Schaeferus appar. crit. t. I. p. 561. ind. Homer. p. 168. et praecipue Sauppius in adn. ad Xenoph. mem. l. c. et Matthiaeus gr. §. 667. 630. 1. — Ad πότερ' ἡμῖν συμφέροντα ἢ οὔ assumendum est πράττοντα.

§. 17. ἐγχειρῇ τι πράττειν ἐναντίον ὑμῖν. Τι solus proscripsit Funkhaenelius cum libris nonnullis. Vid. eius observatt. crit. in Philipp. III. p. 12. Profecto, ut dicunt ἄνοπον, δεινὸν, χαλεπὸν, θαυμαστὸν, ἄξιον ποιεῖν, πράττειν, δρᾶν, ἐργάζεσθαι, λέγειν, εἰπεῖν, alia, quae Strangius in Jahni suppl. II. 3. p. 395. III. 3. p. 602. Stallbaumius ad Plat. Phaedr. p. 178. ad sympos. p. 28. et inprimis cum summo studio Volkm. Fritschius in quaestt. Lucian. p. 92—95. exposuerunt, quidni etiam ἐναντίον πράττειν, adstipulantibus libris bonae notae, ut h. l.? Sed quamvis haec sit aliqua ratio, quamvis boni libri omiserint τι, adhuc tamen ego subvereor, ne omissio sit a librariis. Ut nihil commemorem, τι nonnunquam eorum culpa excidisse ante π literam, docente Schaefero in melett. crit. p. 12., et librarios, qui id h. l. omiserunt, idem aliis locis multis omisisse, satisne omissio pronominis usu loquendi firmata est? Sunt certa adiectiva et verba, quibus coniunctis τι solet omitti, exclusum tamen eorum numero ἐναντίον est, certe apud Demosthenem quidem, qui aut ἐναντίον τι, aut ἐναντία ποιεῖν, πράττειν utitur et omnino τι in huius generis dictionibus rarissime omittit. Vid. orat. de fals. legat. 71. p. 363. Nam differt non parum, utrum ἐναντίον πρ., an ἐναντίον τι πρ., an ἐναντία πράττειν dicatur. Ἐναντίον πρ. solam notionem adversandi designaret, ut idem esset, quod ἐναντιοπραγεῖν; ἐναντία πρ. item universe dictum est, sed intellectis singulis adversandi occasionibus; ἐναντίον τι πράττειν autem refertur ad singulare aliquod factum: unde eo apte utitur orator, dicens amicos Thraces obstituros Charidemo aliquo modo adversanti Atheniensibus, rectissime autem paulo post πράττειν ὑπεναντία. — Pro ἡμῖν, quod Reiskius, Im Bekkerus, Guil. Dindorfius tuentur, ego malim h. l. ὑμῖν. Id et boni libri habent et sententia verborum comprobat: nam cadit in oratorem, se eximere de numero civium, quibus adversetur Charidemus, cuius ipse conatibus resistere et cives odio imbuere studeat. Sequitur paulo post πράττειν ὑπεναντία ὑμῖν nulla scripturae diversitate. Ἡμῖν adscribendum est librariis vicina ἡμετέρων et ἡμῖν circumspicientibus, id

Digitized by Google

§. 17 quod etiam alibi interpretes quidam multum momenti habere censent. Vide tamen Fr. Aug. Wolfii adnot. ad Leptin. p. 472. 15. — τούτων *horum inquam*; est cum vi post nomen illatum, quo gravior fiat oppositio. Nihil hac distinctione frequentius apud Demosthenem. Cf. infra §. 86. orat. de coron. 159. p. 280. ὁ γὰρ τὸ σπέρμα παρασχών, οὗτος τῶν φύντων αἴτιος. 281. p. 319. ὁ οὕτως ἔχων τὴν φυχήν, οὗτος ἐπ' εὐνοίᾳ πάντ' ἐρεῖ. Philipp. II. 22. p. 71. Philipp. III, 17, p. 115. ibid. §. 18. c. epist. Philipp. 22. p. 158. Vid. Schaeferi melett. crit. et adn. ad Dionys. Halic. de composit. verb. p. 106. Krueger. ad Dionys. historiograph. p. 177. — Deinde ἂν εἴη verborum structura politioris graecitatis est, ut dubitari plane non possit, quin ea vera h. l. scriptura sit. Praeter recentiores eam veteres iam probarunt editores, nisi quod hi τις post ἄν particulam habent, ut Parisiensis liber, puta etiam Ψ et Ω (nam duo isti cum Append. Fr., in quo libro pronomen invenitur, saepissime conspirant), quamvis nihil istiusmodi ab Im. Bekkero ex iis notatum sit. Fortasse τις accipiendum erat secundum id dicendi genus, quo res pronomine adumbrata, nova per articulum accessione, clariore luce perfunditur: de quo usu optime exposuit Volkm. Fritschius in quaest. Lucian. p. 18. Putabam tamen id genitivi τούτων fulciendi causa additum ad correctionem pertinere, quam in hunc locum grammatici misere intulerunt. Nam ut mira, ita vitiosa est cod. Σ scriptura τούτων ἂν τις ἐστιν ᾗ, in qua alii libri mire consentiunt. Ea videtur orta ex antiqui exemplaris, ex quo illi libri descripti sunt, vel litura vel lacuna, ad quam explendam aliquis inscripserit τις ἐστιν, non curans proximam ἂν particulam et solum praegressum indicativum ᾖξε spectans. Sed ἂν deinde alter grammaticus isque multo doctior, quippe qui in margine Paris. libri scripturas adiecerit saepe emendatiores, quum tam apertum soloecismum ferre non posset, permutavit in δή, quod bene iungitur pronomini demonstrativo, neque tamen eam delevit prorsus, sed post φοβηθείς collocavit. Ex hac duplici correctione nuper Funkhaenelius in comm. litter. Darmstad. an. 1841. n. 115. p. 960. hanc scripturam composuit τούτων δή ἐστιν. — ἄλλος ὅστις ἂν i. e. καὶ ὅστις ἂν ἄλλος. Orat. de syntax., quae inter Demosthenicas est, §. 17. p. 171. καὶ ἄλλο ὅ τι βούλεσθε ποιεῖν. Cf. orat. c. Leptin. 100. p. 487. ἡμεῖς, ἐγώ, Φορμίων, ἄλλον εἴ τινα βούλεσθε. Vid. Krueger. adn. ad Xenoph. Anab. 1, 10, 8. ed. min. — εἰς εὐεργεσίας μέρος τιθέναι pro beneficio collocare aliquid, pro quo alter memorem praestet animum. Propria dicitio est ἀργύριον τιθέναι pecuniam tradere custodiendam; hinc figurate et exquisite dicitur εὐεργεσίαν, χάριν τιθ. πρός et ἔς τινα Demosth. orat. de Rhod. lib. 11. p. 198. orat.

Digitized by Google

in Neaer. 21. p. 1361. Thucyd. 1, 128, et τινι, gratiam inire ab aliquo orat. de fals. legat. 240. p. 416. Antiph. de caed. Herod. 51. p. 186. et non addito casu personae Herod. VI, 41. VII, 178. Thucyd. I, 33. Aeschin. adv. Ctesiph. 42. p. 59. Apud Lysiam orat. funebr. 22. p. 192. φανερὰν ἔχθραν πρὸς ἐκείνους ὑπὲρ αὐτῶν καταθέσθαι de qua dictione vid. indic. graecit. Lys. p. 831., de ceteris egerunt Markland. ad Lys. l. c. Wesseling. ad Diodor. Sicul. IV, 1. Dorvillius ad Charit. p. 448. s. Valkenar. ad Herod. IV, 161. VI, 72. Maetzn. ad Antiph. p. 228. Non potest autem εὐεργεσίας μέρος καταθέσθαι omissa praepositione, quod plurimae editt. vett. habent, recte dici, ut bene indicavit H. Wolfius, cui tamen Taylor repugnat. — τὸ πράττειν — ἐπισχεῖν. Ordo horum verborum est, demonstrante Reiskio: τὸ ἐπισχεῖν ἐκεῖνον ἐγχειροῦντα πράττειν ὑπεναντία ὑμῖν. Notabis in his significantiores partes sententiae rani causa, quem habeant, primo et ultimo loco positas. §. 17

PARTITIO ET ROGATIO.

§. 18—22. Narrationem excipit partitio, quam dicunt rhetores latini, a graecis appellata προκατασκευὴ, προέκθεσις, ἔκθεσις, ἐπαγγελία, vel etiam ὑπόσχεσις, quamquam apud eos est aliqua horum nominum differentia, etiamsi vis eodem fere tendit. Vid. Hermog. de invent. p. 99. vol. III. ed. Walz., ubi allatis his verbis δίκαιον δ' ἐστὶν ἴσως ἐμὲ τρία ὑμῖν ὑπεσχημένον εἰπεῖν etc., p. 100. etiam haec dicit: ποτὲ μὲν γὰρ μετὰ τὰ προοίμια τάττει (Δημοσθένης) τὴν προκατασκευὴν, ὡς ἐν τῷ τῆς παραπρεσβείας λόγῳ· ποτὲ δὲ μετὰ τὴν διήγησιν, ὡς ἐν τῷ κατὰ Ἀριστοκράτους λόγῳ. Cf. Hermog. de method. p. 416. vol. III. Maxim. Planud. vol. V. p. 391. Gregor. Corinth. vol. VII. p. II. p. 1220. Postquam enim operam dedit orator, ut a principio, res quemadmodum gesta et instituta sit, cognoscant iudices et quibus in rebus iudicii summa versetur et quid ipsos sequi conveniat, commodius intelligant, partitionem trimembrem e natura causae constitutam adhibet et singula deinceps eo, quo proposuit, ordine persequitur. Primo loco ponit τὸ νόμιμον ut gravissimum, secundo τὸ συμφέρον, tertio τὸ δίκαιον: in qua dispositione si quis miretur, quod utile prius sit iusto positum, quum naturali ordine iustum utili antecedat, is sciat oratorem in hac re ductum esse sua prudentia et iudicio. Nam quum soleant boni oratores postrema collocare ea, quae sunt firmiora ad propositum et robustiora, idem facit h. l. Demosthenes, vim et robur impertiens orationi, collocata ea parte,

Digitized by Google

quae mores, instituta et facta et vitam Charidemi continet eumque non dignum esse decreto ostendit, ultimo loco idcirco, ut iudices intellectis factis eius indignatione accensi sententias ferrent. In hanc rem Ulpianus ab init. praecepit. Cf. Hermogen. de invent. p. 106. ss. vol. III. ed. Walz. Auctorem rhet. ad Herenn. lib. III, 10. Cicer. de orat. lib. II, 77, 314. Omnino multum artis reperiet, qui, quo loco quaeque in Demosthenis orationibus ordinata sint argumenta, diligenter attenderit.

Facit autem partitio opportune adhibita plurimum ad perspicuitatem orationis, ut rursus docet Hermogenes de ideis vol. III. p. 212, ubi eadem illa verba δίκαιον δέ ἐστιν ἴσως etc. affert, dicens αἰσὶν ἔννοιαι μὲν εὐκρινεῖς — καὶ διατυποῦσαι τὰ μέλλοντα ῥηθήσεσθαι καὶ ἐν αὐτοῖς τάξιν. Neque, si Quinctilianum institt. orat. IV, 5, 22. audiamus, solum id efficit, ut clariora fiant, quae dicuntur, rebus velut ex turba extractis, et in conspectu iudicum positis: sed reficit quoque audientem certo singularum partium fine: non aliter, quam facientibus iter, multum detrahunt fatigationis notata inscriptis lapidibus spatia. Nam et exhausti laboris nosse mensuram voluptati est, et hortatur ad reliqua fortius exsequenda, scire quantum supersit. Nihil enim longum videri necesse est, in quo, quid ultimum sit, certum est." Tum ea ratio ipsi oratori utilis est, qui, quum multa exponenda et diluenda sint, intra fines et terminos propositi, de quo dicturus est, firmiter et constanter se retineat, ne quo dicendo aberret. Cf. Quinct. institt. orat. IV, 5, 2. 3.

Deinde ubi de legibus primum se verba facturum e voluntate, iudicum dixit, rogat eos, ut se de hac prima parte non obstinate, ut qui Charidemum sibi amicum putent, sed benigne audiant, non solum ut iurati fide et integritate iudicent, sed etiam ut ipse iis omnia, uti velit, explicet; et indicata ratione, qua de singulis partibus auditori sint, subiungit ad extremum promissionem brevitatis, quam per totam orationem observaturus sit. De ἀξιώσει quam dicunt rhetores graeci, vid. Gerh. Vossii institt. rhet. lib. III. p. 340.

§. 18. Ὧν μὲν τοίνυν — ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι. Ad alia transiturus e more summatim complectitur, quae antea exposuit. Similiter, orat. in Mid. 19. p. 521. c. Leptin. 36. p. 468. 37. p. 488. de coron., 17. p. 230. orat. I. c. Onet. 9. p. 866. In his transitionibus frequens est posita in fine enunciationis iudicum appellatio: qui quidem locus aptissimus est ad eos movendos, ut denuo satis sint ad audiendum parati. — ἐῤῥήθη. Altera forma ἐῤῥέθη, quae apud Demosthenem nonnisi raro in libris iisque paucis invenitur, oratori abiudicanda est. Vide Buttmanni gram. ampl. II, 1, p. 122., quam citat h. l. Schaeferus,

Digitized by Google

Lobeckii adn. ad Phrynich. p. 447. — *τὴν γραφὴν - ταυτηνί.* Digi- §. 18
tis demonstrat libellum, quo accusatio delata erat. Antea §. 15. *διὰ τοῦ ψηφίσματος τουτουί*, infra §. 176. *λαβέ μοι καὶ λέγε ταυτασί.* §. 186. *εἰ μὴ τὴν γραφὴν ἐποιησάμεθ' ἡμεῖς ταυτηνί.* orat. de fals. legat. 70. p. 363. *καὶ ἀνάγνωθι λαβὼν τὴν ἐκ τοῦ νόμου ταυτηνί.* ubi, ut h. l., nonnulli libri nudum pronomen exhibuerunt. *Ταυτηνὶ* confirmant Gregor. Corinthii scholia in Hermog. lib. de method. p. 1221. vol. VII. p. II. ed. Walz. — *βουλόμενοι κωλῦσαι.* Intellige *τὸν δῆμον τυροῦν.* — *ἐμὲ ὑπεσχημένον τρία.* Promisit hoc orator non in ipsa oratione, sed in libello ad magistratum delato, in quo praecipua accusationis capita proponi solebant. Vid. Ulpianum ad h. l. et Schoemanni lib. de comitiis Atheniens. p. 179. Ipsa propositio vocabatur a veteribus Technicis *ὑπόσχεσις*, ut docet Hermogenes de method. vol. III. p. 416. ed. Walz.: *οἱ δὲ παλαιοὶ τὴν μὲν προέκθεσιν καλοῦσιν ὑπόσχεσιν.* Cf. Gregor. Corinth. vol. VII. II. p. 1220. — *ὑμῖν* post *ὑπεσχημένον* additum in nonnullis libris est, fortasse ab iis, qui promissum coram auditoribus et iis ipsis factum putarent. Cum illis tamen consentiunt Hermogenes tribus locis, de invent. p. 99. vol. III., de ideis p. 213., de method. p. 416. et Gregor. Corinth. l. c., quamquam ille alio verborum ordine, bis scribens *τρία ὑμῖν ὑπεσχημένον* et semel *τρία ὑπεσχημένον ὑμῖν.* Omnino is paulo liberius dicta oratoris usurpavit. — *Ἓν μέν.* Partitione hac Demosthenes nonnunquam usus est: eius, quum utitur, tres partes solet conficere, velut orat. in Mid. 21. p. 521. in Timocr. 108. p. 734. Pro *Ἓν μὲν* exspectabis *πρῶτον μέν*, sequente *δεύτερον δὲ* et *τρίτον δέ.* At optimos Graecorum scriptores in partiendo et enumerando non raro numerum cardinalem usurpasse, ubi proprie ordinalis *πρῶτος* esset ponendus, docet Foertschius, homo pererudītus, in observv. crit. in Lysiae orat. p. 57. s., praeter hoc alterum e Demosthene afferens exemplum orat. in Dionys. 21. p. 1289. et Herod. IV, 161. — *τὸ ψήφισμα εἴρηται*, ut apud Lysiam orat. in Agorat. 20. p. 131. *τὰ ψηφίσματα ἐλέγετο*, quod expromsit Maetznerus doctissimus in adnot. ad Lycurg. p. 273. de horum verborum usu disputans. — *ἀνάξιός ἐστι. ἐστι* in aliquot libris omissum et Reiskio suspectum bene tuetur Schaeferus, quum dicit, ita maiorem fieri membrorum concinnitatem. Eadem de causa forsitan rectius servassem *τρίτον δὲ ὡς*, non obsequutus uni Parisiensi libro. Utrumque dedit Hermogenes ll. citt. — *τυχεῖν τούτων ἃ γέγραπται. Τούτων* refertur quidem ad decretum, ut *τούτου*, quod Hermogenes de ideis l. c. habet (idem in lib. de invent. l. c. dedit *τούτων τυχεῖν*) quodque Reiskio placet, exspectes, sed plurālis non improbandus commoda indicat, quae Charidemus illo sancito accep-

Digitized by Google

§. 18 turus erat. Vid. de hoc pluralis usu §. 7. et Schaeferi not. ad. h. l. Deinde ᾧ, quod primus restituit Taylor, praeferendum est genitivo οὗ, qui praegresso τούτων exstitisse videtur: accuratius enim significetur Charidemus necesse est, quam per ἀνάξιος fit. Occurrit paulo post ὅτῳ τὸ ψήφισμα εἴρηται. In his dativus est quod ὑπὲρ οὗ, ut §. 23. ὑπὲρ οὗ τὸ ψήφισμα εἴρηται. Sophocl. Oedip. Colon. 1673. ᾧτινι τὸν πολὺν — πόνον ἔμπεδον εἴχομεν. Alac. 1045. ᾧ δὴ τόνδε πλοῦν ἐστείλαμεν. Apud Hermogenem utroque loco *Χαρίδημος* post ἀνάξιός ἐστι exstat, sed non mirum est nomen ibi addi, omissis ᾧ γέγραπται. — βουλομένοις ἀκούειν ὑμῖν ἐστίν. Reiskii et aliorum scriptura ὑμῖν ἐστὶν ἀκούειν exitus hexametri fit. Idem irrepsit in Hermogenis invent. l. c. βουλομένοις ὑμῖν ἐστιν ἀκοῦσαι, qui etiam antea dedit, quod in plurimis libris est, ἁπάντων τούτων. Mihi tamen nunc non satis constat, sitne tenendum quod cum Im. Bekkero et Guil. Dindorfio ex optimis libris recepi, βουλ. ἀκ. ὑμῖν ἐστίν, an potius ita scribendum, βουλ. ὑμῖν ἀκούειν ἐστίν. Hic certe verborum ordo sine ulla scripturae discrepantia observatur orat. Philipp. IV, quae inter Demosthenicas est, §. 46. p. 143. εἰ βουλομένοις ὑμῖν ἀκούειν ἐστίν, et orat. in Timocr. 19. p. 706. ὅτι ἂν βουλομένοις ὑμῖν ἀκούειν ᾖ. Orat. de coron. 11, p. 229. scriptum est, ἂν βουλομένοις ἀκούειν ᾖ τουτοισί: ubi pronomen collocatione sua aeque fortem accentum rhetoricum habet ac βουλομένοις; orat in Mid. 130. p. 557. ἀκούειν primo loco positum iusta de causa est: λέξω δ' ὅ τι ἂν πρῶτον ἀκούειν βουλομένοις ὑμῖν ᾖ, τοῦτο πρῶτον, εἶθ' ἕτερον, καὶ τἄλλα τὸν αὐτὸν τρόπον, ἕως ἂν ἀκούειν βούλησθε. Cf. infr. 195. p. 685. Non raro deest infinitivus, ut orat. pr. Megapolit. 3. p. 203. τὰ μὲν οὖν ἄλλα ὕστερον, ἂν ὑμῖν βουλομένοις ᾖ, λέξω. Hoc dicendi genus satis frequens est apud Herodotum, Thucydidem, Platonem, alios, e quibus copiam exemplorum attulerunt Dorvillius ad Charit. p. 440., interpp. Gregor. Corinth. p. 876. Stallbaumius ad Plat. Phaedon. p. 78. B. Lach. p. 187. D. et alibi. Latini imitantur: si volentibus vobis est. Cf. Matthiaei gram. §. 388. e.

§. 19. ὅ τι δὴ βούλεσθε — τοῦτο τοίνυν ἐροῦμεν. Modestiae esse dicas et verecundiae, quod ad eos ipsos, apud quos dicit, reiciat, unde sibi inciplendum sit, de violatis legibus audire maliat prius, an de utili, an de iusto. Neque negandum est, id debuisse ad animos conciliandos plurimum prodesse. Quae figura orationis communicatio dicta a Cicerone de orat. III, 53. et Quinctil. IX, 2, 17., non raro in usu est apud oratores. Cf. orat. in Mid. 130. p. 557.; alterum praeter hoc exemplum ex Andocidis orat. de myster. p. 34. affertur in Meieri et Schoemanni libr. de ordine iudic. Athen. p. 718. n. 46.

Digitized by Google

At vero id simul sui compendii causa orator ita instituit: nam quum §. 19
iudices, de qua re primo et quo ordine dicturus esset, postulare possent, hoc ne fieret, prohibuit interrogans: περὶ τοῦ παρανόμου βούλεσθε πρῶτον; et, accepto quasi coronae responso vel nuta, addens parvo intervallo: τοῦτο τοίνυν ἐροῦμεν. Ita optionem iis dare se simulat et tamen ipse rem destinavit. Praeterea animadvertas, ex hac dicendi ratione multum gratiae accedere orationi. Dicta enim referunt communem vitae communis nec composita domi, sed illico nata videntur et praemeditationis suspicionem facillime tollunt. Vid. Quinctil. instit. orat. IV, 1, 54. Tiberius de figur. p. 545. vol. VIII. ed. Walz. Probat autem artem oratoris, quod haec αὐτοσχεδίου speciem sumta est e re, de qua ut ante omnia primum audirent iudices, et ipsa causa postulabat et ipsorum plurimi intererat. Legibus enim antiquitus haberi nihil oportebat, nihilque erat, in quod promtius et studiosius animadvertere solerent, quam in eum, qui violatis legibus audacius quidpiam patrasset. — ἃ δὴ δίομαι — δίκαια. *Jam quae rogo et postulo, ut a vobis consequar, iusta.* δὴ in uno libro omissum bene exprimit, loquentem id, quod conveniat, nunc facere. ἃ accusativum non posse, ut fecit Reiskius in annott. et ind. graec. p. 865. extr., per δι' ἃ explicari, recte monuit Schaeferus, sed quam ipse expromsit verborum constructionem, ut relativum pendeat ab infinitivo τυχεῖν, equidem et durissimam nec ullo modo necessariam esse arbitror. Vellem virum doctissimum non taeduisset ad probandum exempla afferre. Nam memini Godofr. Hermannum in annot. ad Viger. p. 762. dicere, τυγχάνειν ubi *consequi* significet, construi quidem cum accusativo, sed plerisque in locis, ubi haec constructio inveniatur, aliam admitti explicationem posse. Ibi summus graecitatis magister interpretandis verbis Soph. Oedip. Col. 1168. ὅστις ἄν σου τοῦτο προσχρήζοι τυχεῖν. ostendit simul, quemadmodum haec Demosthenica intelligenda sint. Etenim accusativum ἃ e verbis δίομαί τε καὶ ἀξιῶ esse aptum reor, infinitivo per epexegesin apposito, ut is significet ὅσα τυχεῖν αὐτῶν, velut χρήσασθαι apud Xenoph. Anab. IV, 4, 9. τί ἡμῶν δεήσεσθε χρήσασθαι —;; de quo infinitivi usu optime Krügerus ad Dionys. historiogr. p. 291. n. 16. disseruit. Et ut confirmem exemplis accusativum relativi verbo δίομαι iunctum, vide Xenoph. Anab. VII, 2, 34. ταῦτ' ἐστιν ἃ ἐγὼ ὑμῶν δίομαι. Plat. Symp. p. 173. C. Cf. Krügeri adnot. ad Anab. II, 4, 29. ed. min. Praeterea cui notum non est, cum δίομαι solere δίκαια componi, praesertim ubi iudices rogentur, ut benigne audiant? Demosth. orat. c. Phorm. §. 1. p. 907. Δίκαια ὑμᾶς δεησόμεθ', ὦ ἄνδρες δικασταί, εὐνοϊκῶς ἡμῶν μετ' εὐνοίας. c. Pantaenet. §. p. 968. δεήσομαι δὲ καὶ μέτρια καὶ δίκαια ὑμῶν ἀκού-

Digitized by Google

§. 19 των. c. Nausim. 2. p. 985. c. Boeot. de nom. 41. p. 1007. Add. Andocid. de myster. 1. p. 1. Plat. Apolog. Socrat. p. 18. A. τοῦτο ὑμῶν δέομαι δίκαιον, ὡς γ' ἐμοὶ δοκῶ, τὸν μὲν τρόπον τῆς λέξεως ὅν. Dicit Demosthenes etiam δέομαι δ' ὑμῶν δικαίαν δίκην c. Aphob. de fals. testim. 4. p. 845. orat. c. Macart. 17. p. 1055. c. Polycl. 2. p. 1206. Neque puto esse id exiguum, quod ubique recurrat τῶν δικαίων τυγχάνειν, ut orat. I. in Aphob. 2. p. 813. Quamobrem qui ἃ δὴ δέομαι — δίκαια audirent, eos non cogitasse de alia quam indicata eorum coniunctione puto. Deinde his expositis quisque δικαίως scripturam nonnullorum librorum mendosam habebit, ut ortam e δίκαι' et insequente ὡς. Sed ut redeam ad pronomen ἃ, id cum Schaefero ad totum enunciatum, quod sequitur, referes, quod explicationem eorum, quae postulantur, continet. Quare neque ad relativum enunciatum ταῦτά ἐστι suppliere necesse habebimus; certe talia Graeci non cogitarunt. Orat. c. Leptin. 152. p. 503. ὃ δὲ δὴ μέγιστον ἁπάντων καὶ κοινὸν ὑπάρχει κατὰ πάντων τῶν συνδίκων τούτων πολλάκις εἷς ἕκαστος πρότερόν τισι πράγμασι σύνδικος γέγονεν. Andocid. in Alcib. 16. p. 31. Ὃ δὲ πάντων δυνότατόν ἐστι, τοιοῦτος ὢν ὡς εὔνους τῷ δήμῳ τοὺς λόγους ποιῆται αὐτὸς ἄλλους ὀλιγαρχικοὺς καὶ μισοδήμους ἀποκαλεῖ. De hoc dicendi genere et variis eius formis vide Schaeferi dicta ad p. 1277. 10. Matthiaei gram. p. 806. et Bernhard. syntax. p. 297. s. Denique δέομαι et ἀξιῶ ut h. l., ita orat. de coron. 6. p 227. copulata, sed inverso ordine, vides: ἀξιῶ καὶ δέομαι πάντων ὁμοίως ὑμῶν ἀκοῦσαί μου. Add. orat. in Conon. 2. p. 1256. ἀξιῶ δὲ καὶ δέομαι πάντων ὁμοίως ὑμῶν πρῶτον μὲν εὐνοϊκῶς ἀκοῦσαί μου. Ac frequens est huius generis verborum coniunctio. Orat. de fals. legat. 195. p. 402. αἰτῶ σε καὶ δέομαι. orat. I. in Aphob. 68. p. 835. δέομαι οὖν ὑμῶν — καὶ ἱκετεύω καὶ ἀντιβολῶ. orat. I. in Stephan. I. p. 1101. in Dionysiod. 4. p. 1284. c. Eubul. 1. p. 1299. in Theocr. 3. p. 1322. Ex quibus exemplis omnibus et praecipue duobus primis illis confirmari aliquis opinetur omissionem τὲ particulae, ex uno cod. Σ notatam. At rogare orator necessarium sibi perinde ut aequum ducit. Pariter apud Aristot. art. rhetor. III, c. 5. ab init. dictum est: ἦλθέ τε γὰρ Κλέων καὶ δεόμενός τε καὶ ἀξιῶν. Adeo verba simillimae significationis per τὲ — καὶ iuncta probant Schaeferus in apparat. crit. p. 579. 6. Hermannus ad Soph. Oedip. Colon. 812. ad Electr. 873. — ὡς γ' ἐμαυτὸν πείθω. Γὲ particulam cum optimis libris, Im. Bekkero et Dindorfio servavi, ut optime convenientem loquenti. Sententia est: *certe ut mihi persuadeo*, quo significat aliud quidem se sibi non persuadere, eamque esse rationem, qua velit iusta consequi. Cf. infra §. 89. Orat. in Timocr. 6. p. 701. ὡς γ' ἐμαυτὸν

πείθω. de coron. 7. p. 227. ὡς γ' ἐμοὶ φαίνεται. ibid. 226. p. 303. ὡς §. 19
γ' ἐμοὶ δοκεῖ. Philipp. III. 29. p. 118. orat. l. in Aristogit. 8. p. 770. Similiter Socrates apud Platonem Apolog. l. c. τοῦτο ὑμῶν δέομαι δίκαιον, ὡς γ' ἐμοὶ δοκεῖ. Vid. Gotf. Hermanni adnot. ad. Oedip. Reg. 688. Sin autem scriberetur ὡς ἐμαυτὸν πείθω, quod in plurimis libris est, indicaretur simplex eius persuasio, ut orat. de coron. 255. p. 312. apte dictum est: ἐγὼ μὲν οὖν οὕτωσὶ περὶ τῆς τύχης ἀξιῶ, ὀρθῶς καὶ δικαίως, ὡς ἐμαυτῷ δοκῶ, νομίζω δὲ καὶ ὑμῖν. — τῷ διεψεῦσθαι τοῦ Χαριδήμου — εὐεργέτην εἶναι. quia in iudicando Charidemo aberrat a vero, opinione sua fidus est de Charidemo, eumque, quod explicandi causa adiectum est, pro beneficio habet, qui hostis sit reipublicae. Cf. Reiskii ind. graec. p. 153. In epistola tertia, quae inter Demosthenica est, p. 1476. 34. διεψεύσθητε τῆς ἀληθείας περὶ αὐτοῦ Λυκούργου.; apud Xenophont. Memor. IV, 2, 27. διεψευσμένοι τῆς ἑαυτῶν δυνάμεως sunt qui in aestimandis suis viribus falluntur. — ἀκούσῃ μου. Sic libri boni et recte: est haec constans Demosthenis loquutio, praecipue in ea orationis parte, quam ἔξίωσιν dicunt. Ibi enim ubique fere recurrunt haec: δέομαι δ' ὑμῶν — εὐνοϊκῶς ἀκοῦσαί μου, ἀκούσατέ μου et similia. Pronomen in his accentu rhetorico caret. Ubi contra vis quaedam in eo per legem oppositionis est, ibi id solet poni non ultimo loco, ut orat. I. in Aphob. 3. p. 814. δέομαι δ' ὑμῶν — μετ' εὐνοίας τ' ἐμοῦ ἀκοῦσαι. Cf. orat. de cor. 1. p. 226. Quare ἡμῶν ἀκούσῃ, quod in plurimis libris inveniatur, suspectum est, primum quia plurali numero pronominis nusquam in hac formula utitur Demosthenes, nisi ubi communio loquentium talis est, ut se in eadem causa dicendo excipiant et adiuvent, velut orat. c. Phorm. ab init. p. 907. Δίκαια ὑμῶν δεησόμεθ' — ἀκοῦσαι ἡμῶν μετ' εὐνοίας. orat. c. Aphob. de fals. testim. 1. p. 844. in Olympiodor. 3. p. 1167. δέομαι οὖν ὑμῶν — ἀκούσαντας ἀμφοτέρων ἡμῶν. Deinde commentum librariorum in hac scriptura ipsa pronominis collocatione coarguitur: nam id certe oportebat post ἀκούσῃ poni. Ea videtur vel ab iis esse, qui dignitatem, quam pluralis numerus designat, loquenti tribuere vellent, vel qui meminissent eo numero supra §. 3. loquutum oratorem, ubi factio Charidemo eiusque amicis adversans intelligenda est. Vid. not. ad h. l. — τοῦ θέσθαι τὴν ψῆφον εὔορκον. Hoc modo solent iudices iurati de servanda fide et religione admoneri. Cf. §. 101. orat. c. Leptin. 167. p. 508. ἵν' εὔορκον θῆσθε τὴν ψῆφον. in Mid. 24. p. 522. δίκαιον καὶ εὔορκον θέσθαι τὴν ψῆφον. ibid. 227. p. 587. τὴν ὁσίαν καὶ δικαίαν θέμενοι ψῆφον. c. Aphob. de fals. testim. 4. p. 846. τὴν ψῆφον in his formulis dici addito articulo, notavit doctissimus Maetznerus ad Lycurg. p. 85. et 97. — καὶ ὑποπτεύθω, ὡς

Digitized by Google

§. 19 *δίκαια ἐρῶ.* Apte his per parenthesin insertis universos iudices alloquitur, deinde rursus non minus apte singulos quosque admonet, quam rerum considerandarum rationem ineant, ut rectius iudicent. Scripturam editt. vett. et Reiskii, *ὡς δίκαια ἃ ἐρῶ*, recte damnaverunt Im. Bekkerus et Guil. Dindorfius. Cf. §. 129. *σκέψασθε δὲ, ὡς δικαίως ἕκαστα ἐξετάζω.* orat. de coron. 10. p. 228. *θεάσασθε, ὡς ἁπλᾶ καὶ δίκαια λέγω.* Adde orat. c. Dionysiod. 22. p. 1289.

§. 20. *ὅταν μὲν λέγω. Γὰρ* post *μὲν* optimorum librorum consensu recte omissum est ab Im. Bekkero et Guil. Dindorfio: nam haec quae sequuntur verba *ποιησάσθω τὴν ἀκρόασιν ἀδὲ* appositionis lege adiecta sunt. Non raro in fronte istiusmodi sententiarum particulam illam positam a librariis dicit Poppo in adn. ad Xenoph. Cyrop. I, 6, 19. In quo genere, ne plura afferam, exemplum commemoro unum et alterum et simillima quidem e Demosthenis orat. c. Leptin. 131. p. 496. *ὑπὲρ δὴ τούτων ἀδὲ ποιήσατε· ὅταν ταῦτα λέγωσιν, κελεύετε, εἴπερ ἀληθῆ λέγουσι πρὸς ὑμᾶς, τὰ ψηφίσματα ἐν οἷς ἀτελεῖς εἰσὶν οὗτοι δεῖξαι.* ubi nostro loco una confirmem, quam recte vulgarem distinctionem, ab Im. Bekkero spretam, Schaeferus revocarit, et ex Androt. 89. p. 605. *ἔχει γὰρ οὕτως· ἐὰν μὲν ἀπογνῶτε — ἐὰν δὲ καταγνῶτε —· — ἀφελὼν ὅτῳ τὸ ψήφισμα εἴρηται. separata, praetermissa cogitatione eius, cui decretum factum est.* Orat. de Cherson. 1. p. 90. *πάντα τἄλλ' ἀφελόντας, remotis omnibus ceteris,* ut cum Σ recte scripsit Im. Bekkerus, retinente Ruedigero ceterorum librorum *ἀφέντας*, quod ad sententiae vim minus aptum est, antegresso ibi *φιλονεικία*, ut *φιλονεικῶν* nostro loco. Reiskius autem ind. graecit. p. 97. participium *ἀφελὼν* coniungit cum *σκοπεῖν*, quod Im. Bekkerus cum *σκοπεῖσθω* iure commutavit. Qui omnino toto hoc loco genuinam scripturam ex optimis libris feliciter collectam exhibuit. — *σκοπεῖσθω πότερον.* Nonnulli libri habent *περὶ τοῦ πότερα*, alii *περὶ τοῦ πότερον.* Quae scriptura non displiceret, si accederet optimorum testium auctoritas. Orat. Philipp. III, 7. p. 112. *βουλεύεσθαι περὶ τοῦ πότερον εἰρήνην ἄγειν ἢ πολεμεῖν δεῖ.* orat. de coron. 1. p. 226. *σύμβουλον ποιήσασθαι περὶ τοῦ πῶς ἀκούειν ὑμᾶς ἐμοῦ δεῖ.* Olynth. III, 2. p. 29. *τότε καὶ περὶ τοῦ τίνα τρόπον τιμωρήσεταί τις ἐκεῖνον ἐξέσται σκοπεῖν.* Quamquam deinde sequitur *σκοπείσθω, πότερον* sine ulla scripturae diversitate. — *ὅταν δ' ἐλέγχω τὰ πεπραγμένα.* Receptus in partitione capitum ordo hic immutatus: nam caput, cui secundus illic locus est, hic obtinet tertium. Sequitur hic orator naturalem ordinem e ratione rerum desumtum, illic artificiosum, quem prudentia oratoria ei praescripsit. Ceterum Ulpianus bene animadvertit, suum quodque caput verbum habere aptum: *ἐπὶ μὲν τῶν νόμων,*

Digitized by Google

inquit, τὸ λέγω, ὡς ἁπλοῦ τοῦ νόμου τυγχάνοντος· ἐπὶ δὲ τοῦ δι- §. 20
καίου τῶν ἀδικημάτων, τὸ ἐλέγχω· ἐπὶ δὲ τοῦ συμφέροντος, τὸ ἐξε-
τάζω· λογισμῷ γὰρ τὸ μέλλον εὑρίσκεται. — γεγονυίας. Orat. in Androt. 47. p. 607. τὸ πρᾶγμα οἷον γέγονε τῇ ἀληθείᾳ. Alibi ὄντως et ἀληθεῖς opponuntur τοῖς ψευδέσι.

§. 21. πάντα τἄλλα ἀφεὶς. Hiatum in hac loquutione vitavit Im. Bekkerus orat. de coron. 69. p. 248. πάντα τἄλλ' ἀφεὶς. Ibid. 149. p. 277. 272. p. 316. de fals. legat. 205. p. 405. ibid. 288. p. 438. Num ubique de auctoritate librorum an suo arbitratu, incertum est. Hic nihil mutare volui invitis libris. In cod. Σ. τἄλλα scriptum est. — ἐὰν γὰρ τοῦτον ἔχοντες τὸν τρόπον ἀκροᾶσθέ μου, — συνήσετε. Ut orat. de coron. 2. p. 226. e solo Σ et c. Macart. 2. p. 1051. ex eodem libro et aliis ἀκροάσασθαι pro ἀκροᾶσθαι novissimi editt. bene restituerunt, num etiam h. l. ex uno illo ἀκροάσησθε scribendum est? Minime. Nam perpetuitas audiendi h. l. valet. Similia vide orat. in Theocrin. 7. p. 1324. ἀλλ' ὑμῶς ἐὰν ὑμεῖς βούλησθε τὰ δίκαια βοη-
θεῖν μοι —, εὑρεθήσεται τἀληθές. Cf. orat c. Lacrit. 56. p. 942. c. Leptin. 95. p. 485 extr. — συνήσετε. De hac futuri forma, quae insolentior est altera συνήσομαι, citat Schaeferus not. Lehmanni ad Lucian. t. II. p. 578. s. Cf. Plat. Protag. p. 325. E. συνήσειν τὰ γεγραμμένα. — χωρὶς ἕκαστα. *singula quaeque seorsum.* Ita cum optimis libris, ἕκαστον exhibent deteriores. Posset quis tueri velle ἕκαστον verbis orat. I. in Aphob. 12. p. 817. ἀνάγκη χωρὶς ἕκαστον διελεῖν ἐστίν. Sed. pluralis numerus propter opposita πάντα ἀθρόα praeferatur necesse est singulari. Neque quadrat ad defendendum singularem orat. de fals. leg. 92. p. 370. ἐὰν μὴ πάνθ' ἅμα ἐᾶτε κα-
ράττειν αὐτὸν —, ἀλλ' ἕκαστον ἐφ' ἑαυτοῦ σκοπῆτε. Alibi usurpatur καθ' ἓν ἕκαστον, ut orat. de coron. 17. p. 230. — ἔσονται δὲ βρα-
χεῖς περὶ πάντων οἱ λόγοι. Quinctilianus instit. orat. IV, 1, 34. „Sunt, inquit, et illa excitandis ad audiendum non inutilia, si nos neque diu moraturos, neque extra causam dicturos existiment.“ Haec brevitatis promissio populo Atheniensi mobili et nova quaeque cap tanti iucundissima erat, ut in eum cadat, quod rex Argivorum in Aeschyli Suppl. 273. de sua urbe dicit: μακράν γε μὲν δὴ φῆσιν οὐ στέγει πόλις. Quare eam Demosthenes, animorum pertractandorum artifex, in quaque fere oratione variis dicendi formulis adhibet, velut ἔσται δὲ περὶ αὐτῶν βραχὺς ὁ λόγος orat. in Mid. 77. p. 539. cf. Olynth. III, 23. p. 34. de coron. 9. p. 228. c. Macart. 21. p. 1056., ταῦτα διεξελθεῖν ἐν βραχέσι πειράσομαι orat. in Androt. 3. p. 594., τοῦτ' ὑμᾶς διὰ βραχέων βούλομαι διδάξαι c. Leochar. 60. p. 1098. cf. orat. c. Macart. 73. p. 1075., τοὺς λογισμοὺς ἀκοῦσαί μου διὰ βρα-

Digitized by Google

§. 21 χέων Philipp. II, 6. p. 67., πρὸς δὴ ταῦτα ἀκοῦσαι βέλτιον ὑμᾶς βραχέα. orat. c. Boeot. de nom. 27. p. 1002., τοῦτο πειράσομαι δεῖξαι διὰ βραχέων c. Leptin. 11. p. 460., τοῦτο ἐκ βραχέος λόγου ῥᾴδιον δεῖξαι Philipp. III, 26. p. 117., ποιήσομαι δ' ὡς ἂν δύνωμαι διὰ βραχυτάτων τοὺς λόγους orat. I. in Aphob. 3. p. 814., ἐξ ἀρχῆς ὑμῖν, ὡς ἂν ἐν βραχυτάτοις δύνωμαι, διηγήσομαι τὰ πραχθέντα c. Boeot. de dot. 5. p. 1009. Cf. orat. pr. Phorm. 3. p. 945. c. Macart. 18. p. 1055. ἐξ ἀρχῆς δ', ὡς ἂν οἷός τε ὦ, διὰ βραχυτάτων εἰπεῖν πειράσομαι. Cf. orat. c. Pantaen. 3. p. 968. in Conon. 2. p. 1257. Exempla e Lysiae orationibus attulit Taylor lectt. Lysiac. p. 227.

CONFIRMATIO PRIMI CAPITIS.

Postquam orator tria capita, de quibus dicturus est, exposuit in partitione, aggreditur nunc singula deinceps argumentando confirmare. Haec est confirmatio, a Graecis dicta κατασκευή, in qua fides et robur totius orationis consistit. Τὸ γὰρ πᾶν, ait Hermogenes de invent. c. IV. apud Walz. vol. III. p. 106., τῆς ῥητορικῆς ἰσχυρὸν ἐν τούτοις ἔστιναι, καὶ τὸ τῆς νίκης κράτος ἐν τῇ κατασκευῇ τῶν κεφαλαίων διαφαίνεται. Ac primi capitis argumentum desumptum est praecipue ex iure capitali, invitante ad eam rem ipso Aristocrate. Quum enim is Charidemum ab impetu hostium et vitae periculo securum praestare suo psephismate vellet, iuberetque, quicunque eum occidisset, tractandum esse severe, idque insolita et arbitraria ratione: consentaneum erat ante omnia expromere usu receptas leges, cum quibus vel certe cum quarum sententia et consilio scriptum et voluntas scriptoris dissentirent. Easque quoniam sume causae commodis et utilitati maxime servire videret, statim magna cum fiducia recitari iussit per scribam earumque continuam ipse addidit interpretationem. Vid. Marcellini scholia εἰς στάσεις vol. IV. p. 511. Hic est status, qui vocatur νομικὸς ab artium scriptoribus, in quo τὸ ῥητὸν, hoc est, verba legum ad verba psephismatis relata et e ratione διανοίας sive sententiae spectata cum huius dictis et consilio componuntur et examinantur. De qua re vide Hermogen. περὶ τῶν στάσεων c. IX. vol. III. p. 54. ss. et eius interprett. vol. IV. p. 797. ss. vol. V. p. 196. ss. vol. VII. p. 215. Cf. auct. ad Hefenn. I. c. 12. ss. Quinctil. instit. orator. VII, c. 5, 5. et c. 6.

Deduxit autem orator psephisma in controversiam, cuius in scriptura ambigui quoddam genus cognovisset. Graeci id vitium scripti ἀμφιβολίαν dicunt, cuius quum species sint plures, h. l. intelligenda est ea, quae fit παρ' ὁμωνυμίαν, ὅτ' ἂν τὸ ἓν ὄνομα μὴ ἓν ἀλλὰ

Digitized by Google

πλείονα σημαίνη, ut docemur Syriani et Sopatri scholiis εἰς στάσεις vol. IV. p. 274. rhet. graec. Huius generis πολύσημα oriuntur plerumque, quum rebus significandis voces adhibitae aut singulae aut coniunctae in duas aut plures sententias trahi possunt. „Illud enim est, auctore Cicerone de orat. II, c. 26, 111., frequentissimum in omni consuetudine vel sermonis vel scripti, quum idcirco aliquid ambigitur, quod aut verbum aut verba sint praetermissa.“ Quare ab hac parte inquirens in psephisma orator ante omnia tractat ut ambigue scriptum illud ἀγώγιμος ἔστω, quum incertum sit, utrum id duci significet in iudicium, an ad mortis supplicium, an in domum eius, qui homicidii reum comprehenderit, et exponit, qui sic potestati alicuius privati tradatur, expositum esse eius libidini et arbitrio, quod leges non concedant. Vide quae satis copiose de hac dictione Heraldus animadv. in Salmas. observatt. ad ius Attic. et Roman. lib. IV. c. 5. p. 295. ss. disputavit. Ad istam ambiguitatem scripti animum adverterunt etiam veteres rhetores, e quibus praeter Ulpianum ad h. orat. unus hoc monet in scholiis εἰς στάσεις vol. IV. p. 274: οἶδε δὲ ταύτην καὶ Δημοσθένης τὴν ζήτησιν· ὡς — ἐν τῷ κατὰ Ἀριστοκράτους, ἐν οἷς φήσιν· ἐάν τις ἀποκτείνῃ Χαρίδημον, ἀγώγιμος ἔστω· ὁ μὲν γὰρ τὸ ἀγώγιμον ἐπὶ θανάτῳ λέγει εἶναι, ὁ δὲ ἐπὶ κρίσει. quae sane ambiguitas dicendi nulla fuisset addito ἐπὶ κρίσει. Id quidem ipsum se intellexisse contra dicere poterat Aristocrates, neque adscripsisse idcirco, quod perspicuum vidisset esse, omninoque voluntatis suae, non scripti interpretationem valere. Hoc enim unum erat obloquendi subsidium, quod adhiberi solebat a litigantibus, ut apparet e Cicer. rhetor. lib. II, c. 47. et Quinct. instit. orat. lib. VII, c. 6. At si respicimus rationem totius causae et quaerimus, quae fuerit scribentis voluntas, id quod fecit §. 90. ipse orator, verisimile est, eum actionem non legitimam, si quis Charidemum interfecerit, intendisse. Idque multo minus a vero discrepabit, si meminerimus, non contra consuetudinem et priorum et illorum temporum fuisse talia psephismata scribere, si quidem similia et iisdem fere verbis composita servantur, quae non dubitandum est quin Aristocrates in conficiendo suo ante oculos habuerit. Huius generis unum commemorat Plutarchus vit. Lysandri c. 27. Λακεδαιμόνιοι δὲ δύναμιν καὶ φρόνημα αὐτοῖς προστιθέντες ἐψηφίσαντο τοὺς φεύγοντας ἐξ Ἀθηνῶν ἀγωγίμους εἶναι πανταχόθεν, ἐκπόνδους δὲ τοὺς ἐνισταμένους τοῖς ἄγουσι. Cf. Dind. Sicul. XIV, 6. schol. ad Aristoph. pac. 608.

Deinde non minus acute et diligenter ambigui quaestionem instituit in his ἐάν τις ἀποκτείνῃ, quibus itidem accuratior definitio desit et personae et rei. Ut demonstrat multis locis iniustum esse, quem-

Digitized by Google

quam indicta causa et sine ratione loci, quo versetur, comprehensum abduci iubere, ita ex aliis causis idem iuri et rationi contrarium esse comprobat. Nam incertum esse, num is, qui occidisse dicatur, revera occiderit, num is civis sit an peregrinus. Quid, si caedes aut imprudentia aut casu facta sit? Quid, si quis se iure occidisse contendat, aut id sibi licuisse aut necesse fuisse demonstret? Talia et similia interrogat orator, quae omnia se praeterisse fateri debebat Aristocrates. Scite etiam hoc admonent anonymi scholia εἰς στάσεις vol. IV. p. 845. τὸ δὲ ἀσαφὲς ταὐτὸν τῷ ἀμφιβόλῳ· καὶ ἔτι ἐν τῷ κατὰ Ἀριστοκράτους, ἐάν τις ἀποκτείνῃ Χαρίδημον, ἀγώγιμον εἶναι· πάλιν γὰρ ἐπιλαμβάνεται τῆς ἀσαφείας καί φησι, ποῖον ἀνδροφόνον λέγεις πότερον τὸν ἑκούσιον ἢ τὸν ἀκούσιον, τὸν δίκαιον ἢ τὸν ἄδικον. Adde prolegomena εἰς στάσεις vol. VII. p. I. p. 11., anonymi scholia εἰς στάσεις ibid. p. 685. Denique controversiam cum Aristocrate habet de ultimis psephismatis verbis: ἐὰν δέ τις τὸν ἀγόμενον ἀφέληται ἢ πόλις ἢ ἰδιώτης, ἔκπονδος ἔστω· ostendens, quantum ea cum citata §. 82. lege dissentiant et cum ea collata nihil habeant, quod aut definitum sit aut certum.

Causis igitur ambigendi de psephismate cognitis, impugnat id omni vi. Fecit autem quadripartitam totius capitis distributionem. Primum affert §. 22—61. septem leges capitales, quibus sancitum est, qua severitate et qua moderatione in homicidas cuiuscunque generis consulendum sit, et post harum explicationem non ad reliquas statim progreditur, sed interpellata paullisper instituta quaestione, ostendit §. 62. peropportune ex alia lege, quae quasi quaedam appendicula poenalis actionis est, puniendum esse Aristocratem, ut qui leges de homicidio latas everterit vel mutarit. Subiungit inde a §. 63—81., Aristocratem non modo commemoratas leges, sed etiam alias multas, quae certam et singularem actionem praescriberent, neglexisse, ideoque etiam iudicia gravissima et instituta, quibus secundum illas ius diceretur, vilipendisse. Deinde allegat §. 82—85. ultimam legem capitalem, quae ad alteram psephismatis partem refertur, et huic proximas §. 86—87 duas alias addit, non capitales quidem, sed eodem tamen spectantes, ut videlicet vitiositatem psephismatis coarguant, siquidem altera cautum est, ne quid oporteat in favorem unius statui, quod non ad omnes cives pertineat, altera autem vetat, ne psephisma neque senatus neque populi legibus maiorem vim habeat. Sicut ante citatae leges allatae sunt ad demonstrandum, quemadmodum psephisma earum argumento et voluntati repugnet, ita harum duarum prior ostendit eiusdem legibus contrarium rogandi et ferendi modum, altera autem eaque ultimo loco aptissime posita in-

Digitized by Google

dicat, omnino nihil rogandum esse, quod per leges fieri non liceat: qua ratione τῶν παρανόμων quaestio proprie absoluta est. Hac tamen expositione nondum contentus monet tum orator §. 88—89., ut rem ab alia parte persequatur, Aristocratem etiam ab iis recessisse, qui psephismatis in simili re confectis ius et leges observassent. Denique ut nihil desit prorsus, ad extremum occupat inde a §. 90—101., quae videt ab adversario opponi. Etenim hoc eximiae Demosthenis artis est, quod semper eos, qui audiunt, tenet eo, quo maxime respiciendum est, nec dimittit, donec in omnes partes quaestioni propositae satisfactum sit.

Sic exposita rerum, quas orator in hoc capite expromsit, summa, sequitur, ut de ipsa earum tractatione nonnulla addam. Theo in progymn. vol. I. p. 166. rhet. graec. exempla recensens scriptorum, ad quae iuventus ad eloquentiam conformanda sit, collaudat hanc orationem ut normam ac regulam confutationis ope legum factae. Εὐπορήσομεν δὲ, inquit, καὶ νόμων ἀνασκευῆς πολλαχοῦ μὲν παρὰ πλείστοις τῶν ῥητόρων, ἐντελέστατα δὲ παρὰ Δημοσθένει, ἔν τε τῷ Τιμοκράτους καὶ Ἀριστοκράτους καὶ πρὸς Λεπτίνην. Quod iudicium potissimum ad hanc primam partem referendum est, quae, praeterquam quod aptissime electas leges, et consilio oratoris tanquam factas continet, etiam earum compositione excellit, siquidem primum eae exponuntur, quae plurimam vim habent, deinde aliae aliis e vi et dignitate pensitatis adnectuntur tanta cum circumspectione et tam certo iudicio, ut suo quaeque loco efficax sit neque ulla addi aut sumi queat sine damno quaestionis. Deinde non praetereundus est modus, quo, dum occupatus est explicanda una lege, novam alteram rursus praeparat, omninoque singulas partes, quamvis rerum variarum plenas, tam scite copulare callet, ut omnes nexae inter se et quasi consertae unam faciant coagmentationem. Perfecta autem virtus oratoris est in interpretatione. Recitatae legis vim et sententiam quum generatim et universe indicavit ita, ut statim noverint auditores, quo ratio omnis eius conferenda sit et quam aliter senserit legislator ac scriptor psephismatis (utitur enim fere verbis ὡς καλῶς καὶ εὐσεβῶς ἔθηκεν ὁ τιθεὶς τὸν νόμον, ὡς ἅπαντ' εὐλαβῶς διώρισε καὶ νομίμως, νόμος ἀνθρωπίνως καὶ καλῶς κείμενος et huius generis aliis) orditur ipsam interpretationem hoc utens modo, ut unum aut singula legis verba ponat et explicet, deinde rursus alia, et sic alterum altero superstruens a certo cognitis et explicatis via et ratione progrediatur ad ea, quae inde necessaria consequutione proficiscuntur, et firmare suam causam non ante desistat, quam, quod sibi proposuit, assequutus sit, contrariorum psephismatis locorum confutationem. Et dum

Digitized by Google

ita singula persequitur interpretando, acute ubique videt, unde ducat probationes suas, easque adhibet tam firmo et tam subtili argumentandi modo, ut non credas quidquam deesse in iis aut redundare: premit vim illorum verborum, quibus adversarius maxime urgeri videtur, et quae desunt suggerit, ut psephisma concordet cum lire, etiam ex scripto non scripta nonnulla inducit per ratiocinationem studetque explicare diligentissime, quomodo scribendum fuisset, si id, quod cum legibus consentiret, scriptor fieri voluisset. Quamvis expromat res varias et multiplices refutandis adversarii rationibus, nihil tamen incommodi ista argumentorum ubertas attulit lucido ordini et perspicuitati, quam mirifice adiuvit frequentia interrogationum, quas arguendi, urgendi, instandi causa assumtas dissolvit ipse intervallo quodam adhibito: de quo artificio iam veteres monuerunt, ut Hermogenes de ideis lib. I. c. 4. vol. III. p. 215. *πολλοῖς τοιούτοις ἐν τῷ κατὰ Ἀριστοκράτους τὸ παράνομον ἐξετάζων κέχρηται ἀναγκαίως. σαφηνείας γὰρ μάλιστα κατ' ἐκεῖνο τὸ χωρίον δεῖ τῷ λόγῳ.* Cf. vol. VII. II. p. 948. Etiam ubi res ex antiquissima aetate sumtas tractat, maximeque ubi de iudiciis capitis agit eorumque habendorum rationem aperit, raram ostendit vim penetrandi in abdita, ut paene manu ducat ac trahat mentem ad cognitionem eorum, in quibus si qua sunt, quae nobis paulo difficiliora explicatu videantur esse, nihil tamen Atheniensibus fuisse obscuritatis existimandum est. At vero ubique, quantum intellexi, alienus est a callida et subdola iuris interpretatione: solum eum veri studium ducit idque sustentat, quo licet modo, argumentorum gravitate et sententiarum luminibus, ope enthymematum et syllogismorum acumine: fit autem fere, ut omnem vim orationis in clausulis singularum partium includat, inprimis ubi impetum facit in psephisma, qua occasione non semel utitur dilemmatis robore. Sed cum hac disputandi sollertia et subtilitate parem moderationem et humanitatem coniungit, nusquam in personam adversarii acerbis et contumeliosis verbis invehens, quum maluerit monitoris, quam obiurgatoris partes suscipere. Quare maximam partem quieta fluit oratio, ut solet in genere iudiciali, quod, quum in docendo et refellendo magis quam in commovendo versetur, tenue et pressum *et συλλογιστικὸν* est, qualis eius character qui dicitur, descriptus est a rhetore apud Walz. vol. V. p. 75, mentione huius orationis nominatim facta. Incident tamen nonnulla, in quibus ii qui audiunt, moventur, excitantur, flectuntur, non docentur tantum: cuius generis sunt potissimum ea, quae de variis ceremoniis in re capitali usitatis, de severitate et lenitate iudiciorum, cum religione et deorum cultu coniunctorum, exponuntur, quae iam per se animis horrori incutiendo

Digitized by Google

et miserationi commovendae accommodata maiestatem quandam acce- §. 22
perunt a decora gravitate et dignitate orationis. Nam in bono oratore, qualis prae ceteris Demosthenes est, rebus ipsis par et aequalis oratio est, ut quanta ad rem, tanta ad orationem fiat accessio, monente Cicerone. Ab hac parte etiam σεμνότης intelligenda est, quam in hac oratione regnare dicit Dionysius Halic. περὶ δειν. p. 1095. ss. ed. Reisk. Sed ne defatigem lectores benevolos longiore expositione, in his subsistam: et sufficere, quae attigi, existimo praeparandae rectiori huius capitis intelligentiae. Quare nunc ad singula veniam.

§. 22. *Λαβὲ δὴ τοὺς νόμους αὐτοὺς καὶ λέγε. Iam cape leges ipsas et recita.* Alloquitur scribam, ad hoc publice (ὑπὸ τοῦ δήμου αἱρεθέντα, ut dicit Pollux VIII. 98.) institutum, ut leges, decreta, testimonia, alia, quoties iuberetur, recitaret. De eo dicunt anecdota Bekkeri p. 226: καὶ οὗτος οὐδενὸς τὸ σύνολον ἄλλου ἐστὶ κύριος ἢ τοῦ ἀναγνῶναι. ἔστιν οὖν ὁ ἀναγνώστης. Ita illis maior fides, quam si ab oratore ipso recitarentur, habebatur. Cf. Schoemann. de comitiis Att. p. 319., Wachsmuthii antiquitt. Hellen. II. 1. p. 486. s., Boeckhii oecon. polit. p. 200. ss. — *Λαβὲ* grammatici Atticum dicunt esse, ut Arcadius p. 148. f. τὸ δὲ λάβε καὶ ἴδε παρ' ἡμῖν μὲν βαρύνονται, παρὰ δὲ Ἀττικοῖς ὀξύνονται. et Ulpianus ad Demosth. p. 228. B.: λαβὲ Ἀττικῶς ὀξύνεται, alterum λάβε vulgare: quod ita accipi velim, ut illud sermonis et consuetudinis quotidianae, quam oratores in huius generis dictionibus imitarentur, proprium, hoc autem iis usitatum fuisse dicam, qui legitimum eumque graviorem pronuntiandi modum sequerentur. Idcirco non mirum, si hanc alteram rationem tenuerint librarii. Cf. Osanni adnot. ad Lycurg. orat. c. VIII. Schneiderí ad Platon. remp. vol. I. p. 389. b. Goettlingii lib. de accent. l. gr. p. 22. s. edit. tert. et Buttmanni gr. vol. I. p. 468. s. — *τούτων* Aristocratis et sociorum.

Lex I.

ΝΟΜΟΣ. ἐκ τῶν — πάγου. Primus haec verba im. Bekkerus in quadrum e suis libris redegit: nam ea Reiskius et priores editores post τὸ παράνομον collocaverant. cf. Philipp. III. 46. p. 123. Dissentio tamen a Bekkero in eo, quod de auctoritate optimi libri post *ΝΟΜΟΣ* interpunxi, sive cetera quae sequuntur verba pronuntiata sunt a scriba ita, ut tanquam per parenthesin adiecta audirentur, sive ea non pronuntiata sunt, sed scripta tantum in codice legum, quas sibi descripserat orator, exstiterunt, ut ex hoc titulo cognosceret statim, unde leges sumtae essent. — De hac lege vid. Heraldi animadversiones in ius Attic. et Roman. lib. V. c. III. p. 341. ss., Petiti leges

Digitized by Google

§. 22 Attic. lib. VII. p. 605. ss. Tayloris lectiones Lysiac. p. 312., Matthiaeus de iudiciis ad caedem spectantibus p. 148., Heffterus de re iudiciali Atheniens. p. 135. ss., Meierus et Schoemannus de ordine iudiciorum Atheniens. p. 308 — 315. Wachsmuthii antiquitates Hellen. II. 1. p. 268. ss. Ottfr. Muelleri addit. ad Aeschyli Eumen. p. 151. C. Fr. Hermanni antiquitates publ. §. 105. Ioa. Dider. de Riemeri specimen critic. inaugur. in Demosth. orat. adv. Aristocrat. p. 18 — 32. Quatuor crimina, quae in lege commemorantur, dolo malo (in Folge eines mit Vorbedacht gefassten Entschlusses) facta cogites. Itaque τραῦμα ἐκ προνοίας est vulnus, quod quis alteri inflixit eo consilio, ut eum trucidaret: item ἐκ προνοίας ad φόνου, qui alibi ἑκούσιος dicitur, et ad πυρκαϊᾶς pertinet, quod iam Kuehnius ad Pollucem VIII, 10, 17. et alii viderunt. Et δοὺς (φάρμακα) venenum quo quis sua manu dato alterum ipse necavit, significat. Cf. Forchhammerus de Areopago p. 30., C. Fr. Hermannus in disput. de Platonis legibus p. 59. Accusationes horum criminum ad βασιλέα sive archontem secundum deferebantur, qui ea examinaret et cognosceret; iudices erant Areopagitae. Hinc δικάζειν δὲ τὴν βουλὴν τὴν ἐν Ἀρείῳ πάγῳ. Infinitivus in legibus et decretis ad exprimenda ea, quae quis fieri vellet, frequens est: de quo usu Wesselingius ad Petiti legg. Attic. p. 68. et Matthiaeus gr. §. 546. p. 1072. Noli deinde offendere in δὲ particula, quae, ubi singulae leges e media legum serie sumtae citantur, retineri solet. Vid. Astii adnot. ad Platon. de legg. IV. c. XI. γαμεῖν δὲ, quocum haec Demosthenica p. 629, 20. 631, 27. 638, 9. 649, 4. 21. 706, 7. 710, 16. 716, 13. 941, 9. 1054, 27. in Museo Rhenano II. p. II. p. 274. homo doctissimus contulit — τὴν βουλὴν, quod Reiskii librorum communi fide comprobatur, nescio, cur Im. Bekkerus, quem Dindorfius sequutus est, omiserit, nullam scripturae diversitatis mentionem faciens, quasi omissa illa verba ex omnibus suis libris notaverit. At optimae liber notae Σ receptam scripturam egregie tuetur, ut illum potius lapsum putem per errorem, quam ratione ductum ita scripsisse, δικάζειν δὲ τὴν ἐν Ἀρείῳ πάγῳ. Deinde accommodatior legibus est diligentia in definiendo, quam in omittendo grata negligentia. Accedit, ut usitatissimae sint scriptoribus plenae dictiones ἡ ἐν Ἀρείῳ πάγῳ βουλὴ et ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου βουλή, de quibus Bergmanni prolegomena ad Isocrat. orat. Areopagit. ap. Benselerum p. 5. et Maetzneri adnot. ad Lycurg. p. 96.

§. 23. Ἐπίσχες nota scribam interpellandi formula: alibi legimus ἔχε αὐτοῦ, κατάθες vel κατάθου, πέπαυσο in Timocratea 64. p. 721. — τοῦ ψηφίσματος Aristocratei, quod inter accusationis capita, antequam orator verba faceret, scriba recitaverat, ut recte observat Taylor, ci-

Digitized by Google

tans Aeschinis orat. in Timarch. init. *εἰδὼς δ' αὐτὸν ἔνοχον ὄντα οἷς* §. 23 *ὀλίγῳ πρότερον ἠκούσατε ἀναγιγνώσκοντος τοῦ γραμματέως.* Cf. Meier. et Schoemann. de ordine iudic. Athen. p. 706. Frank. specim. novae edit. Aeschin. p. 21. — *ὡς δ' ἄν μοι δοκεῖτε —, τοῦθ' ὑμῖν φράσω.* Quid vitii possit esse in *ὡς — τοῦτο* et cur *ᾧ* scribi debeat, quod Marklando placuit, non sane video, nec vidit Schaeferus. Imo *ὡς* usu probatum est, sequente *τοῦτο* pronomine. Antiph. de caede Herod. §. 8. p. 130. *πρῶτον μὲν οὖν, ὡς παρανομώτατα καὶ βιαιότατα εἰς τόνδε τὸν ἀγῶνα καθέστηκα, τοῦτο ὑμᾶς διδάξω, οὐ τῷ φεύγειν —.* Demosth. orat. in Timocrat. 68. p. 722. *ὡς τοίνυν οὐδ' ἐπιτήδειον νόμον ὑμῖν οὐδὲ συμφέρονθ' εἰσενήνοχε, τοῦτ' ἤδη πειράσομαι νυνὶ δεικνύναι.* et de fals. legat. 4. p. 342. *ὡς δή μοι δοκεῖτ' ἂν ὁμῶς ἐκ τούτων καὶ γνῶναι τὰ δίκαια καὶ δικάσαι νυνί, τοῦθ' ὑμῖν λέξω. εἰ σκέψαισθε ἅπαρ' ὑμῖν αὐτοῖς.* quo loco quam Bekkerus maiorem interpunctionem ante *εἰ σκέψαισθε* collocavit, ego h. l. necessariam, certe idoneam habui. Ibidem *δοκοῖτε* in nonnullis libris exstat, ut h. l. *δοκῆτε*: utrumque ortum est e male intellecta *ἄν* particula, quae ad infinitivum pertinet, ut iam Reiskius animadvertit. Idem vitium removerunt interpretes Philipp. I. 13. p. 44. de symmor. 2 p. 178. Complura id genus correxit Schaeferus melett. crit. p. 60. — *εἰ σκέψαισθε — πότερα ξένος ἢ μέτοικος ἢ πολίτης ἐστίν.* Orator, qui artem callet egregie suo quidque loco dicendi, utitur hic forma *προκατασκευῆς*, quam rhetores dicunt, ut habeat, quo innitatur demonstraturus, contrarium legibus psephisma esse. Et quaestionis suae fundamentum praeclare iacit eo, quod Charidemum non inquilinum, neque peregrinum dicit, sed civem appellat *δημοποίητον.* Hac enim definitione facta, potuit, nemine contradicente, uti ad infirmandum psephisma omnibus iis civitatis legibus, contra quas illud rogatum esset, veluti quae ad capitis causam pertinebant. In hanc rem animadverterunt Hermogenes de method. vol. III. p. 432. eiusque interpres Gregorius Corinthius vol. VII. II. p. 1304., ubi dicit: *ἐπειδὴ ἐθάῤῥει τῇ δοθείσῃ παρὰ τοῦ δήμου δωρεᾷ τῷ Χαριδήμῳ, ὡς εὐεργέτῃ, ὁ Ἀριστοκράτης, ὁ γοῦν Δημοσθένης ἐκβάλλων τοῦτο τὸ ἰσχυρὸν, συγχωρεῖ πολίτην ἀληθῶς εἶναι τὸν Χαρίδημον, καὶ οὐδὲν πρὸς τοῦτο ἀντιλέγει· τοῦτο δὲ ποιεῖ πανουργῶν, ἵνα μᾶλλον οἱ νόμοι τὸ πλεῖον ἰσχύσωσιν, ὡς πολίτου ἐξενεχομένου τοῦ Χαριδήμου. πανουργίαν οὖν καλεῖ τὴν τοῦ ῥήτορος δεινότητα· ἔλεγον δὲ οἱ νόμοι, ὡς, εἴ τις φονεὺς γένηται, ὁποίῳ γοῦν τρόπῳ, δικάζειν περὶ τούτου τὴν ἐν Ἀρείῳ πάγῳ βουλήν, καὶ μὴ εὐθὺς ἀναιρεῖσθαι· οἷς ἐναντιοῦτο τὸ τοῦ Ἀριστοκράτους ψήφισμα, ἀναιρεῖσθαι διακελευόμενον χωρὶς κρίσεως τὸν Χαρίδημον ἀποκτείναντα.* Simul inde apparere puto, quod ex aliis locis acute

Digitized by Google

§. 23 coniecerunt Hefftcrus l. c. p. 135. et Wachsmuth. l. c. II, 1. p. 277., peregrinis et inquilinis non iuris aequabilitatem cum civibus fuisse in rebus capitalibus, quam si illi habuissent, certe nulla idonea causa esset, cur orator Charidemum civem tam diligenter distinxisset ab inquilinis et peregrinis. Ac verisimilior fit ista opinio, quod infra §. 55. rursus effertur honor civitatis, quem Charidemus habeat, et commoda, quae cum eo in causis capitis coniuncta sint, commemorantur. Confirmant eam alia quoque huius orationis loca, veluti verba legis §. 37. ὥσπερ τὸν Ἀθηναῖον κτείναντα et §. 48. ἐάν τις ἀποκτείνῃ — ξένος ἢ πολίτης, ἵν' ὅτῳ ποτὲ τοὔργον ἐπράχθη, τούτῳ τὰ ἐκ τῶν νόμων ὑπῆρχε δίκαια. quae tamen l. Did. de Riemerus contorte interpretatus est p. 29 sqq., ut paria hac in re et πολιτῶν et ξένων iura fuisse contenderet. Neque iure Meierus, homo harum rerum peritissimus, reprehendit in libr. de bonis damnat. p. 23 sq. scriptorem Ἀκῶν ὀνομάτων in Bekkeri anecd. t. I. p. 194. 11., qui ait s. v. φονικόν: ἐὰν μέτοικόν τις ἀποκτείνῃ, φυγῆς μόνον κατεδικάζετο· ἐὰν μέντοι (al. μέτοικος) ἀστόν, θάνατος ἡ ζημία. Per mihi mirum non est profecto, mitiorem apud Athenienses inquilini occisi ultionem fuisse, quam civis, quamquam servi ac liberi hominis occisorem pari severitate persequi licebat: quippe qui dominis concederent servos ulcisci ut socios et participes religionum domesticarum. Omnino quia peregrini et inquilini alium atque cives sacrorum habuerunt cultum, idcirco eos etiam alio iure in rebus capitalibus iudicatos fuisse existimandum est. — δωρεάν, ἐν ᾗ πολίτης γέγονε. cuius auctoritate civis factus est. Plat. Crit. p. 121. B. ἐν νόμοις βασιλεύων i. e. secundum leges. Thucyd. I, 77. ἐν τοῖς ὁμοίοις νόμοις τὰς κρίσεις ποιεῖν. Vid. Matth. gr. p. 1140. Hunc usum praepositionis bene explicavit Wunderus in adn. ad Soph. Philoct. v. 60. Paulo aliter dictum est Leptin. 146. p. 501. τὴν χαβρίου δωρεάν, ἐν ᾗ τοῦτ' ἔνεστι. 148. p. 502. τὴν δωρεὰν παρ' ὑμῖν, ἐν ᾗ τοῦτ' ἐνῆν. — ὡς ἔοικε *ut videtur*, urbane dictum pro *certe, vere*, e more scriptorum Atticorum, qui quae ex ante dictis affirmanda erant pro certis, lenius et cum dubitatione aliqua, nonnunquam cum ironia, exprimunt. Orat. de libert. Rhod. 28. p. 198. c. Leptin. 137. p. 498., ubi non alia vi ἴσως sequitur, de coron. 63. p. 246. 172. p. 225. 227. p. 303. de Halon. 28. p. 83. ibid. 35. p. 85. Cf. Dissenii adnot. ad orat. de coron. p. 230. Godofr. Hermanni ad Viger. p. 753.

§. 24. ὡς ἁπλῶς καὶ δικαίως χρήσομαι τῷ λόγῳ. Affert Hermogenes de ideis vol. III. p. 329. hunc locum inter exempla τῆς ἐπιεικείας, qua orator liberaliter tribuere videtur Aristocrati aliquid, quod ei sit summo honori, quod tamen eo facit consilio, ut sibi ipsi pluri-

Digitized by Google

mum prosit. Vid. §. 23. τῷ γοῦν Χαριδήμῳ, inquit, δίδωσι τὸ ὡς πολίτῃ ἐξεπέζεσθαι, ἵνα μᾶλλον οὕτω παράνομον ἐξελέγξῃ τὸ ψήφισμα. τὰ γὰρ κατὰ τοὺς νόμους τοῖς πολίταις διώρισται. Hinc etiam liquet, cur orator πανουργῶν dicatur ab eodem rhetore de method. vol. III. p. 432. Deinde ne quid omittam, priore loco Hermogenes scripsit ὡς ἐκπεπῶ καὶ ἁπλῶς, quod magis ratione, quam casu factum est, altero tenuit, quod omnes libri habent, sed inverso ordine, δικαίως καὶ ἁπλῶς.[9] Quae consociatio vocabulorum satis frequens apud Demosthenem est, velut orat. de coron. 10. p. 228. θεάσασθε ὡς ἁπλᾶ καὶ δίκαια λέγω. ibid. 58. p. 244. de fals. leg. 201. et 203. p. 404. Leptin. 128. p. 494. et alibi. Triplicem inesse ἁπλῶς vocabulo vim ac potestatem docet grammaticus in scholiis ad Androtianam §. 4., e cod. Augustano ab H. Wolfio descriptis: τὸ ἁπλοῦν inquiens ὡς ἐπὶ ἀριθμοῦ πρὸς ἀντιδιαστολὴν τοῦ διπλοῦ· καὶ ἁπλοῦν τὸ ἐκτὸς κακουργίας· πρὸς τούτοις σημαίνει καὶ τὸ σύντομον. H. l. *aperte* et *ingenue* significare patet. Pro χρήσομαι quod in aliquot libris est θήσομαι, id ortum videtur eo, quod h. l. definitur, ad quem ordinem Charidemus pertineat, praesertim sequente etiam τίθεμαι. Reiskius in eo vidit reliquias vetustae cuiusdam scripturae, προσενεχθήσομαι. Hermogenes l. c. p. 432. dedit ποιήσομαι τοὺς λόγους. — τίθεμαι *ex meo iudicio pono:* de qua vi medii Passovius in lexic. s. v. — δεῖν οἴομαι. Vulgatiori ordine verborum alibi dicitur οἴομαι δεῖν, quod unius fere verbi instar esse Buttmannus dicit in Midiana §. 29. n. 3.; hic tamen δεῖν prius collocato notio necessitatis eminet. Vid. infra §. 26. οὐ δὴ δεῖν ᾤετο. §. 115. ἐγὼ δὴ δεῖν ὑμᾶς οἴομαι, in Androt. 26. p. 601. quibus a Schaefero ad Androtianam p. 599. v. 8. collectis adde orat. de fals. leg. 54. p. 358. ἀμύνεσθαι δεῖν ᾤοντο. ἐπιτάφ. λόγ. inter Demosthenica 31. p. 1399. τεθνάναι δεῖν ᾤοντο et paulo post δεῖν οὖν ἡγήσαντο ἢ ζῆν ἀξίως τῶν ὑπαρχόντων ἢ τεθνάναι καλῶς. Cf. eiusdem viri doctissimi not. ad Plutarch. vol. IV. p. 287. et 329. Praeterea οἶμαι ex optimo libro et editionibus antiquis assumsi. Nihili esse discrimen quod grammatici de formis οἴομαι et οἶμαι statuunt, pro certo habeo, non assentiente Buttmanno grammat. ampl. II. p. 195. Et maxime errare mihi videntur, qui οἴομαι, si ab eo infinitivus pendeat, ubique scribi volunt. Plurimum in hac re numeri rationem valere censeo, cuius leges apud Demosthenem si viri docti exploraverint, tum demum multis locis, utra forma praeferenda sit, non amplius dubium erit. Verum tamen est, quod Benselerus ad Isocrat. Areopagit. p. 82. alique contendunt, breviori formae locum esse in parenthesi et responsione. — τίνα οὖν ἐστὶ ταῦτα; Facit haec interrogandi forma, ut exspectatione intenti sint auditores,

Digitized by Google

§. 24 qui propter gravitatem ante dictorum perattenti iam esse deberent. Aiunt vulgo, oratorem se ipsum interrogare ad comparandam attentionem, sed variae sunt τοῦ πνεύματικοῦ, quod Tiberius de figur. c. 18. vol. VIII. p. 542., appellat, virtutes, idque h. l. simul adhibetur, ut satis aptus ad arguendum transitus fiat. Vid. Hermogen. de ideis vol. III. p. 215. s. — ἐν μὲν τῷ νόμῳ. Μὲν particulae respondet δὲ quamvis longe remotum, §. 27, ad quod animum recte advertit Reiskius. Cui unum adiiciam exemplum idoneum e Xenophontis Hierone II, 3. τὸ μὲν πλῆθος τῶν ἀνθρώπων — ἐξαπατᾶσθαι ὑπὸ τῆς τυραννίδος οὐδέν τι θαυμάζω· et §. 5. τὸ μὲν οὖν τὸ πλῆθος περὶ τούτου λελῆθέναι, ὥσπερ εἶκον, οὐ θαυμάζω· τὸ δὲ καὶ ὑμᾶς ταῦτ' ἀγνοεῖν, — τοῦτό μοι δοκεῖ θαυμαστὸν εἶναι.

§. 25. προεικὼν i. e. *prius dicere*, *praemittere*, interprete Schaefero, non ut Reiskius vult, illud esse legislatoris aliquid denuntiantis, sive iubentis, sive vetantis, cum interminatione: de qua vi Maetznerus ad Lycurg. p. 79. Προεικὼν, quamvis firmatum auctoritate Parisini libri, non duxi praeferendum esse. — πεποίηκεν ὁμῶς, οὐ πρότερον —. Hic nimis audax fuit Reiskius πεποιηκὼς pro πεποίηκεν ὁμῶς scribendo atque ita construendo: εἴρηκε τί χρὴ πάσχειν τὸν δεδρακότα, ἐπειδὴ πεποίηκε κρίσιν, προειπὼν (vel μετὰ τὸ προειπεῖν) ἐὰν ἀποκτείνῃ. Nimirum non attendit ille ad ἀσύνδετον λόγον, quo gravitas orationis valde augetur, non cohaerentia eius tollitur, dummodo pronuntiando acuas verba οὐ πρότερον. Sic saepe nudae negationes huiusmodi dicendi formam efficiunt. Olynth. I, 22. p. 15. τὰ γὰρ κοινὰ τὰ Θετταλῶν ἀπὸ τούτων διοικεῖν, οὐ Φίλιππον λαμβάνειν. Leptin. 141. p. 500. ibid. 150. p. 503. Philipp. I. 14. p. 44. κρίνατε, μὴ πρότερον προλαμβάνετε. ibid. 34. p. 44. orat. contr. Lacrit. 44. p. 939. εἰ τοὐναντίον συμβεβήκει, μὴ ὁ τούτου ἀδελφὸς ὁ τετελευτηκὼς ἐμοὶ ὤφειλε τὰ χρήματα, ut ibi pro καὶ μὴ cum Augustano I et Σ scribendum est. Vid. ad h. l. adnotata Schaeferi. Orat. de Cherson. 57. p. 108. ibid. 72. p. 107. — καλῶς sic saepe, compellatione iudicum adnexa, in fronte enunciationis rem aliquam approbantis collocatum videmus. Cf. §. 72. orat. in Mid. 9. p. 517. καλῶς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ συμφερόντως ἔχων ὁ νόμος. — ὑπὲρ εὐσεβείας ὅλης τῆς πόλεως προϐαίν. religioni tottus urbis providens. Nefas et impium habebatur, iniuria aliquem afficere, quo reverentia deorum laederetur. Tale quid si patratum esset publice, tota civitas piaculum admisisse putabatur. Antiphon orat. de choreut. 6. p. 142. φονέα τὸν μὴ αἴτιον ψηφισθῆναι ἁμαρτίαι καὶ ἀσέβεια εἰς τε τοὺς θεοὺς καὶ τοὺς νόμους. — διδασκομένους. Participium praesentis, additis infinitivis aoristi, recte positum est ut in re durante. Aoristi habent notionem actus. — εὐσεβὴς ἤδη

Digitized by Google

πολλάκιν εἰδόσιν εἶναι. εἶναι saepe seiunctum a nomine suo et in §. 25 fine enunciationis positum insertit orationi numeris claudendae. Leptin. 7. p. 459. φαῦλοι καὶ ἀνάξιοι τινες κατὰ τὸν τούτου λόγον εἰσί. ibid. 56. p. 474. 92. p. 485. 124. p. 494. orat. in Conon. 38. p. 1268. βέλτιον νομίζω προσῆκεῖν ὑμῖν εἶναι. Add. Aristocr. §. 31. Philipp. I. 4. p. 41. Philipp. III. 31. p. 119. adv. epistol. Philipp. 13. p. 155. ibid. 14. p. 156. de coron. 199. p. 295. ibid. 204. p. 296. c. Boeot. de nom. 13. p. 998. Omnino hoc verbum liberiorem obtinet collocationem: Leptin. 132. p. 497. ἀλλ' ἕτερον πρόξενόν ἐστ' εἶναι καὶ εὐτέλειαν εὑρῆσθαι. cuius ubique causas invenire operae pretium erit, praesertim quum eam librarii saepenumero corruperint. εἰδόσιν quum rem cognoverimus.

§. 26. πάντα τὰ τοιαῦτα ὀνόματα. Schaeferus: omnes huiusmodi dictiones. Vid. p. 631. 18. 22." Tria quae sequuntur κακουργήματα eadem coniunxit Antiphon or. de caede Herodis 10. p. 67. ut tria gravissima: φασὶ δὲ αὖ τό τε ἀποκτεῖναι μέγα κακούργημά εἶναι, καὶ ἐγὼ ὁμολογῶ μέγιστόν γε, καὶ τὸ ἱεροσυλεῖν καὶ τὸ προδιδόναι τὴν πόλιν. Xenophon Hellen. I, 7, 28. coniungit ἱεροσύλους et προδότας. Cf. Plat. de legg. p. 864. c. 8. init. — πρὸ μὲν τοῦ κρίσιν γενέσθαι. Ex his verbis τὴν articulum ante κρίσιν exemi, adiicientibus optimis libris. Itsi res ante commemorata est, tamen non de una et definita quadam, sed de genere etiam hic loci dicitur. Recurrit κρίσις nullo cum articulo §. 35. 36. 78. 79. 81. 91. Vid. Schoemanni adnot. ad Isaeum p. 231. At non nego, pro iure additi articuli optime agi posse. Testes sunt plurimi libri, sed mihi non tanti, quanti sunt illi in apparatu critico notati. — αἰτιῶν ὀνόματα. Ut h. l. αἰτίαις et ἐλέγχεσθαι opposita sunt, ita αἰτία et ἔλεγχος orat. in Androt. 22. p. 600. et αἰτιάσασθαι et ἐλέγξαι orat. in Eubul. 34. p. 1309. — ἀδικημάτων exspectari, praegressis αἰτιῶν ὀνόματα, dicit Schaeferus, sed talia oratores non curare. At ne tribuas liberam huius generis structuram solis oratoribus: accedit, ut parvo passu scriptores a nomine rei ad rem ipsam procedant. Ita Plato Theaet. p. 187. B. ᾧ δὴ ἀθροίσαντι ἄνθρωπόν τε τίθενται καὶ λίθον. i. e. ὄνομα ἀνθρώπου. Cf. Stallbaumii annot. ad Cratyl. p. 392. B. — παθεῖν χρὴ εἶπεν. Ad tuendam hanc scripturam Taylor iam attulit verba §. 30. ἐν δὲ τούτῳ τὸν ἀνδροφόνον προσεικὼς, ἃ χρὴ πάσχειν, εἰρηκεν. Add. §. 34. καὶ τὸν ἁλόντα ἤδη διώρισεν ὡς κολαστέον καὶ οὔ. §. 72. ἄλλ' ἕττα διείρηκεν ἃ χρὴ ποιῆσαι. Defendit Funkhaenellius, qui causam, etiam ubi non oportebat, tenere solet libri Parisini, huius scripturam: καὶ οὐχ ἅπερ, ἂν ἁλῷ, εἶναι. Verum ego non video, quidnam in ea sit boni. Etenim quam ille putat horum verborum explicationem esse: καὶ οὐκ ἐγραφὴ εἶναι, ἃ ἐστιν, ἂν ἁλῷ· ea tantum motis ex-

Digitized by Google

§. 26 tundi machinis potest. Nimirum patere dicit verba καὶ οὐκ εἶναι ad ἔγραψεν referenda, ad pronomen δ autem ex infinitivo εἶναι finitum verbum supplendum esse. Donec demonstretur ista graecitas, stabis mecum a partibus eorum, qui oratorem ore facundo loqui sinunt. Corruptela libri Parisini mihi quidem orta videtur e lacuna, quae erat in libro vetusto, e quo ille descriptus est: lacunae opinionem testantur etiam illi libri, qui παθεῖν εἶπεν dant omisso χρή. Addo rectius scribi οὐχ ἅπερ, ἂν ἁλῷ, χρὴ παθεῖν εἶπεν, certe id postulat usus, nec libri obstant παθεῖν εἶπεν coniungentes, χρὴ autem omittentes.

§. 27. ὁ — νόμον τιθεὶς. Antea §. 25. ὁ θεὶς τὸν νόμον et §. 27. rursus ὁ τὸν νόμον τιθεὶς et §. 29. ὁ τιθεὶς τὸν νόμον. et sic saepe non solum apud Demosthenem, sed alios etiam oratores et scriptores. Talia participia praesentis substantivis verbalibus paria dicuntur, in quibus sola actio vel conditio sine temporis ratione valeat. Vid. Schaeferi annot. ad h. l., ad Euripid. Orest. 740. Porson. ed. III. Bremii not. ad Lys. p. 16. Stallbaum. ad Plat. Cratyl. p. 416. B. Eiusdem sententiae Bernhardyus in synt. est p. 370. Non dicam cum Funkhaenelio ad Androt. p. 53. τὸν τιθέντα poni tantum posse, ubi lex rata et firma sit, ut legislatoris quamvis diu mortui ingenium et vis adhuc inter vivos efficax cogitetur. Lex enim durans non sinit nos fingere praesentiam conditoris. Quamquam illo interprete qui sequitur ὁ γράφων τὸ ψήφισμα recte dicitur, quam diu psephisma valet. Alia ratio eorum participiorum praesentis est, quae imperfecti notionem habent, de quibus egerunt Blumius ad Lycurgi orat. c. Leocr. p. 94 sq. et Kruegerus ad Xenoph. Anab. I, 2, 3. Nonnunquam ea usurpantur ἀορίστως: vid. Schoeman. ad Isaeum p. 279. Sic orat. in Mid. 216. p. 583. οἱ ταῦτα κρίνοντες sunt, *qui de his rebus iudicare solent*; in Timocr. 7. p. 702., ubi pro διαζόντας optimi libri δικαστὰς habent; ibid. 139. p. 744. Lysias orat. c. Nicom. 28. p. 864. ἡγούμενοι τοιούτους ἔσεσθαι τοὺς νόμους, οἷοί περ ἂν ὦσιν οἱ τιθέντες. i. e. οἱ ἀεὶ τιθέντες. Demosth. in Timocr. 143. p. 745. πολλοὺς τοὺς ἀσελγεῖς εὑρήσετε καὶ τοὺς ὑβρίζοντας ὑμᾶς *quavis occasione superbe vos tractantes*. in Mid. 76. p. 589. 170. p. 569. in Phaenipp. 15. p. 1043. orat. de fals. legat. 49. p. 356. Sophocl. Electr. 113. αἳ τοὺς ἀδίκως θνήσκοντας ὁρᾶτ'. i. e. *quoties quis iniuste moritur*. Diversa sunt ab his participia praesentis, in quibus permanens effectus rei praeteritae est, quam significationem ipsa verborum fert natura, ut ὁ ἀδικῶν der im Unrecht ist, de eo, qui iniuste fecit, οἱ ἀδικούμενοι, ὁ νικῶν, οἱ νικώμενοι, alia. Vid. Hermanni adn. ad Soph. El. 47. Heindorf. ad Platon. Protag. p. 310. D. Maetzn. ad Lycurg. p. 70. — ὁ δὲ τὸ ψήφισμα γράφων πῶς; Similis verborum conformatio orat. de syntax. 23. p. 173.

Digitized by Google

τὰς μὲν δὴ πολιτικὰς δωρεὰς οὕτως ἐκεῖνοί τε καλῶς ἔνομον καὶ ὑμεῖς §. 27
οὐκ ὀρθῶς· τὰς δὲ τῶν ξένων πῶς; de coron. 235. p. 805. τὰ μὲν τῆς πόλεως οὕτως ὑπῆρχεν ἔχοντα —· τὰ δὲ τοῦ Φιλίππου — σκέψασθε πῶς;. Quibus locis ut vox interrogandi postposita sit, oppositionis ratio effecit. Tiberius rhetor vol. VIII. p. 541. citans h. l.: Σαφήνεια δὲ, inquit, οὕτως, ὡς ἐν τῷ κατὰ Ἀριστοκράτους· „ὁ μὲν τὸν νόμον τιθεὶς οὕτως· ὁ δὲ τὸ ψήφισμα γράφων πῶς;“ — τὸ δίκην ὑπέχειν, *iudicium subire*, ut orat. in Mid. 112. p. 551. et 125. p. 555. ὑπέχειν κρίσιν; infra §. 55. est *meritam poenam luere*: οὐ δίκην ὑπέχων ἀλλὰ συγγνώμης τυγχεῖν δίκαιός εἰμι. — τὸν οὐδ' εἰ πεποίηκέ πω φανερόν. Nihil supplendum est neque γενόμενον, ut Reiskio, neque ὄντα, ut Schaefero placet. Hic tamen addit, non opus videri. Recte. Conferas orat. in Timocr. 74. p. 724. τοὺς μηδ' εἰ κρίσεως ἄξιον ἐργάσονταί τι δήλους, ut alia non addam.

§. 28. καὶ λαβοῦσιν — χρήματα πράξασθαι. Antecedentibus ὅ τι ἂν βούλωνται χρῆσθαι addita sunt explicandi causa. Ita transitum orator ad interpretationem legis proximae sibi parat. — πάντα ταῦτα. Hunc verborum ordinem cum Bekkero recepi ex optimis libris. Idem valet infra §. 72. §. 168. orat. de fals. legat. 73. p. 364. ubi nihil discrepant libri, 115. p. 376. 139. p. 384. in Spud. 12. p. 1031. Philipp. I. 8. p. 42. His locis πάντα habet gravitatem: ubi autem ταῦτα praepositum est, adsit necesse est aliquid, quod oppositum illi pondus afferat, veluti orat. de fals. legat. 282. p. 432. καίτοι κἂν εἰ ταῦτα πάνθ' ὑπῆρχεν, ἐκεῖνο δὲ μὴ προσῆν. ubi omnes libri mss. consentiunt; ibid. 124. p. 379. διὰ δὴ ταῦτα πάντα — τοῦτον αὐτοῦ κατέλιπον. hic sententia oppositionem prodit hanc οὐ διὰ τὸ ἀρρωστεῖν. Cf. de pac. 23. p. 62. Leptin. 77. p. 480. 89. p. 484. in Timocr. 38. p. 712. in Eubul. 40. p. 1311. Demosthenis sunt certi quidam libri mss., quos saepe, sive πάντα ταῦτα sive ταῦτα πάντα rectissimum est, discreparo animadverti: in iis numero libros Bekkeri Fksu et antiqua exemplaria typis exarata. Cf. Lobeckium ad Sophocl. Aiac. 1023. et quos ibi citat. — ὁ κάτωθεν νόμος *das Gesetz von unten*. Orator enim leges capitales e publicis tabulis transscribendas curaverat in exemplar, quo, si quid res ferret, uteretur. Nunc legem ex eo recitandam indicat eam, quae in inferiori parte schedae scripta erat. Schaeferus, qui optime sic explicat, addit vernacule dici *das Gesetz von Seite...*, *pro quo possis, sed diverso sensu, das Gesetz auf Seite.....* idemque enallagen, quam Lobeckius ad Phrynich. p. 128. h. l. statuere videtur, quasi κάτωθεν nonnunquam pro κάτω dictum sit, optimo iure p. 21. 5. et p. 616. 2. improbat. Illic scriptum est οἰκίας — τὰ κάτωθεν ἰσχυρότατα εἶναι δεῖ, et altero loco οἶομαι γὰρ ὑμᾶς ἅπαντας

Digitized by Google

§. 28 ὁρᾶν ὑπὸ τῶν στεφάνων ταῖς γυναιξὶ κάτωθεν γεγραμμένα. Cf. or. in Timocr. 180. p. 756. Philipp. III, 41. p. 121. τὰ δ' ἐν τοῖς ἄνωθεν χρόνοις ὅτι τἀναντία εἶχεν, ἐγὼ δηλώσω. Adde his Demosthenicis orat. de foed. c. Alexandro 19. p. 219. ἐκεῖνοι τῇ πόλει χρῶνται διὰ τοὺς ἐντεῦθεν διδασκάλους τοὺς ὑπαγορεύοντας αὐτοῖς ἃ δεῖ ποιεῖν. ubi Schaeferus ἐντεῦθεν non recte dicit suspensum e proximo τοὺς ὑπαγορεύοντας. Lycurgi orat. in Leocr. 85. p. 195. τοὺς ἔξωθεν ἀνθρώπους εὔνους ἔχοντες διετέλουν. Soph. Antig. 1070. ἔχεις δὲ τῶν κάτωθεν ἐνθάδ' αὖ θεῶν ἄμοιρον — νέκυν. Aeschyl. Suppl. 390. δεῖ τοί σε φεύγειν κατὰ νόμους τοὺς οἰκοθεν. Eurip. Heracl. 142. νόμοισι τοῖς ἐκεῖθεν ἐψηφισμένοις θανεῖν. Vid. Godof. Hermanni adnot. ad Antig. 517. Matthiaei gr. §. 596. p. 1193. Bernhardyi synt. p. 228. s. Maetzneri not. ad Lycurg. p. 157. Reiskius quoque et Seagerus κάτωθεν pro κάτω stare putant, ut sit lex proxime subiecta, lex illi modo recitatae proxima inferior, neque aliter Taylor, apud quem commenta tum veterum grammaticorum, Didymi, Harpocrationis, Suidae, Photii s. v. et Pollucis lib. VIII, 10, 128., tum recentiorum interpretum, Meursii Attic. lectt. I. 22., Petiti legg. Attic. p. 104., Salmasii de m. usur. p. 758 sq. et Heraldi animadv. p. 298. refutata videmus, ut Wachsmuthii errorem mireris, qui lib. antiquitt. Hellen. II. 1. p. 268. in illorum vestigiis haeserit. — δεδογμένους i. e. περὶ ὧν ἔδοξεν, ὅτι εἰσὶν ἀνδροφόνοι. Vid. Reiskii ind. s. h. v. Notum est usurpari δοκεῖν de decretis publicis; hinc τὸ δόξαν, τὸ δεδογμένον de populisciti. Quare scriptura nonnullorum codicum δεδειγμένους, quam Coraius in Hesr. Stephani thesauro Londin. p. 3386. praeferre videtur, a Taylore bene relecta est, qui coniunctionem verborum ἁλῶναι et δοκεῖν evicerit usu probatam. Vid. infr. §. 69 et 71 eiusque adn. ad Lys. t. I. p. 136. n. 6. Orat. in Timocrat. 137. p. 748. coniungit orator τοὺς ἁλόντας καὶ ψήφῳ κεκριμένους. Cf. Schoemanni adn. ad Isaeum p. 278.

LEX II.

Νόμος. De hac lege caute consulendi sunt Salmasius de modo usurarum c. 17. p. 760. ss., Heraldus animadversionibus in Salmas. observatt. ad ius Rom. et Att. IV, 5, 10., Petitus legibus Att. p. 610. ss. ibique Wesselingius, Matthiaeus de iudiciis Athen. 1. p. 168. s, Meierus de bonis damnatorum p. 43., Hefterus de re iudiciali Athen. p. 205. ss., Meierus et Schoemannus de ordine iudiciorum Athen. p. 235. s, Platnerus de causis et iudiciis Athen. p. I. p. 266. s. Ottfr. Muellerus in addit. ad Aeschyl. Eumen. p. 128. et qui eos sequutus est, J. Didericus de Riemerus p. 32—38. Accessit novissimus interpres Herm. Schellingius disput. de Solonis legibus apud oratores

Digitized by Google

Atticos c. XI. p. 61 — 68. Hoc ante omnia tenendum est, primam §. 28
et hanc secundam legem inter se colligatas esse ab oratore, tametsi eas in ipsa tabula legum se invicem excepisse non potest iustis de causis statui. Quemadmodum enim prima illa vetat, ne quis, si consulto et dolo malo occiderit, causa incognita puniatur, ita haec statim principio supplicium homicidis irrogat convictis et damnatis. Quare, ut hoc in transitu addam, δὲ particula veram e mente oratoris facit oppositionem, nec potest abesse, ut abest in nonnullis libris. Permittebat igitur lex huius generis homicidas ἀποκτείνειν ἐν τῇ ἡμεδαπῇ, id est in Attica, si exilio, quo veriti poenam iudicii et legis domo profugissent, reversi in patriam et ibi deprehensi essent. Enimvero magistratuum tum erat videre, ut illi luerent celerrime temeritatem capite, imo potius impietatem, quum flagitiis polluti miscendo cum civibus commaculerent ipsos. Hoc exprimitur per ἀποκτείνειν, quod valet θανάτῳ ζημιοῦν de magistratibus, ita tamen ab hoc diversum, ut sit poenam capitalem exsequi, vel constitutam prius a iudicibus vel legibus sanctam: cuius usus exempla attulit Heraldus l. c. et Schellingius p. 66. Ad modum autem significandum, quo delicti exsequutio a magistratibus effici posset, additum existimes καὶ ἀπάγειν, siquidem vel ipsi reversos deprehenderent et ad τοὺς ἕνδεκα abducerent, vel unicuique civium ad illos liceret abducere, non ignominiose tractare neque pecuniam ab iis exigere. Ipse orator dicit infra §. 32. ὁ ἀπάγων — ὡς τοὺς θεσμοθέτας τοὺς νόμους κυρίους ποιεῖ τοῦ δεδρακότος et paulo post οἱ θεσμοθέται τοὺς ἐπὶ φόνῳ φεύγοντας κύριοι θανάτῳ ζημιῶσαί εἰσι. Apagoge enim adhibita videtur imprimis in homicidas, ut, si ivissent, quo non liceret, inde quam celerrime arcerentur et meritam tum poenam sine iudicio populi sufferrent, vel si quid ad se defendendos, quod reversi essent, protulissent, denuo in iudicio sisterentur et iudicarentur. Partim apagoge cautum fuit, ne quis ipse vindictam occuparet. Acceptam Demostheni hanc oblatam legem oportuit esse, quippe iubentem ἀπάγειν τοὺς ἀνδροφόνους similiter ac scriptor psephismatis τὸν φονέα Χαρίδ. ἀγάγιμον εἶναι voluit, illo tantum discrimine, quod hic in abducendo occisore ex oratoris sententia libidinem cuivis admisit, illa contra certam actionis formam praescripsit. Quamobrem ille in lege explicanda potissimum ἀπάγειν respexit.

At simplicitatem et humanitatem legis e viris doctis, qui de ea scripserunt, plurimi non perceperunt, ne dicam omnes; certe Salmasius a vero non longe abfuit, etsi, ut omnem difficultatem removeret facillime, iubere exstinctionem verborum ἀποκτείνειν — καὶ et τοὺς δ' ἀνδροφόνους ἐξεῖναι ἐν τῇ ἡμεδαπῇ ἀπάγειν scribere ausus est.

Digitized by Google

§. 28 Tota re errant Heraldus et Wesselingius, καὶ pro ἢ positum rati, eorumque errorem Taylor ad h. l., Meierus de bonis damn. l. c., Hefterus, Platnerus, Muellerus, Riemerus mirabiliter recoxerunt. Ait Wesselingius, morte multatum non posse item abduci: Schaeferus p. 630. 10. recte quidem opinionem de καὶ prolatam reiicit, sed dum explicat: *licere tam occidere, quam abducere, optione tibi data eligendi utrum malis: nam utrumque facere per rei naturam non licet.* in partes se illorum incaute coniecit. Non enim vidit utrumque una fieri potuisse, ἀποκτείνειν καὶ ἀπάγειν: nam lex constituit singula, quae in reversos homicidas fieri liceat et quae non liceat. Quadrat ista καὶ particulae explicatio in verba orat. Timocrateae 113. p. 736. εἰ δὲ τις νύκτωρ ὁτιοῦν κλέπτοι, τοῦτον ἐξεῖναι καὶ ἀποκτεῖναι καὶ τρῶσαι βιώσοντα καὶ ἀπαγαγεῖν τοῖς ἕνδεκα., orat. contra Pantaen. 59. p. 983. οὓς ἐκπίπτειν καὶ φεύγειν, ἂν ἁλίσκωνται, καὶ (si manserit in patria) τεθνάναι προστάττουσιν οἱ νόμοι., in Mid. 43. p. 528. οἱ φονικοὶ τοὺς μὲν ἐκ προνοίας ἀποκτιννύντας θανάτῳ καὶ ἀειφυγίᾳ καὶ δημεύσει τῶν ὑπαρχόντων ζημιοῦσι., non item in hunc locum. Cuinam, quaeso, licuit homicidam in patriam reversum occidere? Cuivis, qui ei obvenerit, dicit Riemerus. Et qui unum et idem sentiunt, quibus etiam C. Fr. Hermannus in disputatione de Platonis legibus p. 50. novissimo tempore accessit, sententiam suam probare student philosophi verbis lib. IX. p. 871. D. ἐὰν δέ τις ἐπιβῇ τούτων τῆς τοῦ φονευθέντος χώρας, ὁ προστυχὼν πρῶτος τῶν οἰκείων τοῦ ἀποθανόντος ἢ καὶ τῶν πολιτῶν ἀνάτει κτεινέτω, ἢ δήσας τοῖς ἄρχουσι τῶν τὴν δίκην κρινάντων, κτεῖναι παραδότω. Haec tamen ad legem non congruere apertum est; primo ipse orator in ea interpretanda de sententia philosophi longe discedit, veluti eam infra §. 35. dicit prorsus vetare ἔχοντα αὐτὸν ἀποκτιννύναι; secundo propter legem §. 51 allatam, in qua ut liber sit actione caedis promittitur ei, qui versantem, ubi non licet, detulerit eiusque mortis auctor exstiterit; tertio, ut recte vidit Salmasius, quod lex privato, concessa occidendi potestate, magnam licentiam ad crudeliter agendum daret, quam ubique orator in oppugnando Aristocratis psephismate exagitat, eaque dissentiret a se ipsa, quum in abducendo homicida omni vi et cruciatu interdicat; quarto denique Platonis si spectes auctoritatem, nulla ea est, ubi dicta eius institutis Atticorum veteribus aperte repugnant, quod quidem ipse C. Fr. Hermannus multis argumentis ostendit. Sic pari severitate a legislatore abit philosophus eodem libro p. 871. A, quum ipsum ius dicit homicidam nondum damnatum prohibere usu locorum sacrorum, quod ille accusatoris demum interdicto fieri iubet. Ut ad pauca redeam: utrumque igitur et ἀποκτείνειν et ἀπάγειν li-

Digitized by Google

cuit, illud tamen non privato homini, sed solis magistratibus, neque §. 28
prius, quam alterum aut ab ipsis aut ab aliis factum erat. Ne tamen idcirco ἀπάγειν priore loco ponendum fuisse exspectes: fecit rem ita legislator, qui si sciremus quae in legibus antecedentibus decrevisset, non modo cur ἀποκτείνειν ante ἀπάγειν locum hic habeat, sed etiam quomodo ipsum ἀποκτείνειν intelligendum esset, plane intelligeremus. Neque errasse crediderim viros illos doctos tantopere, si legislator loco verborum ὡς ἐν τῷ ἄξονι ἀγορεύει diserte exposuisset ea ipsa, quae ita obiter tantum ut nota aliunde indicantur. Iis enim auditores ad eam legum tabulam remittuntur, in qua, quae ad actionem ἀπαγωγῆς et coniunctam cum ea consuetudinem iudicialem pertinerent, accuratius definita fuerint. Cf. Heraldus ad ius Att. et Rom. lib. IV, 5. p. 297. — Ἄξονες in Bekkeri anecdotis p. 413. dicuntur ξύλα τετράγωνα, ἀπὸ τοῦ ἐδάφους μέχρι τοῦ ὀρόφου διήκοντα, καὶ διά τινος περόνης στρεφόμενα, ἐφ' ὧν οἱ Σόλωνος νόμοι ἀνεγράφοντο· μέμνηται δὲ τῆς λέξεως Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Ἀριστοκράτους. Adiecit Schaeferus Harpocrationem s. v. Ἄξονες et Bastii commentat. palaeograph. p. 804. s. Pro ἀγορεύει Harpocration l. c. habet εἴρηται, Salmasius scribi vult ἠγόρευται, Jurinus ἀγορεύεται, commoti eo, quod infra §. 31. sequitur εἴρηται, pro quo quod in Bavarico ibi scriptum est, εἰρηκε, id vero bene tuetur h. l. ἀγορεύει. Satis trita sunt apud Demosthenem et alios ὁ νόμος λέγει, ὡς ὁ νόμος ἀγορεύει, τὰ ψηφίσματα ἀγορεύει, οἱ νόμοι οὐ διδάσκουσιν, alia, ut cum Reiskio hic ne de legislatore quidem cogitandum sit.

Vetat deinde lex λυμαίνεσθαι et ἀποινᾶν. Prius contumelias sive verborum sive factorum exprimit, inque eo sunt gradus iniuriarum, velut αἰκίζεσθαι, δεῖν, μαστιγοῦν, στρεβλοῦν, quas orator graviores eligens interpretando ipse indicat. Gravissimum erat, quod feritate et inhumanitate faciebant, ἀκρωτηριάζειν. Harpocration s. v. Ἠκρωτηριασμένοι· οἱ γὰρ λυμαινόμενοί τινας, inquit, εἰώθασι περικόπτειν αὐτῶν τὰ ἄκρα. Alterum ἀποινᾶν est pretium poscere ab homicida abducto, quo ille dato inultus dimittatur. Ἄποινα satis nota sunt ex Homeri carminibus; alibi περιὴ et ὑποφοίνια dicuntur. Suidas: Ἄποινα, λύτρα, ἃ δίδωσί τις ὑπὲρ φόνου, ἢ σώματος. οὕτω Σόλων ἐν νόμοις· ubi verba ἢ σώματος huc pertinent: ut in libertatem vindicatus sit. Etymolog. Gudianum: λέγεται δὲ ῥῆμα καὶ τὸ ἀποινῶ, — σουτ' ἔστι τὸ χρήματα εἰσπράττομαι. Non licuit neque cognatis occisi neque aliis cum homicida in gratiam redire ab eoque pecuniam exigere, si condemnatus et exul factus in patriam sua auctoritate reversus esset. Vid. Petiti legg. Att. p. 611. s. Tum enim in potestate legum erat. Qui contra faceret et deprehensum aut male tractaret,

Digitized by Google

§. 28 aut pretio manu mitteret, is debebat διπλοῦν ὀφείλειν, ὅσον ἂν καταβλάψῃ. i. e. ὀφείλειν διπλάσιον τοῦ βλάβους vel τίνειν τοῦ βλάβους τὴν διπλασίαν. Ita Plato dicit in libris de legibus. Vid. Tayloris annot. ad Lysiam t. v. p. 34. s. Reiskius scribi mavult aut ὅσον, quod posthac in Bekkeri cod. Ω inventum Schaefero perplacet, aut ἢ ὅσον. Utrumque ferri posset, libris bonis adstipulantibus; nihil tamen mutandum; verbis διπλοῦν ὀφείλειν, si placet, cogitatione addas τοσούτου, ut Isocrates orat. in Lochit. 16. p. 398. dicit: τοσούτου τιμᾶν, ὅσον ἀποτίσας ὁ φεύγων παύσεσθαι μέλλει τῆς παρούσης ἀσελγείας. Ad rem illustrandam in mentem venit afferre Demosthenis orat. in Mid. 43. p. 528. οἱ περὶ τῆς βλάβης οὗτοι νόμοι πάντες —, ἂν μὲν ἑκών τις βλάψῃ, διπλοῦν, ἂν δ' ἄκων, ἁπλοῦν τὸ βλάβος κελεύουσιν ἐκτίνειν. Cf. Meieri lib. de bonis damnatorum p. 155., eundem et Schoemannum in libr. de ordine iudic. Athen. p. 188. 476. Boekhium in libro de oecon. civit. Athen. I. p. 397. Dupli poena ut illi infligeretur, potuit eius nomen a quovis cive ad eos magistratus deferri, quorum cognitio erat. Plutarchus vit. Solonis c. 18. καὶ γὰρ πληγέντος, inquit, ἑτέρου καὶ βλαβέντος καὶ βιασθέντος ἐξῆν τῷ δυναμένῳ καὶ βουλομένῳ γράφεσθαι τὸν ἀδικοῦντα καὶ διώκειν. Cf. Demosth. orat. in Mid. 45. p. 528. Ii causas et lites, prout eae pro sua ratione et natura ad singulorum fora pertinebant, cognoscebant cognitasque ad constitutos iudices deducebant, id quod h. l. pro vulgatiore εἰςάγειν minus usitato v. εἰςφέρειν dicitur, iisque ipsi praeerant. Nota est magistratuum, inprimis novem archontum, ἡγεμονία δικαστηρίου, quam Solon, ademta iuris decernendi potestate, solam iis praeter aliqua, quae statuere suo arbitratu possent, reliquerat. Suidas v. Ἄρχων· ὕστερον δὲ Σόλωνος αὐτοῖς νομοθετήσαντος οὐδὲν ἕτερον αὐτοῖς ἐτελεῖτο ἢ μόνον ὑποκρίνειν τοὺς ἀντιδίκους. et a Taylore citatus scholiastes Demosthenis ad Midian. 3. p. 515. Aliter haec εἰςφέρειν τοὺς ἄρχοντας, ὧν ἕκαστοι δικασταί εἰσι intelligere haud sane licet: ὧν ad ipsos archontes pertinet, ut sit: *quorum singulis cognitio causarum commissa est*; nisi forte ad εἰσφέρειν intellexeris ταῦτα hoc sensu: *instituere has causas, quarum singuli cognitores sunt.* Valet de cognitoribus causarum nomen δικαστῶν; certe grammatici, Pollux, Suidas, alii, ubi de hac magistratuum functione loquuntur, usurpant δικάζειν, quod tantum est iudicare, cuius generis cuiusque conditionis quaeque causa sit, notione decernendi ut propria illo tempore populi vel iudicum remota. In hanc rem dicit orator c. Pantaenet. 33. p. 976. ἡ μὲν αἰκία καὶ τὰ τῶν βιαίων πρὸς τοὺς τετταράκοντα, αἱ δὲ τῆς ὕβρεως πρὸς τοὺς θεσμοθέτας. et accusatio de pecuniis per vim vel dolum captis

Digitized by Google

rem, ut opinor, apud thesmothetas intendebatur. Vid. Matth. l. c. p. 242. ss. Alia autem lex est maxime, quae propositae interpretationi lucem affert: in orat. adv. Macart. 71. p. 1074. scriptum est: *τὰς δὲ δίκας εἶναι περὶ τούτων πρὸς τοὺς ἄρχοντας, οὗ ἕκαστοι δικασταὶ εἰσί*, ibique singulos ut cognitores causarum significatos ostendunt quae tum, quum de officiis eorum post damnationem rei praestandis agitur, subsequuntur: *ὅτου δ' ἂν καταγνωσθῇ* (ὁ διώκων), *ἐγγραφόντων οἱ ἄρχοντες, πρὸς οὓς ἂν ᾖ ἡ δίκη, τοῖς πράκτορσι.* Dictio *δίκην vel γραφὴν εἶναι πρός τινα* in hac re satis frequens est: orat. in Timocr. 22. p. 707. in Stephan. 26. p. 1137. in Theocr. 52. p. 1338. ut alibi *γράφεσθαι, ἀπογράφεσθαι πρός τινα.* Sed ne longus sim, brevi addam commenta interpretum et virorum doctorum: H. Wolfius verba *εἰσφ. τ. ἀρχ., οὗ ἁ. δ. εἰσι* male interpretatur *πρὸς τοὺς δικαστὰς ἑκάστων ἐγκλημάτων*, Reiskius pejus *οὗ* sc. *δικῶν φονικῶν*, non cogitans, dici h. l. tantum de causa abducentis homicidam, cui ille contumelias vel damnum intulerit, Hefterus l. c. p. 206. dubitanter ita: Es ist schwer zu bestimmen: ob der letzte Satz sich auf die Strafe des in Arrest geführten Mörders beziehe, oder auf die seines Verfolgers. Vielleicht ist beydes damit gemeint, und deshalb die Kompetenz ganz vag angedeutet. Fallitur etiam Volkm. Fritschius in comment. de sortit. iudic. p. 64., vernacule sic interpretando: diejenigen Archonten, unter denen die betreffenden (jedesmaligen) Richter stehen. — Schellingius l. c. p. 68. refert ad *εἰσφέρειν — τῷ βουλομένῳ* e superioribus *ἐξεῖναι* et *εἰς* ante *τοὺς ἄρχοντας* addit. „*εἰσφέρειν* enim non solum de collegio dici, quod alteri collegio rem aliquam pertractandam committat (Thucyd. 3, 67. Xenoph. hist. gr. I, 7, 9.), sed etiam de privato homine, qui ad populum aut ad collegium de aliqua re referat (Demosth. 707.)." Porro *τῷ βουλομένῳ* dativum commodi in talibus iuris formulis non usurpari contendit idem. Vertit ita: *eum Archontum, ad cuius forum causa pertinet.* — *τῷ βουλομένῳ* non differt ab usitata dictione *τῷ βουλομένῳ οἷς ἔξεστι*, quo significatur is, qui nullo suo peccato impeditur, quominus alterum accusare possit. Affectis enim ignominia aliqua aditus ad iudicia non patebat. Demosth. in Mid. 45. p. 528. *τῆς ὕβρεως αὐτῆς τὰς μὲν γραφὰς ἅπασιν ἔδωκεν ἅπαντι τῷ βουλομένῳ, τὸ δὲ τίμημα ἐκολάσαι ὅλον δημόσιον.* Vid. ipsam legem §. 47., quae huc pertinet, et Isocrat. in Lochit. 2. p. 396. *περὶ δὲ τῆς ὕβρεως ὡς κοινοῦ τοῦ πράγματος ὄντος, ἔξεστι τῷ βουλομένῳ τῶν πολιτῶν εἰσελθεῖν εἰς ὑμᾶς. — τὴν δ' ἡλιαίαν διαγιγνώσκειν.* i. e. maximum iudicium, quod plerumque mille iudices, nonnunquam multo plures et pauciores complexum decernebat res graviores easque publicas. Vid. grammaticos, Harpocrat. s. h. v., Photium,

§. 28

§. 28 Suidam, Etym. M., lexicon rhetor., aliis; inter recentiores complura cognitione digna dabunt cupientibus Meierus et Schoemannus de ordine iudic. Hefterus libr. cit. p. 79. C. F. Hermannus antiqq. public. §. 184. 8. et inprimis Volkm. Fritschius in lib. de sortit. iudic. p. 66 ss., qui p. 77 ss. argumentis firmis ad probandam etiam eorum sustentat opinionem, qui ἡλιαίαν locum iudicii a verbo ἥλιος derivatum dicunt, in quo iudices sub dio et solibus expositi sederent; alii et novissime complures viri docti, ut Schoemannus, Goettlingius, praeter ceteros Wachsmuthius antiqq. Hellen. I, 1. p. 187. vocem ab ἁλίζεσθαι ortam esse censent.

§. 29. Ἠκούσατε usque ad ἐξελεγχθεὶς ἁλῷ citant anonymi scholia εἰς στάσεις vol. VII. p. 1. p. 427. Ibi antea animadversum est hoc: ἂν μὲν (τὸ ῥητὸν) πρὸς ἡμῶν ᾖ, μετὰ τὴν τοῦ ῥητοῦ ἀνάγνωσιν οὐκ εὐθὺς ἀφιστάμεθα, ἀλλὰ κατὰ λέξιν διερευνώμενοι καὶ ἐξετάζοντες αὐθις διερχόμεθα τὰ εἰρημένα, ὥςπερ ἐν τῷ Ἀριστοκράτους ὁ Δημοσθένης· „ἤκουσατε κ. τ. λ. Cf. Maximi Planudis scholia εἰς στάσεις vol. V. p. 306. σκέψασθε δὲ — θεωρήσατε pari modo, allocutione iudicum interposita, coniunguntur ad rem graviter significandam orat. de coron. 252. p. 311. Illud *considerare* est, hoc *tranquille contemplari*. Similia vid. orat. c. Nausim. 11. p. 987. σκοπῶν καὶ θεωρῶν. inverso ordine Olynth. II. 6. p. 19. νῦν δὲ θεωρῶν καὶ σκοπῶν εὑρίσκω. Or. c. Leptin. 163. p. 507. σκέψασθε παρ' ἄλληλα καὶ λογίσασθε πρὸς ὑμᾶς αὐτούς. de fals. legat. 4. p. 342. adv. Philipp. III. 43. p. 122. λογίζεσθε δή — καὶ θεωρεῖτε παρ' ὑμῖν αὐτοῖς. Explicate de hoc verbositatis genere dixerunt inprimis Dissenius ad orat. de coron. p. 187 sq., Kruegerus in annot. ad Philipp. I. p. 13 sq. et Lobeckius ad Aiac. p. 137. ed. II. Singula verba videndi Doederlinus in libro de synonymis p. IV. p. 315 ss. bene distinxit. — φράδῃ εὐσεβῶς. Siquidem, apagoge in homicidam reversum instituta, cavit, ne religio deorum contaminaretur, neve crudelitas in exigenda poena adhiberetur. Ita orat. in Neaer. 80. p. 1372. ἡ βουλὴ ἡ ἐν Ἀρείῳ πάγῳ, ut quae providerit impia, dicitur πολλοῦ ἀξία εἶναι τῇ πόλει περὶ εὐσέβειαν. Praecedunt ibid. §. 78. verba καὶ εἰδῆτε ὡς σεμνὰ καὶ ἅγια καὶ ἀρχαῖα τὰ νόμιμά ἐστιν. — πρῶτον μὲν δή. Δή abest in duobus libris, in aliis post τοῦτον locum habet. At μὲν δὴ h. l. bene coniuncta rem, de qua agitur, indicant tam apertam et expeditam esse, ut explicari non debeat. Hartung. de particulis graec. I. p. 263. — ὑπὸ ταύτῃ τῇ προσηγορίᾳ. *nullus subicolus est huic appellationi*, ut §. 30. ἔνοχος τῷ προσρήματι τούτῳ. Lycurg. orat. in Leocr. 2. p. 136. ἔχοντας ὑπὸ τῇ ψήφῳ τὸν προδότην. Lysias orat. ὑπὲρ τοῦ ἀδυνάτου 6. p. 168. κιν-

Digitized by Google

θυνεύσαιμ' ἂν ὑπὸ τῇ δυσχερεστάτῃ γενέσθαι τύχῃ. Vid. Bergleri adnot. ad Alciphr. p. 38. — *ἔν τε τῷ προτέρῳ νόμῳ καὶ ἐν τούτῳ.* Hic non tantum, quantum Dindorfius et Funkhaenelius, largiar optimis libris, quibuscum nonnulli deterioris notae consentiunt, ut de eorum auctoritate *ἐν* praepositionem in altero membro omittendam esse arbitrer. Nam primum omissiones huius praepositionis in istis libris non sunt rarae: deinde repetenda est ea, quia duo membra per divisionem distincta proximis verbis accuratius explicantur, ut aequalem quodque accipiat gravitatem necesse sit. Similia vides orat. de coron. 109. p. 263. *ταὐτὸ τοίνυν ἦθος ἔχων ἔν τε τοῖς κατὰ τὴν πόλιν πολιτεύμασι καὶ ἐν τοῖς Ἑλληνικοῖς φανήσομαι.* Adde Olynth. III. 25. p. 35. *ἔν τε τοῖς κοινοῖς καὶ ἐν τοῖς ἰδίοις.* Utroque loco itidem verborum antecedentium sequitur explicatio; sed ibi quoque *ἐν* nonnulli libri iniuria omiserunt. Iteratur enim praepositio in enunciationibus per particulas *τὲ — καὶ* arctissime coniunctis post *καὶ* ante alterum nomen, ubi notiones singulae seorsim suaque vi constantes animo producuntur, omittitur contra, ubi similia et tanquam cognata coniunguntur et quorum alterum fit ex altero et nascitur, ut *ἄνευ τε δόλου καὶ ἀπάτης, ἄνευ ναυμαχίας καὶ κινδύνου*; porro ubi personae et res eiusdem generis et conditionis, quae idem conficiunt aut patiuntur, vel loco et tempore confines, vel eodem tempore factae commemorantur. Sed ne ista sine ulla exceptione esse putes: maxime ubi duo nomina, quae vi sua se attingunt, diremta sunt aliis vocabulis, praepositio vulgo iteratur ante alterum; idem fieri solet in vividiore oratione. Exempla multa congesta videbis ab Elmsleio ad Euripidis Heracl. 622. Cf. Stallbaumii annot. ad Platon. Phileb. p. 156. Bornem. ad Xenoph. Memorab. 1, 4, 17. Sauppii adnot. ib. §. 2, 53. — *περὶ μὲν δὴ τῶν ἑαλωκότων ἂν λέγοι.* His breviter disputatis intelligi posse dicit, *τοὺς ἀνδροφόνους* esse convictos et damnatos, ut longiore explicatione non sit opus. At Hefterus in libro de iudiciis Athen. p. 206 sq., altera lege, in qua apagoges mentio fit, ex Aristocratea allata, contendit, hanc datam ab oratore interpretationem v. *ἀνδροφόνου* non satis certam esse. — *λέγει δὲ τί;* sic interrogat, ut pergat deinde in continuanda legis explicatione. In ea attendas nihil dici primum, quod exspectes, de vv. *ἀποκτείνειν ἐν τῇ ἡμεδάπῃ.* Potissimum id agitur, quomodo *ἀπάγειν* intelligendum sit. Inde meae supra datae horum verborum explicationi aliquantum ponderis affertur: nam si ea mens legis esset, quam viri docti illi voluerunt, ante omnia ipse orator quid sentiret de *ἀποκτείνειν ἐν τῇ ἡμεδάπῃ*, aperire debebat. §. 30

Digitized by Google

§. 31 §. 31. ἢ ὡς ἂν βούληταί τις; sic interrogat, ut neget, non posse alterum ad libidinem suam abducere homicidam. At H. Wolfius pro ὡς coniecit οἷ vel ὅποι legendum esse, non videns, ut iam Schaeferus notavit, statim sequi: ἀλλὰ πῶς; ὡς — . — πολλοῦ γε καὶ δεῖ. Fortis est negatio oratori usitata. Omnino Graeci pro suo ingenio vehementes in negando sunt. Ac negandi vis in hac locutione augetur valde additis γε καὶ particulis. Καὶ ut planum facias, sic explices: οὐ μόνον οὐκ ἔξεστι τοῦτο, ἀλλὰ καὶ πολλοῦ δεῖ. — οἱ θεσμοθέται — ὑπ' ἐκείνων ἀναχθέντα. Hoc ius morte puniendi thesmothetae non exercebant sine iudicio populari, nisi in confessos et convictos homicidas, quales sunt οἱ ἐπὶ φόνῳ φεύγοντες, qui caedis causa exulantes, nulla venia accepta, in Attica deprehendebantur reversi. Ἐπὶ φόνῳ φεύγειν de exulibus caedis causa invenitur apud Plutarch. vit. Solon. c. 19., exstat apud Andocid. orat. de mysteriis 78. p. 11. ἐπὶ φόνῳ τις ἐστι φυγή; iidem illi a scholiasta Euripidis Hippol. 35. οἱ ἐφ' αἵματι φεύγοντες dicuntur. Quare hanc dictionem h. l. nemo dicet esse, *in iudicio caedis accusari*, ut ἐφ' αἵματι φεύγειν orat. in Mid. 105. p. 548. Eos per apagogen ad thesmothetas ductos hi ipsi undecemviris ad supplicium dedebant, de qua re vid. Meieri libr. de bonis damnat. p. 43. Meieri et Schoemanni libr. de ordin. iudic. Athen. p. 82. 68. Heffter. de iud. Athen. p. 211. Wachsmuthii antiqq. Hell. II. 1. p. 305. Car. Fr. Hermanni antiqq. publ. §. 137. n. 7. Tum significandae thesmothetarum potestatis causa mentio fit rei, quae priori tempore ante oculos omnium accidit. De homine enim scelesto in concione reperto, quem vel ipsi conspexerant ibi, vel alii iis ostenderant abducendum, supplicium, actione non data, sumi iusserunt. Id indicatur verbis ὑπ ἐκείνων ἀναχθέντα, ad quae cogitatione supplendum est τοῖς ἕνδεκα, qui alias quoque non nominati, tamen intelligendi sunt. Andocid. de myster. 94. p. 45. Μέλητος δ' αὖ οὑτοσὶ ἀπήγαγεν ἐπὶ τῶν τριάκοντα Λέοντα, ὡς ὑμεῖς ἅπαντες ἴστε, καὶ ἀπέθανεν ἐκεῖνος ἄκριτος. Affert in hanc rem Meierus de bonis damn. p. 42. inter alia Lysiae orat. in Agorat. 68. p. 138. τὸν δὲ τρίτον Φαινιππίδης ἐνθένδε λωποδύτην ἀπήγαγε. ibi Reiskius ἐνθένδε, pro quo novissimi editores cum Marklando ἐνθάδε i. e. Athenis dederunt, recte de concione cepit. Cf. etiam orat. de fals. leg. 219. p. 431. Porro ne praeteream silentio, quod Taylor ex aliquot editt. accepit quodque Schaefero perplacet, ἐπ' ἐκείνους, male ille commendavit. Pro eo enim dici deberet, quod H. Wolfius proposuit, πρὸς ἐκείνους, constanti usu. Vid. Lycurgi orat. 121. p. 221. ἐψηφίσαντο, ἐάν τις αὐτῶν ἐπανιὼν ἁλίσκηται, ἀπαγαγεῖν τὸν βουλόμενον πρὸς τοὺς θεσμοθέτας. Dein minus valeret ad potestatem thesmothe-

Digitized by Google

tarum declarandam, si homo ille diceretur ad eos, qui demum causam §. 31
eius examinassent, abductus fuisse, quam si ipsi eum conspectum in concione ad supplicium illico duxissent. Ceterum quis infelix ille fuerit, non constat; neque quo tempore res facta sit, siquidem πέρυσι non solum de superiore anno, sed in universum etiam de praeterito tempore dicitur; non potest tamen diu ante accidisse, quam haec res Aristocratis acta est: orator loquitur de ea ut nota omnibus. Similiter Dinarchus orat. in Demosth. 56. p. 97. reticet nomen Areopagitae: τὸν παρ' αὐτῶν ἀποστερήσαντα τὸ ναῦλον κορθμέα ζημιώσασα (ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴ) πρὸς ὑμᾶς ἀπέφηνε. cf. infra 110: de quo oratorum more breviter at scite disputavit Ant. Westermannus in libr. de litibus etc. p. 65 ss. Denique τὸν ἐκ τῆς ἐκκλησίας — ἁρπαχθέντα dictum est nota attractione, ut orat. de coron. 218. p. 299. τὰ ἐκ τῆς Ἀττικῆς βοσκήματα καὶ ἀνδράποδα καὶ τἄλλ' ἀγαθὰ εἰς τὴν Βοιωτίαν ἤξοντα. ibid. 145. p. 276. οὔτε γὰρ ἐξήγητο τῶν ἐκ τῆς χώρας γιγνομένων οὐδέν. Thucyd. 1, 18. οἱ ἐκ τῆς ἄλλης Ἑλλάδος ὑπὸ Λακεδαιμονίων κατελύθησαν. Xenoph. Anab. 1, 2, 18. καὶ οἱ ἐκ τῆς ἀγορᾶς καταλιπόντες τὰ ὤνια ἔφευγον. orat. in Androt. 52. p. 699. τοὺς ἐκ τῆς ἀγορᾶς ἀδίκως ἀπῆγον· quae si sic distraxeris: τοὺς ἐν τῇ ἀγορᾷ ἐξ αὐτῆς ἀπῆγον, explicationem quidem eorum habebis, sed alienam a graeco ingenio, quod rectius percipias, si a notione verbi dicas obiecti vel subiecti partes aptas esse, ut eae totae illius imperio subiectae sint.

§. 32. διαφέρει δὲ τί τοῦτο, Philipp. I, 11. p. 43. τί δ' ὑμῖν διαφέρει; de Cherson. 51. p. 102. de coron. 205. p. 296. Ad constructionem eodem modo dictum est, ac si τίνα διαφορὰν διαφέρει τοῦτο diceretur. Recentiores scriptores τίνι διαφέρει usurpare solent e sententia Lobeckii ad Phrynich. p. 394. — ὡς αὐτὸν ἄγειν. Verbo ἄγειν utitur se accommodans ad dictionem psephismatis ἀγώγιμον εἶναι idque esse dicit ad libidinem ducere. Alias ἄγειν et ἀπάγειν usu et vi miscentur. — πλεῖστον διαφέρει — ἢ — plurimum praestat — quam. Taylor tamen καὶ pro ἢ scribi vult, non memor notionis comparandi, quam διαφέρειν habet, ut non solum cum genitivo construatur, sed etiam ἢ particulam adsciscat. Xenoph. Anab. III, 4, 33. πολὺ γὰρ διέφερεν ἐκ τῆς χώρας ὁρμῶντας ἁλίσκεσθαι ἢ πορευόμενοι ἐπιοῦσι τοῖς πολεμίοις μάχεσθαι. Hellen. III, 4, 14. Memor. II, 1, 17. III, 7, 7. 14. et 11, 14. Plat. Charmid. p. 164. E. Cf. Heindorf. ad Phaedon. p. 125. a. et Stallbaum. ibid. Herbst ad Xenophontis Memor. III, 7, 7. bene comparat e Latinis Plinii Hist. nat. XIX, 8. Eruca est diversae quam lactuca naturae.

Digitized by Google

§. 33 §. 33. ταῦτα δὲ ἐστὶν τί; Supra §. 24. et orat. de coron. 246. p. 308. τίν' οὖν ἐστὶ ταῦτα; dictum est, eo discrimine, ut, ubi hoc modo interrogant, res singulas cognoscere cupiant, τί autem animum referat ad vim et naturam rerum explicandam. Philipp. III, 39. p. 121. et orat. in Timocr. 200. p. 762. ταῦτα δ' ἐστὶ τί; orat. de mal. gest. legat. 217. p. 408. τί οὖν ἐστὶ ταῦτα; ut Bekkerus e libris ΣΥ scripsit pro τίνα. cf. ibid. 288. p. 434. orat. in Mid. 154. p. 564. εἰ μέντοι τί ποτ' ἐστὶν ἃ λειτουργεῖ τῇ ἀληθείᾳ δεῖ σκοπεῖν, ἐγὼ πρὸς ὑμᾶς ἐρῶ. orat. pro Phorm. 28. p. 953. τί ποτ' ἐστὶν ἃ πρὸς ταῦτ' ἐπιχειρήσει λέγειν Ἀπολλόδωρος οὑτοσί. Aeschin. orat. in Ctesiph. 165. p. 77. τί ποτ' ἦν ἃ ἔπραξας καὶ τί ποτ' ἦν ἃ ἔλεγες. ibid. 167. ταῦτα δὲ τί ἐστιν, ὦ Αἰναδος; ubi τίνα nullo pacto congrueret, ut adiecta interrogatio ostendit: ῥήματα ἢ θαύματα;. Usitatissima haec sunt in Platonis dialogis, e quibus exempla collegerunt Heindorfius ad Gorg. p. 508. B. ad Phaedon. init. et Stallbaumius ad Eutyphr. p. 101. Huic tamen minus prospere successit distinctio harum interrogationum, quam Engelhardto ad Eutyphr. p. 137. — γνώριμον οἶδ' ὅτι. Satis infelices sunt, quas non commemorem, Reiskii coniecturae. Schaeferus haec recte sic interpretatur: *quod verbum scilicet omnibus notum est.* Nempe οἶδ' ὅτι, ut εὖ, σαφ' οἶδ' ὅτι et εὖ ἴσθ' ὅτι, etiam hic affirmandi causa pro adverbio interponitur. Duo similia loca ex Amersfoordtii paratis ad p. 178. 16. coplis apponam: orat. pro Phorm. 31. p. 954. εἰ γάρ τις ἔροιτό σε ποῖόν τιν' ἡγῇ τὸν πατέρα τὸν σαυτοῦ εἶναι, χρηστὸν εὖ οἶδ' ὅτι φήσειας ἄν. et Epistola II. p. 1469. 33., quae est inter Demosthenica, τὸ γὰρ ὑμᾶς τῷ τοιούτῳ τοῦτον τὸν τρόπον κεχρῆσθαι ἐμοὶ μὲν ἂν εὖ οἶδ' ὅτι φανείη συμφορά. Praeterea conf. Werferi adn. in act. philol. Mon. 1. p. 82. — τὸ δὲ μηδ' ἀποινᾶν μὴ χρήματα πράττεσθαι. Schaeferus aut μὴ ἀποινᾶν μὴ χρ. πρ., aut μηδ' — μηδὲ scribendum putavit. Posterius Theonem in Progymnasmatis (vol. I. p. 186.) tueri. Sed quia μηδ' ἀποινᾶν e media lege sumsit orator ad explicandum, id malim intactum relinqui. Vide Leptin. p. 504, 17. ibique interpretes. — τὰ γὰρ ἄποινα χρήματα ὠνόμαζον οἱ παλαιοί in omnibus libris legebantur, donec Reiskius hunc verborum ordinem sic mutavit, ut Theo Progymn. l. c. τὰ γὰρ χρήματα ἄποινα ὠνόμαζον οἱ παλαιοί, uterque, credo, vulgaris grammaticae regulis adhaerentes. Sed non raro, ubi subiectum articulo caret, in praedicato eius est locus: quam dicendi rationem hic habemus optimis Bekkeri libris firmatam, quem tamen ipsum mirór illos non sequutum esse. Intelligas: *hoc enim vocabulo ἀποίνων, a quo ἀποινᾶν ducitur, veteres pecuniam nuncupabant.* Ita vi sua effertur nomen. Apprime Dindorfius praefat. p. X. s. Xenophontis locum

Digitized by Google

Memor. III, 14, 7. ἔλεγε δὲ καὶ ὡς τὸ εὐωχεῖσθαι ἐν τῇ Ἀθηναίων §. 33
γλώττῃ ἐσθίειν καλοῖτο attulit, ubi item Reiskius infinitivorum ordinem invertit. Adde eiusdem libri c. 1. 8. καὶ γὰρ ἐν τῷ πολέμῳ τοὺς τε πρώτους ἀρίστους δεῖ τάττειν καὶ τοὺς τελευταίους, ἐν μέσῳ δὲ τοὺς χειρίστους. Ceterum legas, quae in Doxopatri homiliis vol. II. p. 223. apud Walzium de vocabulo ἄποινα dicta sunt: ἀρχαῖα δὲ τὰ πάλαι μὲν τοῖς ἀρχαιοτέροις συνήθη, νῦν δ' ἐκλελοιπότα, ὥςπερ τὰ ἄποινα τοῖς μὲν παλαιοῖς ἐπὶ μόνων χρημάτων εἴθιστο λέγειν, τοῖς δὲ νεωτέροις ἐπὶ μόνων τῶν ὑπὲρ φόνων τοῖς ἐγκαλοῦσιν ἀπολογουμένων· τούτῳ καὶ Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Ἀριστοκράτους περὶ τοῦ Δράκοντος νόμου κέχρηται.

§. 34. De οὕτως ante consonam posito vide Schaeferi appar. crit. ad Demosth. t. 1. p. 207. Schneider. ad Plat. de rep. vol. 1. p. 288. et Stallbaum. ad Plat. Gorg. p. 522. C. — καὶ τὸν ἑαλωκότα. Optime Schaeferus: *homicidam eumque talem, qui tam convictus sit*, Taylore et Marklando καὶ, Reiskio τὸν expungi volentibus. Nam quum orator supra ad interpretandam legem accedens in definiendo eo, qui ὁ ἀνδροφόνος sit, talem τὸν ἑαλωκότα ἤδη τῇ ψήφῳ dixerit, nunc finiens interpretationem utrumque apte coniungit ita, ut alterum per καὶ explicativum adiungat. Pariter offensus in particula ista Reiskius in orat. c. Lacrit. 49. p. 940. ἐγὼ δ' εἰμὶ ἔμπορος, καὶ σὺ ἀδελφὸς καὶ κληρονόμος ἑνὸς τῶν ἐμπόρων καὶ τοῦ λαβόντος παρ' ἡμῶν τὰ ἐμπορικὰ χρήματα. scribendum esse arbitratus est τοῦ καὶ λαβόντος. De hac vi particulae vid. Schaeferi not. ad Gregor. Corinth. ind. p. 985. s. et Volk. Fritschii quaestt. Lucian. p. 9. s. — τὴν τοῦ πεπονθότος εἰκὼν πατρίδα, — εἴρηκεν. Inserviunt haec illustrandis antecedentibus: quare noli γὰρ particulam exspectare, quam post τὴν de suo Reiskius addidit, iure idcirco reprehensus a Schaefero. Ad περὶ τοῦ μηδένα ἄλ. τρ. et proxima supplendum esse κολαστέον εἶναι, apertum est. — ὁ δὲ τὸ ψήφισμα γράφων — εἴρηκεν. Nunc ostensurus, quam psephisma et lex dissimillima natura sint, statim initio forti utitur dictione πολλοῦ γε δεῖ. Eam libere mediae orationi insertam debemus alacri et vehementi graeco ingenio, quod, quae in duas enunciationes distrahenda erant, in unam cogit. Proprie enim dicendum erat: ἆρ' ὁ γράφων τὸ ψήφισμα διώρισε τοιοῦτόν τι; πολλοῦ γε δεῖ. Dici quoque poterat ὁ δὲ τὸ ψήφισμα γράφων πολλοῦ γε δεῖ διορίσαι, sed multo illud gravius est. Non aliter explicabis tentata varie a viris doctissimis verba Leptineae 20. p. 463. φανήσεται οὐδὲ πολλοῦ δεῖ τῆς γενησομένης ἄξιον αἰσχύνης. Ea, ut nunc, quod de iis sentio, breviter eloquar, sic solvas: φανήσεται γὰρ τῆς γενησομένης ἄξιον αἰσχύνης; οὐδὲ πολλοῦ δεῖ. in qua formula ne-

Digitized by Google

§. 34 gante calliditas quaedam dicendi ad ellipsin contrarii ἀλλὰ τοῦ παντὸς δεῖ invitat. Quae expeditior explicandi ratio quum Funkhaenelium in dissertatione de hac formula, quae est in supplem. Iahni annal. l. 3. p. 357 — 367., fugeret, tamen sollerter aliam viam ingreditur. Addendum est, in aliquot libris nostro loco πολλοῦ γε καὶ δεῖ scriptum esse e more grammaticorum, qui fere omnes pleniorem hanc formulam citant; at anecdota Bekkeri p. 138, 15. a Schaefero allata, ubi de voce ἐναντία cum genitivo et dativo constructa agitur, pariter atque optimi codices πολλοῦ γε δεῖ firmant, cuius exempla vide apud Heindorf. ad Platon. Gorg. p. 94. — ἀγώγιμος ἔστω, φησί, πανταχόθεν. Hanc et legum et psephismatum severitatem, ubi possunt, lubenti animo integram oratores servant. Demosth. Leptin. 156. p. 504. ἐάν τις ἀπαιτήσῃ χάριν ὑμᾶς, ἄτιμος ἔστω, φησί, καὶ ἡ οὐσία δημοσία ἔστω. Philipp. III. 42. p. 121. 44. p. 122. Aeschin. orat. in Ctesiph. 110. p. 69. εἴ τις τάδε, φησί, παραβαίνοι ἢ πόλις ἢ ἰδιώτης ἢ ἔθνος, ἐναγής, φησίν, ἔστω τοῦ Ἀπόλλωνος.

§. 35. τῶν νόμων — δίδως ἄγειν πανταχόθεν; — Attendas δεινότητα orationis. Breviter et cum vi per ἀντίθεσιν ponuntur ex ambabus legibus et psephismate, quae sunt inter se vehementer repugnantia. In huius generis ἀντικειμέναις λέξεσι, ut eas Aristoteles appellat, maxime consideranda est verborum collocatio; suo quodque loco collocatum esse debet ita, ut praecipue opposita vim suam consequantur. Ita non perinde est, quo ordine hic ultima verba collocentur. Significantior est collocatio a Bekkero e nonnullis libris petita ἄγειν πανταχόθεν, quam vulgata illa a prioribus editoribus atque a Reiskio retenta πανταχόθεν ἄγειν. Quum enim ἡμεδαπῇ in priore membro primarium sit vocabulum et primo loco, eique in posteriore ut caput sententiae oppositum πανταχόθεν, hoc proinde in illustri et conspicua collocandum erat sede, id est, in fine enunciationis. In optimis libris πανταχόθεν omissum est, quod non potuit omitti: cuius rei forsitan illa collocandi diversitas in causa fuit. At omittendum putat πανταχόθεν in comment. liter. Darmstad. ann. 1841. n. 115. p. 958. Funkhaenelius, quem tamen non inventurum credo, cui explicationem suam probet. Verba eius sunt haec: „Hoc autem (omissio) si fit, post verba ἐκ τῆς συμμαχίδος πάσης pro interrogandi signo comma ponendum duco, ut haec una sit sententia a verbis τῶν νόμων usque ad σὺ δίδως ἄγειν, et ad haec facilius possis repetere ἐκ τῆς συμμαχίδος πάσης. Itaque haec duo coniuncta sunt, οὐδὲ τοὺς ἐαλωκότας et οὐδὲ ἐν τῇ ἡμεδαπῇ, quibus novae legis suasor haec opposuit, ut iuberet ἐκ τῆς συμμαχίδος πάσης ἀγώγιμόν τινα εἶναι, et alterum vitium committeret, quod §. 36. illustratum est: .... ὃς δυοῖν

Digitized by Google

ὑποκειμένοιν ὀνομάτοιν — ἐν τῷ ψηφίσματι." Deinde de verbis οὐδὲ ἐν τῇ ἡμεδάπῃ ἄγειν mira protulit Reiskius, quae non apponam; neque Schaeferus ea recte cepit, ad ἄγειν intelligi volens ἄνευ κρίσεως. Equidem censeo, esse sua vi ἄγειν accommodatum praegresso ἀγώγιμον, ut sit *violenter ducere* vel ὡς ἂν βούληταί τις. Id apparet e proximis, in quibus crescente vi orationis e dicto ποιεῖν ἀγώγιμον omnia, quae lex vetuerit, provenire dicuntur, χρήματα πράξασθαι, ζῶντα λυμαίνεσθαι, κακοῦν, ἔχοντα αὐτὸν ἀποκτιννύναι. Animadvertenda est in his gravis cumulatio dictionum earumque continuatio, affectui animi, in quo nunc orator est, aptissima. Quocirca κακοῦν neque pro diversa scriptura neque pro scholio verbi λυμαίνεσθαι cum Reiskio habendum est. Similia coniuncta etiam alias invenies. Isocrat. Panegyr. 175. p. 77. ἡμῶν δὲ τινές εἰσιν οἱ λυμαινόμενοι καὶ κακῶς ποιοῦντες αὐτήν. Sophocl. Trach. 1069. κείνης ὁρῶν λωβητὸν εἶδος ἐν δίκῃ κακούμενον. Praeterea observes infinitivum aoristi cum praesentis infinitivis iunctum. Ii referuntur ad tempus aliquod non certis finibus descriptum, ille in re cito transeunte, hi in rebus durantibus significandis. Vid. Godofr. Hermanni not. ad Sophocl. Aiac. 1061. p. 161. — ἀποκτιννύναι. Alteram in libris editam scripturam ἀποκτεινύναι s. ἀποκτεινύγαι Bekkerus ubique in cod. Σ inveniri affirmat. At hic ἀποκτιννύναι in libro isto exaratum est. Eandem illam formam Plato de rep. VII, p. 517. A., ubi ἀποκτείνειν antecedit, et multis aliis locis usurpat. Vid. Schaef. not. ad h. l., p. 505, 18. 528, 6. 644, 28. 667, 1., interpretes ad Moer. Atticist. p. 21. ed. Iacob. et Buttmann. gramm. maior. II, 1. p. 175. — Sed ne praetereám silentio quod praecessit πάνθ' ὅσα, id rectissimum esse moneo, ne te Dindorfii, viri sane doctissimi, lapsus in fraudem inducat, qui cum paucis libris non optimae notae ἅπανθ' ὅσα scripsit. Saepe sane fluctuant libri inter utramque dicendi formam, sed utra praeferenda sit, cum bonitate librorum et ratio loci et linguae lex facile decernent. Ubi enim complexio rerum talis est, ut singulae tamen per se cogitentur necesse sit, πάνθ' ὅσα locum tenet; sin mens eas non distinguit, sed una comprehensione complectitur, ἅπανθ' ὅσα ponitur. Nulla scripturae diversitas est orat. de Cherson. 43. p. 100. πάνθ' ὅσα πραγματεύεται καὶ κατασκευάζεται νῦν, ἐπὶ τὴν ἡμετέραν πόλιν παρασκευάζεται. Philipp. III. 17. p. 115. πάνθ' ὅσα πράττει μετὰ τῆς δυνάμεως ποιοῦντα λύειν φημὶ τὴν εἰρήνην καὶ πολεμῶν ὑμῖν. ibid. 20. τοῖς οὖσιν ἐκεῖ νῦν στρατιώταις πάνθ' ὅσων ἂν δέωνται ἀποστεῖλαι. ibid. 40. p. 121. Add. Philipp. II. 8. p. 67. πάνθ' ἃ προςήκει προορώμενος. Cf. orat. c. Leptin. 88. p. 483., ubi cum optimis libris, probante Dindorfio, ita scribendum est: ποιούμεθα τοὺς λόγους πάντας, οὓς λέγο- §. 35

Digitized by Google

§. 35 μεν πρὸς ὑμᾶς. Reiskius, Frid. Aug. Wolfius, Bekkerus retinuerunt ὅσους. Omnes libri consentiunt in ἅπανθ' ὅσ' orat. de fals. legat. 218. p. 408. ἅπανθ' ὅσ' ὑπέσχονθ' ὑμῖν ἐκ τῆς εἰρήνης γέγονε. et praeter unum T Philipp. I. 50. p. 54. καὶ ἅπαντα, ὅσα πώποτε ἠλπίσαμέν τινα πράξειν ὑπὲρ ἡμῶν, καθ' ἡμῶν εὕρηται. Orat. de pace 11. p. 59., ubi variant libri, novissimi editores recte dederunt, ἅπανθ' ὅσα. item orat. de Cherson. 13. p. 43. ἅπανθ' ὅσα βούλεται διοικήσεται e duobus Bekkeri libris ΣT et Harleiano, ubi Reiskius πάνθ' habet. Orat. I. adv. Philipp. 46. p. 53. οὐ γὰρ ἔστιν, οὐκ ἔστιν ἕνα ἄνδρα δυνηθῆναί ποτε ταῦθ' ὑμῖν πρᾶξαι πάνθ' ὅσα βούλεσθε. Ruedigerus aberravit a vero, quod, unius libri Paris. auctoritate spreta, cum ceteris ἅπανθ' ὅσα tentavit scribere.

§. 36. πῶς οὖν ἄν τις. Dicunt πῶς οὖν ἂν et πῶς ἂν οὖν, illud, si conclusio maiore cum vi et vehementia praegressae sententiae adnectitur, ut h. l. Aeschin. orat. in Ctesiph. 248. p. 89. πῶς οὖν ἄν τις τὴν τοιαύτην αἰσχύνην ἐκφύγοι; Alter particularum ordo est orat. c. Macart. 59. p. 1070. 76. p. 1076. Kruegerus in adn. ad Xenoph. Anab. II. 5, 20. πῶς ἂν οὖν usitatiorem collocandi modum dicit. Utrumque probat etiam Stallbaumius in not. ad Phileb. p. 169, sed in erratis propensior est ad condemnandum immerito priorem. Deinde cum Bekkero ad auctoritatem optimorum librorum post δεινότερ' malui ἄν addi, quam particulam cum Dindorfio secundum deteriores omitti. Alterum enim membrum vi et pondere par est priori ideoque recte adsciscit ἄν, quae ad gravius enunciationis vocabulum posita accentum eius valde adiuvat. Xenoph. Hier. 1, 9. πῶς ἂν πολλοὶ μὲν ἐπεθύμουν τυραννεῖν —, πῶς δὲ πάντες ἐζήλουν ἂν τοὺς τυράννους. Vid. God. Hermanni dicta de particula ἄν lib. IV. c. 6. — ὃς δυοῖν ὑποκειμένων ὀνομάτων, ὃς ad remotius σὺ pertinet, quem relativi usum non animadvertens h. l. Reiskius adeo, ut ἢ σὺ τοῦτον τὸν τρόπον scripserit, bene indicavit ipse in loco simillimo p. 856, 25. Ac mollitur subitus a tertia persona πῶς οὖν ἄν τις ἐλεγχθείη ad secundam transitus eo, quod ἢ τοῦτον τὸν τρόπον ad sententiam nihil aliud est nisi ἤ σν. Citat h. l. Schaeferus Matthiaei not. ad Homer. hymn. p. 31. Adde Seidleri not. ad Eurip. Troad. 450. Schoemanni ad Isaeum p. 336. — δυεῖν formae in bonis libris exstanti apud Demosthenem altera δυοῖν praeferenda est. Eam Olynth. II. 5. p. 19. de coron. 173. p. 286. repositam videmus a Bekkero, orat. in Timocr. 9. p. 702. c. Boeot. de nom. 12. p. 998. 32. p. 1004. 40. p. 1007 unicam codd. probatam, sed adhuc neglectam orat. de m. gest. leg. 20. p. 347. Cf. Ruedigeri adn. ad Dem. Olynth. 1. p. 90. Tum pluralem nominis et participii non dubitavi coniungere cum duali, quamvis Bek-

Digitized by Google

kero, Buttmanno gramm. maior. I. p. 282, Elmsleio ad Eurip. Med. §. 36
798. ad Oedip. Col. 531, et Dindorfio ad Theodosii grammat. p. 212. ed. Goettlingii adversantibus. Receptam scripturam optimi suadent codices. Ac profecto, si viris illis doctis assentiremur, multa exempla contra codd. auctoritatem mutanda essent; ut infra §. 175. *τοῖς βασιλεῦσι τοῖν δυοῖν.* orat. de pac. 30. p. 63. *πλεονεκτημάτων δυοῖν.* Lycurg. in Leocr. 86. p. 196. *προσελθόντων δ' αὐτῷ δυοῖν ἀνδρῶν,* Eurip. Helen. 571, alia, quae a Lobeckio ad Sophocl. Aiac. vs. 1304. p. 471. Goettlingio ad Aristot. polit. p. 367, Theodosii gramm. l. c., a Wellauero ad Aeschyl. Pers. 706, a Poppone ad Thucyd. p. I. vol. I. p. 225. et a Blumio ad Lycurg. p. 112 allata sunt. Etiam Funkhaenelius in comment. liter. Darmstad an. 1841. n. 115. p. 960. laudat scripturam libri Parisini. — *τῶν ἐν αἰτίᾳ. ὄντων* Reiskius e codicibus aliquot addidit, deleverunt Bekkerus et Dindorfius. Ille in indic. p. 20. citavit ex Epist. II. quae inter Demosthenica est, I. 29. p. 1470. *τῇ πρὸς ἅπαντας τοὺς ἐν αἰτίαις ὀργῇ περιπέπτωκα.* 36. p. 1471. *πᾶσι τοῖς ἐν ταῖς αἰτίαις διήλλαχθε.* Ibi quoque participium v. *εἶναι* supplet, quo non opus est. — *ἐν μὲν τῇ προσηγορίᾳ.* Reiskius haec recte interpretatur: in ea parte legis tuae (psephismatis tui), qua illum appellas et definis, quem a tua lege puniri vis." — *ἔλαβες ὄνομα.* Ita recte Bekkerus et Dindorfius; Reiskius habet *ὄνομα ἔλαβες,* ut vulgo scribitur. Sed ista collocatio verborum non iusta est, obscurato illa sede eo verbo, quod propter oppositionem potissimum efferri debet. — *μέσον γάρ ἐστιν — κρίσις.* Plat. de legg. VI. p. 756. E. *ἡ μὲν αἵρεσις οὕτω γιγνομένη μέσον ἂν ἔχοι μοναρχικῆς καὶ δημοκρατικῆς πολιτείας.* Demosth. orat. c. Callicl. 10. p. 1274. *τοῦ γὰρ χωρίου τούτ' ἐμοῦ καὶ τοῦ τούτων μέσον ὁδός ἐστιν.* ut pr. man. libri Σ scripsit. Genitivos sic intelligas, ut *κρίσιν* ab *αἰτίᾳ* et *ἐλέγχῳ* aliquo intervallo seiunctam cogites.

Lex III.

§. 37. *Νόμος.* Vid. Cl. Salmasius de usur. modo p. 769 et 770. Desid. Heraldus animadv. in ius Attic. et Roman. lib. IV. c. 5. p. 300. Sam. Petiti comment. in leges Attic. VII, tit. 1. p. 612. Matthaeus de iudiciis p. 158. Hefflterus de re iudiciali Athen. p. 134 sq. Ioan. Dider. de Riemerus specim. crit. p. 38 — 40. Etiam haec lex accurate apta est antecedenti, siquidem illa homicidam intra fines patriae reversum occidi iubet, haec in peregrina terra exulanti, si foro collimitio, certaminibus et sacris Amphictyonicis abstineat, securum et tutum perfugium pollicetur. Cura homicidas arcendi a conventibus pu-

Digitized by Google

§. 37 blicis, qui extra fines patriae habebantur, ab aequitate et pietate profecta est: non posse opinabantur veteres occisorem ius habere iis locis versandi, quorum ille usu alterum ipse caedendo privarit; ei si liceat ibi versari, non propitiari manes occisi eosque adeo, ut Plato de legg. IX, 865. secundum veterem fabulam refert, occisorem suum, si ἐν τοῖς ἤθεσι τοῖς ἑαυτοῦ συνηθείας ἀναστρεφόμενον viderint, terroribus vexare et conturbare; praeterea eius praesentia, qua violentur sacra, deos irasci et homines pollui contagione sceleris: ideo illum a sede piorum, et coetu concilioque hominum abigendum esse. Primam ex his causis orator infra §. 40. ipse expromsit. Sed venio nunc ad singula legis verba.

Primis verbis ἐὰν δέ τις τὸν ἀνδροφόνον κτείνῃ caedem significari voluntariam, apertum est. Quare non recte diligentissimi investigatores antiquitatis docent, quid Ephetis officii et muneris iuxta Areopagitas compensatum fuerit. Aiunt, Ephetas iudicasse, si quis caedem fecisset imprudens vel caedis causam praebuisset, Areopagitas vero solos de caede consulto facta cognovisse. Non esse veram istam distinctionem, apparebit etiam aliunde, veluti si, quae res capitales ἐπὶ Δελφινίῳ et ἐπὶ Φρεάττοι ab Ephetis iudicatae sint, consideraverimus; illic enim inter alios causam dicebant ii, qui iure se occidisse contenderant, altero loco, si quis caedis non voluntariae reus ideoque exulans novam consulto commisisset. Errant quoque qui dicunt, Areopagitas de gravioribus rebus cognovisse, de levioribus Ephetas, quum crimina quaedam, quae ad horum fora deferrentur, non minora essent, quam quae apud illos agerentur. Verba ἢ αἴτιος ἢ φόνου indicant crimen βουλεύσεως, qua quis ex insidiis vel alia ratione, non admotis suis manibus, alterum necare studuit. Inprimis huc pertinent verba Luciani in tyrannicida t. IV. p. 318., αἰτίας θανάτου εἶναι διττάς, εἴ τις αὐτὸς ἀπέκτεινεν ἢ εἴ τις μὴ αὐτὸς μὲν ἀπέκτεινε μηδὲ τῇ χειρὶ ἔδρασε τὸ ἔργον, ἠνάγκασε δὲ καὶ παρέσχεν ἀφορμὴν τοῦ φόνου· τὰ ἴσα καὶ τρῦτον ἄξιοῖ ὁ νόμος αὐτὸν ἀντιπολάζεσθαι. et Platonis de legibus lib. IX. p. 872. A. ἐὰν δὲ αὐτόχειρ μὲν μή, βουλεύσῃ δὲ φάνατόν τις ἄλλος ἑτέρῳ καὶ τῇ βουλήσει τε καὶ ἐπιβουλεύσει ἀποκτείνας αἴτιος ὢν καὶ μὴ καθαρὸς τὴν ψυχὴν τοῦ φόνου ἐν τῇ πόλει ἐνοικῇ, γιγνέσθων καὶ τούτῳ κατὰ ταὐτὰ αἱ κρίσεις τούτων πέρι. De hoc crimine iudicasse Ephetas, diserte dicit Harpocratio s. v. ἐπὶ Παλλαδίῳ: δικαστήριον, inquiens, ἐν ᾧ δικάζουσιν ἀκουσίου φόνου καὶ βουλεύσεως, οἱ ἐφέται. Cf. Harpocratio etiam s. v. βούλευσις, Wurmii adnot. ad Dinarch. p. 25. ss. Meierus et Schoemannus de iudiciis Athen. p. 312 sqq, sed tenebras huic rei Hesterus de re iudiciali Athen. p. 140. sq. obduxit.

Digitized by Google

Verba ἀγορᾶς ἐφορίας diversimodis in dubitationem vocabantur. §. 37
Harpocratio, qui ex hac oratione ἐφορίαν satis mire interpretatus est τὴν ἐπὶ τῶν ὁρῶν γινομένην προαγόρευσιν, vocem accepit pro substantivo. Cuius annotationem iteratam videmus cum iisdem verbis a Photio s. v. Ἐφορεία. Idem grammaticus paulo ante dicit sub ἐφορεία: ἀγορὰ Ἀθήνησιν οὕτω λεγομένη. Consentiunt cum Harpocratione Heraldus, Petitus, Dorvillius ad Charit. p. 447. ed. Lips., Reiskius, Hefiterus. Hinc evenit, ut ἀγορᾶς ἐφορίας vel commate vel καὶ particula interposita seiungeretur. Id factum tum in mss. et editis libris, tum etiam in Etymologico magno p. 12, 10. Ἀγορά, ἐφορεία et in Bekkeri Λέξ. ῥητ. t. I. p. 204, ubi Ἀγορὰ καὶ ἐφορία scriptum est, quamquam duo isti grammatici, si appositam eorum ad verba congruentem explicationem spectes: ἡ σύνοδος ἡ πρὸς τοῖς κοινοῖς ὅροις γινομένη τῶν ἀστυγειτόνων, οὗ οἱ ὅμοροι ὁμοῦ συνιόντες περὶ τῶν κοινῶν ἐβουλεύοντο, seiuncta verba una notione conceperunt. Pollux in onomast. libr. IX, 8, ubi de locis extra urbem sitis agitur, inter eos commemorat etiam ἐφορίαν ἀγοράν, sed ibi quoque in ms. ἐφορία et ἀγορὰ diremta sunt. Bene scholiastes libri Bodleiani: ἴσως ἀγορᾶς ἐφορίας ἄνευ ὑποστιγμῆς, ὅτι ἐν τοῖς ὁρίοις ἀγοραὶ συνηθροίζοντο. quam in partem concesserunt Salmasius, H. Stephanus in thes., Jungermannus in adnot. ad Pollucem l. c., H. Wolfius, Taylor, Wesselingius, Bekkerus, Dindorfius, Schaeferus, O. Muellerus. Est forum collimitium, quo frequentes populorum finitimorum statis diebus esse conventus solebant: num ad solas merces permutandas, ut nonnulli statuunt, an ad agendum de rebus publicis et quid congregati omnino habuerint consilii, id incertum est, ipso oratore ambigente. Puto tamen et mercatum ibi fuisse et, quod quidem Etymol. m. dicit, actiones publicas, fortasse etiam ludos; id certe licet coniici e similibus apud alios institutis. Vid. Polyb. V, 8. Dionys. Halic. antiqq. Rom. IV, 25. Thucyd. III, 104. Manifestum autem est, non posse ἀγορᾶς per se stare, quia tum forum urbis intelligendum esset eo loco, ubi de homicida extra fines patriae vivente agitur; neque in explicatione legis ulla fit solius ἀγορᾶς mentio, et §. 40. luculentis verbis dicit orator ἐφορίαν ἀγορὰν ὅρον προσγράψας. Duplex illius distinctionis, iam antiquitus ortae, causa videtur esse, primum quod obscura grammaticis dictio ἀγορὰ ἐφορία esset et notissima εἰργεσθαι ἀγορᾶς, deinde quod ἐφορία illi non iustam adiectivi formam agnoscerent, ut iis idem, quod Reiskio, accideret, qui, quod ἐφόριος adiectivum duarum tantum terminationum esset, ἐφορία substantivum esse censuit. Verumtamen ἐφόριος feminino genere confirmat allatum e Polluce, qui sua e scriptoribus sumsit nomina, ἡ στήλη

Digitized by Google

§. 37 ἐφορία; Valesius in notis ad Harpocrationem citavit πόλεως ἐφορίας ex Aristidis encomio Romae: addo Thucydidis II, 27. ἡ δὲ Θυρεᾶτις γῆ μεθορία τῆς Ἀργείας καὶ Λακωνικῆς. Cf. Matthiael grammat. §. 116, 7. Nempe talia finxerunt Graeci, immemores propriae eorum compositionis et indolis. Denique exstat in libris mss. et apud grammaticos alia forma ἐφορείας, quemadmodum orat. de Halon. 39. p. 86. iuxta Ὀρίου Διὸς etiam Ὀρείου inventum est. Ea tamen ab ἐφορεύω nasceretur, docente H. Stephano in thes. s. ἔφορος.

Deinde homicida arcebatur a ludis publicis. Ἆθλα sunt qui prae ceteris ita nominantur, ludi illi Olympici, Isthmici, Pythici et Nemaei. Eos Isocrates initio Panegyrici γυμνικοὺς ἀγῶνας appellat. Apte conferas verba Antiphontis orat. de Saltat. VI, 4. p. 141. εἴργεσθαι πόλεως, ἱερῶν, θυσιῶν, ἀγώνων, ἅπερ μέγιστα καὶ παλαιότατα τοῖς ἀνθρώποις. Quod denique sacra Amphictyonum commemorantur, intelligenda sunt sacrificia, quae ab omnibus ibi collectis populis agebantur. Vide Aeschin. orat. adv. Ctesiph. 124. p. 71. ἐκκλησίαν γὰρ ὀνομάζουσιν, ὅταν τις μὴ μόνον τοὺς πυλαγόρους καὶ τοὺς ἱερομνήμονας συγκαλέσῃ, ἀλλὰ καὶ τοὺς συνθύοντας καὶ χρωμένους τῷ θεῷ. Cf. Tittmanni lib. de foed. Amphict. p. 66. 89. Car. Frid. Hermanni antiqq. publ. §. 14. n. 4.

E proximis ὥσπερ τὸν Ἀθηναῖον κτείναντα, ἐν τοῖς αὐτοῖς ἐνέχεσθαι videmus non idem iuris in rebus capitis peregrinis et Atheniensibus fuisse, alioquin lex hanc definitionem ὥσπερ τὸν Ἀθηναῖον κτ. non addidisset: de qua re iam supra loquutus sum. In Attico iure autem nihil intererat, utrum occidisset quis, an caedis causam praebuisset: τὸν βουλεύσαντα ἐν τῷ αὐτῷ ἐνέχεσθαι καὶ τὸν τῇ χειρὶ ἐργασάμενον, inquit Andocides orat. de mysteriis 94. p. 12. Vid. Meierus et Schoemannus de iudiciis Athen. p. 313 sq. — Articulus ante Ἀθηναῖον ad universum genus Atheniensium, ut quilibet eorum cogitetur, pertinet, quae tamen vis h. l. fugit Reiskium, τὸν cum κτείναντα coniungentem. Schaeferus iam contra dixit, citans p. 633, 11. 18. p. 650, 15. p. 693, 13. Adde Aristoph. Av. 1035. ἐὰν δ' ὁ Νεφελοκοκκυγιεὺς τὸν Ἀθηναῖον ἅδαῃ. Pro ὥσπερ Marklandus ex uno libro dedit οἷσπερ. Sed nihil ὁ αὐτὸς cum ὥσπερ iunctum offensionis habet. Demosthenes, ut alii, etiam καθάπερ post ὁ αὐτὸς usurpat, ut infra §. 41. et §. 89. Vid. Bremii adnot. in appar. crit. et exeget. Schaeferi t. I. p. 498. Bernhardyi synt. p. 97. Praeterea si iusta Marklandi scriptura esset, vel ἐν οἷσπερ, ut Reiskius recte vidit, vel, ut Schaeferus monet, hoc verborum ordine ἐν τοῖς αὐτοῖς οἷσπερ — scribendum erat. Ipse Marklandus in adnot. ad Lysiam p. 37. structurae v. ἐνέχεσθαι haec affert exempla: Andocid. orat. de mysteriis 79.

Digitized by Google

p. 11. ἔνοχον εἶναι ἐν τοῖς αὐτοῖς, ἐν οἷσπερ οἱ ἐξ Ἀρείου παγου φεύγοντες. ibid. 44. p. 7. οὓς ἔδει τοῖς αὐτοῖς ἐνέχεσθαι ἐν οἷσπερ οὓς ἠγγνήσαντο. Dinarchus orat. adv. Demosth. 44. p. 34. εἰ δὲ μή, τοῖς αὐτοῖς ἔνοχον εἶναι κελεύουσιν οἷσπερ ἄν τις τῶν φευγόντων ἐξ Ἀρείου πάγου κατίοι. — διαγιγνώσκειν δὲ τοὺς ἐφέτας. Nonnulla de Ephetis iam dicta sunt supra p. 198.; alia de iis infra §. 71. exposui. §. 37

Τοῦτονὶ δεῖ μαθεῖν — τὸν νόμον, τί ποτ' ἐβούλεθ' ὁ θείς. Accusativus τουτονὶ τὸν νόμον non e participio ὁ θείς, quod quidem Schaeferus, sublata post νόμον interpunctione, praecepit, pendet, sed e μαθεῖν et τί ποτ' ἐβούλεθ' ὁ θείς pro altero obiecto habendum est. Non tenuit vir doctissimus h. l. notum dicendi genus, quod per omnem patet Graecorum sermonem, deceptus, opinor, eo, quod ὁ θείς obiecto caret. Cognovisse legem caput rei est, quatenus cognitio refertur ad id, quod legislator in ea condenda animo intendit. Itaque oratio sic continuari poterat: ὄψεσθε γὰρ ἐὰν μάθητε τὸν νοῦν τοῦ νόμου. Similis est locus apud Aristophan. nub. 1188. οὐ γὰρ, οἶμαι, τὸν νόμον ἴσασιν ὀρθῶς, ὅ, τι νοεῖ; Demosth. orat. de fals. legat. 331. p. 447. τὸν γὰρ Ἡγήσιππον ὁρᾶτε καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ πρέσβεις ὅπως ἐδέξατο. Orat. II. adv. Aphob. 8. p. 838. δείξατε γὰρ ταύτην τὴν οὐσίαν, τίς ἦν καὶ ποῦ παρέδοτέ μοι καὶ τίνι ἐναντίον, Recte conferis hanc loquutionem cum altera, ad cogitationem non dissimili: Ἕτερος δ' Ἱονῆς βαλ' αὐχένα, τί δέ σε φρένας ἔκετο πένθος. Pariter in his primum totum sub sensus cadit, deinde pars eius, quae praecipue affecta est. Praeterea ad ὁ θείς intelligas αὐτόν, ut αὐτοὺς orat. Olynth. III, 13. p. 32. οὐ γάρ ἐστι δίκαιον, τὴν μὲν χάριν, ἣ πᾶσαν ἔβλαψε τὴν πόλιν, τοῖς τότε θεῖσιν ὑπάρχειν. — εὐλαβῶς spectat eo, quod hac lege vitae homicidarum in exilio viventium consulitur, νομίμως autem ad instituta, quae ad excludendum homicidam a societate eorum, quibus occisus privatus est, facta sunt.

§. 38. οὐχ ὅσιον. Quia humanitatis esset, lenitate misericordiaque infelicium commoveri. Pro ἀπανταχοῦ legitur in August. I. et libris cum eo saepe consentientibus πανταχοῦ. Sed illum librum Reiskius ait ad p. 252. 7. paene ubique locorum, ubi ἅπας vulgetur, simplicius πᾶς dare. Praeterea etiam sententia h. l. postulat ἀπανταχοῦ i. e. cunctis locis, non solum in patria occisi, sed etiam in aliis terris. Eadem ratione §. 39. ἅπασι intelligendum est. Verba ὅτι καὶ τοὺς δεῦρο πεφευγότας usque ad μετοικεῖν citantur in anonymi scholiis εἰς στάσεις apud Walzium vol. VII. p. I. p. 600., ubi rhetor docet, τὸ δίκαιον spectandum esse e consequutione rerum. Τὸ δὲ ἀποβεβηκὸς ἀκριβῶς παρατηρητέον· εἰ μὲν γὰρ κατὰ τὸ ὠφελοῦν ἢ βλάπτον λαμβάνοιτο, τοῦτο συμφέροντος γίνεται· εἰ δὲ κατὰ τὸ δίκαιον ἢ ἄδικον,

Digitized by Google

§. 38 τοῦ δικαίου ἔσται κεφάλαιον, ὡς ἔχομεν παρὰ Δημοσθένει ἐν τῷ κατὰ Ἀριστοκράτους· αὐτὸ γὰρ τὸ ἀποβησόμενον κατὰ τὸ ἄδικον ἔλαβεν, ἐπὶ τὸ καθολικὸν ἀνενεγκὼν τὸν λόγον· οὕτως οὖν ἐπ' αὐτῆς ἔφη τῆς λέξεως, „ὅτι καὶ τοὺς δεῦρο πεφευγότας, ἐὰν τοὺς ἐτέρωθι ἀποκτινυύωμεν, ἀποκτενοῦσιν ἕτεροι, εἰ δὲ τοῦτο ἔσται, ἡ μόνη λοιπὴ τοῖς ἀτυχοῦσιν ἅπασιν σωτηρία διαφθαρήσεται· ἔστι δὲ αὕτη τίς; τοὺς ἐκ τῆς τῶν πεπονθότων μεταστάντας εἰς τὴν τῶν μηδὲν ἠδικημένων ἀδεῶς μετοικεῖν.“ ἐκ τούτων δηλαδὴ τῶν εἰρημένων ἐργασόμεθα τὸ δίκαιον. Ad idem probandum alter rhetor, Maximus Planudes in schollis εἰς στάσεις vol. V. p. 349. eximit e nostro loco verba εἰ δὲ ταῦτα ἔσται, ἡ μόνη λοιπὴ τοῖς ἀτυχοῦσιν ἅπασι σωτηρία διαφθαρήσεται. — Τοὺς δεῦρο πεφευγότας — ἀποκτενοῦσιν ἕτεροι. Ab heroica aetate mos homicidis perfugium praebendi permansit in civitatibus graecis; at prioribus temporibus, ut ex Homeri Odyssea XV, 272 — 278. apparet, illud a vexationibus cognatorum occisi non tutum erat. Postea autem excultior hominum vita severitatem antiquitatis mitigavit lenioribus institutis et legibus easque valuisse ubique tempore oratoris haec eius verba ostendunt. Ad τοὺς ἐτέρωσε repetendum esse πεφευγότας recte monuit Reiskius. Deinde quemadmodum h. l. diversae formae eiusdem verbi coniunctae sunt, ita videmus idem in Platonis libr. VII de republ. p. 517. A. factum: εἴ πως ἐν ταῖς χερσὶ δύναιντο λαβεῖν καὶ ἀποκτείνειν, ἀποκτιννύναι ἄν; quae verba Demosthenicis firmantur. Soni enim ratio vim habuit in variandis his formis. Paulo tamen a se remotiora vides ὀμνύοντες et ὄμνυσι Xenoph. Conviv. IV, 10 et 11, et ὀμνύω et ἐπόμνυσι Anab. VII, 6, 18. 19. De ἀποκτιννύειν et similibus formis disputant Schaeferus appar. crit. Demosth. III. p. 419., Buttmannus gramm. ampl. I. p. 525. et Sauppius in adnot. ad Xenoph. Memor. I, 6, 3. et qui ibi citantur interpretes.

§. 39. ἡ μόνη λοιπὴ — σωτηρία. *salus quae sola reliqua est.* Languet scriptura aliquot librorum μόνη καὶ λοιπὴ. Cf. Lysiae orat. adv. Eandri petition. sacerdotii 6. p. 175. ἡ γὰρ αὔριον ἡμέρα μόνη λοιπὴ τοῦ ἐνιαυτοῦ ἐστίν. Soph. Antig. 941. λεύσσετε — τὴν βασιλῇίδα μούνην λοιπήν. Receptam et iam probatam ab editoribus confirmant etiam duo illi §. 38. citati rhetores. — τοῖς ἀτυχοῦσιν. Solent Graeci pro sua humanitate mitius vocabulum ad iniuste facta significanda pro duriore adhibere. Ita apud poetas malefici dicuntur δύστηνοι et τλήμονες. Nam opinio erat, esse eos fatali necessitate caecos et praecipites actos in maleficiis committendis. Sic Clytaemnestra apud Aeschylum Choephor. 897. ed. Well. de morte patris se excusat coram Oreste his verbis: ἡ Μοῖρα τούτων, ὦ τέκνον, παραιτία. Varia scriptorum de hac re dicta Heynius in adnot. ad Il. IX, 116. et Wexius

Digitized by Google

ad Soph. Antig. 620. et in sylloge p. 175. collegerunt. Cf. Maetzneri §. 39
adnot. ad Lycurg. p. 235. — μεταστάντας. Singularem participii μεταστάντα, quem auctoritates ceterorum principum librorum commendant, tuerer, si esset in libro Σ. Valet ille, ubi universe loquuntur: de qua re bene disputavit Schaeferus ad p. 457. 10. Neque, quod quidem Reiskius putat, obstat ei praecedens pluralis τοῖς ἀτυχοῦσιν, quia pluralem saepe sequitur singularis, ut §. 29., ubi ipsa legis verba in plurali antea posita, deinde ubi explicantur, eadem in singulari numero exhibentur; imo dici potest, ut sibi constaret oratio, id ipsum movisse librarios, ut subiungerent pluralem μεταστάντας; neque ut idem ille homo doctus censet, ad μεταστάντα supplendum est τινὰ, quod ipso participio continetur. Nihilominus tamen praetuli μεταστάντας, quod suppeditat liber Parisiensis et spero me hoc loco ita difficilem et morosum fuisse, ut saltem huius libri tutoribus satisfecerim. Addo in anonymi scholiis l. c. scriptum esse τοὺς ἐκ τῆς τῶν πεπονθότων μεταστάντας, quamquam scio, quam parum ponderis ista commendatio apud multos habitura sit. Ceterum de μεταστῆναι vid. ind. Reiskii. Lysias orat. adv. Pancleon. 15. p. 168. μεταστὰς ἐντεῦθεν Θήβῃσι μετῴκει· — τῶν μηδὲν ἠδικημένων. Nemo οὐδὲν exspectabit: nam universum genus eorum, qui nulla iniuria affecti sunt, significatur, non certi quidem homines. — τῶν ἀδικημάτων αἱ τιμωρίαι. Sic verissime nonnulli libri manu scripti, etiam optimus Parisiensis, commendante Schaefero. Prius praeter Reiskium unus offensus erat in ἀτυχημάτων plurimorum librorum Dindorfius, qui rectissimo iudicio etiam inscius de scriptura illius libri recipiendum curaverat ἀδικημάτων. Opponi quidem potest, spretam illam scripturam ab omni consequentia loci commendari, siquidem orator hic, ubi de institutis loquatur, quibus legislator casum homicidarum misertus fuerit, ne infinitas accepturi sint poenas, peropportune usus sit ἀτυχημάτων, ut facta non iniuste, sed infeliciter perpetrata intelligantur. Nam misericordiae plenum se ostendentem in eo laborare, ut diritatem psephismatis demonstret. Idcirco etiam ἀτυχεῖν et antea et rursus §. 42. adhibuisse neque alio sensu infra §. 70 dixisse eundem: οἱ ταῦτ' ἐξ ἀρχῆς τὰ νόμιμα διαθέντες, οἵτινές ποτ' ἦσαν, εἴθ' ἥρωες εἴτε θεοί, οὐκ ἐπέθεντο τοῖς ἀτυχήμασιν, ἀλλ' ἀνθρωπίνως ἐπεκούφισαν, εἰς ὅσον εἶχε καλῶς, τὰς συμφοράς. Forsitan ita dicent docti homines ad defendendum ἀτυχημάτων, veluti Funkhaenelius, qui in Androtiana p. 103. ad probandum euphemismum τῶν ἀτυχημάτων pro τοῖς ἀτυχήμασι usurpatum hunc nostrum locum attulit. Neque negandum est, ἀτυχεῖν antea et duobus illis locis optime convenire consilio oratoris. Sed quis unquam dixerit scriptor,

Digitized by Google

§. 39 id quod iam Schaeferus indicare videtur, τῶν ἀτυχημάτων αἱ τιμωρίαι? Ubique usurpant, ubi de poenis loquuntur, ἀδικήματα, ἁμαρτήματα, nunquam ἀτυχήματα. Demosth. orat. in Timocr. 116. p. 737. τὰς τιμωρίας ὁποίας τινὰς ἐφ' ἑκάστοις δεῖ τοῖς ἀδικήμασιν εἶναι περὶ τούτων νομοθετεῖν. de coron. 280. p. 319. in Mid. 12. p. 513. in Androt. 25. p. 601. Thucyd. III, 45. εἰκός, τοπάλαι τῶν μεγίστων ἀδικημάτων μαλακωτέρας κεῖσθαι αὐτὰς (τὰς ζημίας). Plat. Protagor. p. 324. B. Lycurg. in Leocrat. 8. p. 148. ὡρίσθαι τιμωρίαν ἀξίαν τῶν ἁμαρτημάτων. ibid. 126. p. 165. Dinarch. in Philocl. 8. p. 95. Dicunt porro τῶν ἀδικούντων τιμωρία, τιμωρεῖσθαι, κολάζειν τοὺς ἀδικοῦντας, nunquam τοὺς ἀτυχοῦντας. Idque suo iure: nam τὰ ἀδικήματα postulant vindictam legibus debitam, τὰ ἀτυχήματα autem miserationem et veniam, ut ad ea non pertinuerit τῆς τιμωρίας notio. Neque dicas oratorem leniore uti voluisse vocabulo pro duriore, ut non obstarent in hac coniunctione verborum αἱ τιμωρίαι. Etenim num id licebat ei hoc loco, ubi proprie facinora malo dolo commissa intelligenda sunt? Agitur de homicida, qui sciens iniuste egit, ne de involuntaria quidem caede. Ipse Demosthenes orat. de coron. 274. p. 317. rem decernit, et si nostro loco τῶν ἀτυχημάτων genuina esset scriptura, sibi ipse ille repugnaret. Dicit ibi: ἀδικεῖ τις ἑκών; ὀργὴ καὶ τιμωρία κατὰ τούτου· ἐξήμαρτέ τις ἄκων; συγγνώμη ἀντὶ τῆς τιμωρίας τούτῳ. οὔτ' ἀδικῶν τις οὔτ' ἐξαμαρτάνων, εἰς τὰ πᾶσι δοκοῦντα συμφέρειν ἑαυτὸν δοὺς οὐ κατώρθωσε μεθ' ἁπάντων; οὐκ ὀνειδίζειν οὐδὲ λοιδορεῖσθαι τῷ τοιούτῳ δίκαιον, ἀλλὰ συνάχθεσθαι. κ. τ. λ. Multo minus congruenter hercle τῶν ἀτυχημάτων diceretur praeceptis Aristotelis rhetor. lib. I. c. 13., ubi haec: ἐφ' οἷς τε γὰρ δεῖ συγγνώμην ἔχειν, ἐπιεικῆ ταῦτα, καὶ τὸ τὰ ἁμαρτήματα καὶ τὰ ἀδικήματα μὴ τοῦ ἴσου ἀξιοῦν, μηδὲ τὰ ἁμαρτήματα καὶ τὰ ἀτυχήματα· ἔστι δ' ἀτυχήματα μὲν ὅσα παράλογα καὶ μὴ ἀπὸ μοχθηρίας, ἁμαρτήματα δὲ ὅσα μὴ παράλογα καὶ μὴ ἀπὸ πονηρίας, ἀδικήματα δὲ ὅσα μήτε παράλογα ἀπὸ πονηρίας τ' ἐστίν· τὰ γὰρ δι' ἐπιθυμίαν ἀπὸ πονηρίας. Conferas etiam Themistium, qui adolescentem imperatorem Valentem ita docet: τί διενήνοχεν ἀτύχημα καὶ ἁμάρτημα καὶ ἀδίκημα· καὶ ὅτι προσήκει τὸν βασιλέα, τὸ μὲν οἰκτείρειν, τὸ δὲ ἐπανορθοῦν, μόνον δὲ τὸ ἔσχατον τιμωρεῖσθαι. Praeterea inepte oratorem loqui faciunt, qui retinent τῶν ἀτυχημάτων, propter ἀπέραντοι. Nam quum τῶν ἀτυχημάτων venia propria esset et nulla poena, quomodo dici poterat, noluisse legislatorem infinitas iis imponere poenas? Apparet autem, quemadmodum ex ἀδικημάτων in libris potuerit fieri ἀτυχημάτων, scilicet propter praegressum ἀτυχοῦσιν. Saepe etiam seni similitudo utriusque vocabuli librarios fefellit, ut alterum cum

Digitized by Google

altero permutarent, veluti orat. de coron. 286. p. 321., fefellit ea §. 39
etiam interpretes, ut C. Ern. Aug. Schmidtium, qui orat. Dinarchi in Philocl. 7. p. 94. pro *ἀδικίαν* proponeret *ἀτυχίαν*, et Funkhaenelium, qui in Androtiana 55. p. 610. pro *τὰ μέγιστα τύχωσιν ἀδικοῦντες* e codd. Ital. ΣΤΩς daret *τὰ μέγιστ' ἀτυχῶσι*, sed adiuvit Reiskium apud Lysiam orat. *ὑπὲρ τοῦ στρατιώτου* 22. p. 116., adversantibus omnibus libris, qui *ἀδικήμασι* habent, *ἀτυχήμασι* postulante sententia recte emendantem. Ea denique accepta fuit iis, qui similibus verbis ingenii lusus amarent. Sic Diogenes apophthegm. 19. apud Orell. t. II. p. 62. ad quendam iuvenem supra modum sese comentem dixit: *εἰ μὲν πρὸς ἄνδρας, ἀτυχεῖς, εἰ δὲ πρὸς γυναῖκας, ἀδικεῖς*, et quem locum Dan. Wyttenbachius ad Plutarchi libr. de ser. num. vind. p. 7. ex eiusdem scriptoris discrim. Amor. et Adul. p. 64. C. affert: *καὶ συνατυχεῖν νὴ Δία, μὴ συναδικεῖν. — ἔγραψεν — φησίν.* Usitatum est, praegresso verbo dicendi vel scribendi, *φησὶ, φασὶ, ἔφη* cursui orationis rectae interponi. Demosth. Philipp. III, 44. p. 122. *ἐν τοῖς φονικοῖς γέγραπται νόμοις —, καὶ ἄτιμος, φησί, τεθνάτω.* Aeschin. orat. in Ctesiph. 110. p. 69. *γέγραπται γὰρ οὕτως ἐν τῇ ἀρᾷ „εἴ τις τάδε" φησὶ „παραβαίνοι ἢ πόλις ἢ ἰδιώτης ἢ ἔθνος, ἐναγὴς" φησιν „ἔστω τοῦ Ἀπόλλωνος* — ibid. 121. p. 70. 127. p. 71. *καὶ πάλιν ἐν τῷ αὐτῷ ψηφίσματι — πικρότερον σύγγραμμα γράφει, „τὸν ἱερομνήμονα" φησὶ „τῶν Ἀθηναίων καὶ τοὺς πυλαγόρους — μὴ μετέχειν.* Apud Latinos eadem dicendi ratio valet. Vid. Hand. adnot. ad Stat. Sylv. I, p. 228. Fr. A. Wolf. ad Sueton. vit. Caes. 82. Brem. ad Cornel. Nep. vit. Hannib. 2. — *τί τοῦτο λέγων*; sc. *ἔγραψεν, quid his verbis significans?* Euripides Hecub. 188. *τί τόδ' ἀγγέλλεις*; ubi scholiastes: *τουτέστι, τί ἐστι τόδε, ὃ ἀγγέλλεις*;. Saepe in sermone familiari dicitur: *οὐδὲν τοῦτο φῄς* i. e. *οὐδέν ἐστι τοῦτο, ὃ φῄς.* Reiskius indice graecit. p. 869. haec verba triplici modo interpretatus est, ellipsium studiosissimus, adeoque Salmasius de usur. mod. p. 770. ea sic mutavit: *τί τοῦτο; λέγει, τῶν ὁρίων τῆς χώρας.* Meliora dabunt Matthiaeus gr. §. 472, 4. p. 882 et Bernhardyus synt. p. 125 sq. — *ὡς γέ μοι δοκεῖ. quae quidem sententia mea est.* Moi scribens obsequutus sum auctoritati optimi libri, quem Bekkerus non respexit immerentem. Accommodatum enim est encliticum privato homini, quem, ubi institutum aliquod antiquitatis explicet, nihil ponderis suae sententiae tribuere exspectes. Is si diceret *ὡς γ' ἐμοὶ δοκεῖ*, se aliis opponeret non apte: *quae quidem mea sententia est.* Rectissime Bekkerus hanc formulam e libro Σ orat. Philipp. III, 29. p. 118. ascivit., adde orat. de coron. 226. p. 303, ubi vide Schaeferi adnot. Cf. etiam V. Fritschii quaestt. Lucian. p. 27. — *τἀρχαῖα.* Magis

Digitized by Google

§. 39 in usu est τὸ ἀρχαῖον, τὸ παλαιόν, ut Herod. VII, 59. 129. Xenoph. Cyrop. VIII, 8, 7. Anab. I, 1, 6. III, 4, 7. et omisso articulo Aeschyl. Suppl. 920. Cum illo contuleris τὰ τελευταῖα, ταυτὸν et alia eius generis. Vid. Fischeri adnot. ad Welleri gr. III, 1, p. 217 sq. Est autem inter utrumque numerum aliquid discriminis; singularis significat *antiquitus*, *olim*, sed in plurali numero complurium antiquitatis temporum indicium inest. — τῶν ἀστυγειτόνων. *e finitimis urbibus*, vel *e populis in vicinia habitantibus*. Orat. in Neaer. 107. p. 1381. Plataeenses Atheniensium vicini dicuntur ἀστυγείτονες, apud Diodor. Sicul. XIV, 115. ἀστυγείτονες πόλεις sunt urbes Romae vicinae. Sed plerumque potestas prioris partis huius adiectivi compositi obliterata est. Affert Schaeferus in H. Stephani thesauro Parisiis edito Euripid. Hippol. 1156, ubi Athenae et Troezene ἀστυγείτονες πόλεις appellantur; apud Diodor. Sicul. XII, 19. urbes Charondae et Zaleuci sic dictae sunt; adde Aeschin. orat. in Ctesiph. 133. p. 72. Θῆβαι δὲ, Θῆβαι, πόλις ἀστυγείτων — ἀνήρπασται.

§. 40. καὶ πάλιν ἱερῶν Ἀμφικτυονικῶν. Non observat interpres praescriptum in lege verborum ordinem, sed eum sequitur, qui, si proximam expositionem spectamus, ipsius sententiarum seriei commodior est. Enimvero nemo oratores nimia disputandi diligentia adstringi velit. — ὅσων — ὁσίων καὶ ἱερῶν. His verbis exponitur, homicidam omnia amittere, quorum occisus particeps fuerit. Ὁσίων καὶ ἱερῶν amplectuntur universum ius civitatis. Orat. in Neaer. 104. p. 1380. καὶ μετεῖναι αὐτοῖς ὥνπερ Ἀθηναίοις μέτεστι πάντων, καὶ ἱερῶν καὶ ὁσίων. Ἱερὰ enim res sacrae sunt, quae ad deos pertinent, ὅσια autem res publici et profani usus, quae sub tutela deorum sunt, ideoque sanctae. Vid. H. Stephan. thesaur. Londin. p. 7032. Valken. ad Ammon. p. 184. interpretes ad Hesych. t. II, c. 794. Dorvill. ad Charit. p. 267. ed. Lips. Frid. Aug. Wolf. ad Leptin. p. 505. 15. Schoemann. de comitiis Athen. p. 298. Doederlin. doctrin. synon. III. p. 198. Maetzn. ad Lycurgi orat. in Leocr. p. 213. — εἴρεσθαί φησιν. Etsi ἧς ante εἴρεσθαι adesse puto in ceteris omnibus libris, quoniam de eo neque a prioribus editoribus neque a Reiskio neque a Bekkero quidquam ejus adnotatum est, (ego quidem non is sum, qui eorum fidem imminuam) tamen non periculose mihi visus sum facere, si deleverim. Est enim ab uno Σ omissum et a Reiskio certe addubitatum. Atqui unus Σ non raro superat alios simul omnes, ubi aliquid singulare adfert. Hic quidem Demosthenicae simplicitati optime, meo iudicio, consulitur omisso ἧς. Ita enim verba εἴρεσθαί φησιν repetunt antegressum εἴρει, idque apte, ubi orator inceptam legis interpretationem amplificat. — ἐν Ἀμφικτύοσιν. In quatuor Bek-

Digitized by Google

keri codicibus Ἀμφικτυόσι scriptum est et iidem fere libri eodem accentu notatam vocem habent orat. de m. gest. legat. 20. p. 347. 181. p. 398. de coron. 147. p. 276. Schaeferus citavit Sylburgi indic. Etymol. m. s. v., qui Harpocrationem Ἀμφικτυόνες, Suidam et Pausaniam utroque modo scribere dicit. Est haud dubie illa accentus diversitas mera grammaticorum distinctio, qui concilium Amphictyonum non aliter quam περιοίκους designari voluerint. Vid. H. Stephani thesaur. Londin. p. 1975. — εἴπερ ἦν Ἕλλην ὁ παθών. *si occisus revera Graecus erat,* non barbarus, cui nulla pars erat conventus Amphictyonum. Quare Schaeferus recte monet, εἴπερ non dictum esse pro ἐπείπερ, ut Ulpianus ad verba orat. de m. gest. legat. 244. p. 417. εἴπερ ἐστ' ἀληθὴς ἡ φήμη contendit. Οὐ διστάζων, inquit, εἶπεν, ἀλλ' ἔστιν· ἀντὶ τοῦ ἐπείπερ, ὡς καὶ ἐν τῷ κατὰ Ἀριστοκράτους, εἴπερ ἦν Ἕλλην ὁ παθών. — ἀπεχέσθω· sc. ὁ δεδρακὼς sive ἀνδροφόνος. §. 40

§. 41. ἄλλοθί πον. Definiunt accuratius et efferunt praegressa ἔξω τούτων *non in his locis sed alibi*, ut saepe dictionibus et loci et temporis aliae eiusdem generis illustrandi causa adduntur. Sed haeserunt in iis nonnulli librarii et veteres editores ἢ ἄλοθί πον scribendo tollere cupientes, quod inesset otiosi. Id tamen contra mentem legis esset, ut Reiskii ἢ ἄλλο τι δρᾷ. Idem ἢ ἄλλοθι uncis includens ἄλλοθι certe liberum servare debebat: quo omisso hiscere mihi videtur oratio. Neque probabis πον in Σ omissum. — Τὴν αὐτὴν ὑπὲρ αὐτοῦ δίκην δέδωκεν. *eandem ejus causa actionem concessit ac si Atheniensem occidisset*, i. e. occisorem a cognatis occisi pariter in iudicium vocari. Perperam intelligit H. Wolfius: *idem in eum supplicium constituit, quod.* Imo διδόναι δίκην ὑπέρ τινος hic de legislatore dicitur, qui potestatem dat cum aliquo iure experiendi pro aliquo, alicuius gratia, i. e. pro interfecti persona; cf. §. 46. et Philipp. III. 44. p. 122. ὑπὲρ ὧν ἂν μὴ διδῷ (ὁ νομοθέτης) φόνου δικάσασθαι· ἀλλ' εὐαγὲς ἦ τὸ ἀποκτεῖναι. Frequentissimum autem illud de reo est, *rem velle in iudicio agi*, hinc *iudicium subire:* cuius loquutionis optimum interpretem habebis Schoemannum in adnot. ad Isaeum p. 357 sq. — Τὸν γὰρ φυγάδα τὸ τῆς πόλεως οὐ προσεῖπεν ὄνομα. Προσειπεῖν τινα ὄνομα dictum est ut καλεῖν τινα ὄνομα *nomine aliquem appellare.* Res satis nota, quae tamen h. l. fugit Marklandum, τὸν φυγάδα interpretantem κατὰ τὸν φυγάδα, idcirco iam reprehensum a Reiskio. Vid. Matthiael gram. p. 769. Deinde non bene fecit Schaeferus, quod in his verbis librorum aliquot et Reiskii auctoritatem non sprevit, qui οὐ ante τὸ τῆς πόλεως collocarunt. Nam in hoc ordine verborum τὸ τῆς πόλεως prius collocandum est ut primarium,

Digitized by Google

§. 41 quod quidem oppositionis ratio requirit. — *ἧς οὐκ ἔστι μετουσία αὐτῷ.* Erat homicida caedis voluntariae causa exul in numero *τῶν ἀτίμων*, quos Demosthenes Philipp. III, 44. p. 122. dicit *μηδενὸς τῶν κοινῶν μετέχειν.* Cf. orat. in Mid. 45. p. 528. 92. p. 544. *ἀτιμία καὶ νόμων καὶ δικῶν καὶ πάντων στέρησις.* — *ἄν τις — τὸν ἀνδροφόνον.* His verbis pentametrum excidisse oratori Reiskius animadvertit. Scripsit enim *φησί.* Vid. de hac re Ciceronis iudicium in orat. I. 56. et Quinctiliani instit. orat. IX, 4, 72 sqq.

§. 42. *δεινὸν εἰ.* Post *δεινὸν* et verba, quibus animi affectus quidam indicatur, *εἰ* Graeci, ubi nobis *ὅτι* aptius videtur, usurpant cum dubitationis significatione; unde oratio lenitatis vel modestiae speciem prae se fert. Infra §. 211. *εἰ* particulam altero loco *ὅτι* sequitur. Cf. Dissen. adnot. ad orat. de coron. p. 195. — *ὧν εἶπον.* Nihil refert ad sententiam, utrum primam an tertiam personam posueris; accommodatiorem tamen cum Bekkero meliores libros sequuto illam putavi esse, qua omnis verba construendi anxietas tollatur. Orator de se loquitur ut legis interprete. — *τούτους ἐκδότους — εἶναι γράφει* — Expectabis *ἀγωγίμους εἶναι*, peculiarem psephismatis loquutionem. At condonabis oratori permutationem istam notionum; facilis est et apta. Nam antequam homicidas tutum in aliena terra nactos refugium abduci licebat, dedi eos permitterent incolae necesse fuit, de qua re vid. §. 85.; tum orator dirum esse dicit, si postuletur, ut qui supplicum more in fidem aliorum se commiserint, persequutoribus ad supplicium tradantur. Inservit igitur loquutio misericordiae commovendae, neque tamen aliena est a sententia psephismatis. — *Τὸ τῆς συγγνώμης ὠφέλιμον* i. e. *veniae ac clementiae aequitatem omnibus utilem*, ut Heraldus ad sententiam verba explicat. De adiectivo cum genitivo iuncto multa docet Stallbaumius ad Platonis Phaedr. p. 240. A. — *παρὰ τῶν ἔξω τῶν ἐγκλημάτων ὄντων. ab iis, qui extra crimina sunt.* Ita *οἱ ἔξω τοῦ πράγματος ὄντες* orat. in Mid. 15. p. 519. et 45. p. 528. sunt *ad quos res non pertinet*, orat. in Theocr. 23. p. 1328. *τοῖς ἔξω τῆς κατηγορίας λόγους προσέχειν:* in quibus loquendi formulis *ἔξω* pro *ἔκτος* dictum contendit Lobeckius ad Phryn. p. 128. Bakius iudicans de editionibus Voemeliana et Bremiana in nov. censur. vol. V. p. I. p. 202. *ἐγκλήματα* activa vi intelligit *querelas*, allatis Olynth. I. 7. p. 11., Thucyd. I, 40, Leptin. 81. p. 481: ut *οἱ ἔξω τῶν ἐγκλημάτων ὄντες* sint, *qui nullam querendi causam habent.* Verumtamen, si nexum cogitationum accuratius perspicias, non alii illi quam *οἱ ἐντυγχάνοντες* sunt, sive quos Antiphon *καθαροὺς τῶν ἐγκλημάτων* dicit. Argumento sunt ea ipsa, quae paulo post ex oratione de Rhod. libertate afferentur. — *ὅτω — ἀπόκειται ἄδηλον ὄν.* Reiskius indic. grae-

Digitized by Google

cit. p. 68. haec: *Cum parum constet, quis is sit, quem sors ea* §. 42 *maneat, ut venia opus habeat.* συγγνώμη enim cogitatur tanquam thesaurus sepositus, quem quis suo tempore repetere et in usum revocare possit. Vid. Dorvill. ad Charit. p. 466., qui complura huius usus affert exempla, et Iacobsius ad Achill. Tat. p. 678. De ἄδηλον ὄν, quod dictum est, ut ἀδύνατον ὄν Thucyd. VII, 44. ῥᾴδιον ὄν Xenoph. Oecon. XX, 10; vid. Matthiaei gram. p. 1112. Non obtemperandum erat h. l. libro Σ, ὄν omittenti, et quod maximi ponderis apud me est, Funkhaenelius non dubitavit omissionem participii improbare. Vid. comment. liter., qui Darmstadii florent, an. 1841. n. 115. p. 958. — μὴ προδήλου τῆς ἐπιούσης τύχης οὔσης ἑκάστῳ. Cf. orat. de Rhod. libert. 21. p. 196. δεῖ γὰρ τοὺς εὐτυχοῦντας περὶ τῶν ἀτυχούντων ἀεὶ φαίνεσθαι τὰ βέλτιστα βουλευομένους, ἐπειδήπερ ἄδηλον τὸ μέλλον ἅπασιν ἀνθρώποις. Orat. c. Leptin. 162. p. 506. τὸ μέλλον ἄδηλον πᾶσιν ἀνθρώποις. Euripid. Alcest. 801. s. τὸ τῆς τύχης γὰρ ἀφανὲς, οἳ προβήσεται, κἄστ' οὐ διδακτὸν, οὐδ' ἁλίσκεται τέχνῃ. ibique interpretes. Cf. Leloupii adnot. ad Isocrat. de pace p. 117. — καὶ νυνὶ. Νῦν Dindorfius tuetur de auctoritate trium codicum Bekkeri; Vide tamen adnot. p. 141. — ὄντως ἂν ἄρα τοῦτο γένηται. In ὄντως quod praeposuit, pondus inesse voluit ideoque pronuntiando efferendum est. Infra §. 94. νῦν ἐὰν ἀποψησίσησθε. §. 199. αὐτὸν ἄν τις ἀποκτείνῃ. Philipp. I. 29. p. 48. τοῦτ' ἂν γένηται. de pace 16. p. 61. Philipp. II. 16. p. 70. pro Megapol. 8. p. 204. ibid. 11. p. 204. c. Leptin. 17. p. 462. 25. p. 464. τὰς ἀτελείας ἐὰν ἀφέλησθε. 34. p. 467. κύριος ἂν γένηται. ib. 129. p. 496. 133. p. 497. in Mid. 51. p. 530. 60. p. 533. — λαβόντες ἔκδοτον traditum sibi in manus. De tradentibus dicitur ἔκδοτον ποιεῖν τινα: de qua dictione et similibus vid. Maetzneri adnot. ad Lycurg. p. 185 s. πεφευγότα dum adhuc in exilio est, participio perfecti utitur, quia hic presse loqui debet, paulo ante, ubi universe loquitur, φυγοῦσι aoristus convenit. Atque hoc definitur additis verbis καὶ τῶν νομίμων εἰργόμενον et quidem abstinentem locis lege sanctis. Latius tamen fere semper patet huius formulae significatio: per eam omnia omnino civium iura maleficis adimebantur, τὰ νόμιμα, quae civibus iure civitatis competebant, inquit Heraldus animadvv. in Salmasii observv. p. 594 s. Cf. Maetzn. ad Antiphontem p. 205.

§. 43. ἔνοχος δὲ σύ — Scite legis verba ad extremum in Aristocratem accommodantur, ut qui suo psephismate caedis causam praebens ipse iudicium subiturus sit: quae certe ratio maxime idonea erat ad demonstrandam eius agendi perversitatem. — εἰ μὲν ἐάσομεν ὑμᾶς — ἀναγκασθησόμεθα. His concludit legis interpretationem gravi di-

Digitized by Google

§. 43 lemmate. Ubi haec, inquit, acciderint, aut non persequemur vos iudicio, aut persequemur; utrimque damnum nobis fiet. Hanc argumentandi rationem dicit auctor prolegom. in scholiast. ad Hermog. *λόγον ἐκ δύο προτάσεων ἐναντίων τὸ αὐτὸ πέρας συνάγοντα.* de cuius natura et vi vide ipsum Hermogenem vol. III. p. 167. ss. Duo eius ex oratione de coron. afferuntur exempla a rhetoribus §. 196. p. 293. 217. p. 300. Add. orat. c. Zenothem. 16. p. 886. *ἐᾶν* proprie est missum facere, quod quid quoque loco significet praecipue, apparere saepe ex opposito, ut hic ex *ἐπεξιέναι*, docet Schaeferus ad h. l. Affert in hanc rem loca p. 638. 28. coll. v. 26. p. 646. 16. cf. orat. in Mid. 37. p. 526. Addo simillimum e Platonis Euthyphr. p. 4. B. *εἴτε ἐν δίκῃ ἔκτεινεν ὁ κτείνας εἴτε μή, καὶ εἰ μὲν ἐν δίκῃ, ἐᾶν, εἰ δὲ μή, ἐπεξιέναι.* cf. Perizon. adnot. ad Aelian. II, 38. Orat. in Mid. 120. p. 553. *κἂν μὲν ἀφῶ* et *ἂν δ' ἐπεξίω* inter se opposita sunt. *ὑμᾶς* indicat *τοὺς ἀποκτείναντας καὶ σέ*, ut dicit Schaeferus. — *οὐ καθαροῖς οὖσιν* i. e. *οὐ καθαρὰς τὰς χεῖρας ἔχουσι caede maculatis manibus*, ut orat. in Timocr. 60. p. 719. Dicitur quoque *καθαρὸν τὰς χεῖρας* s. *χεῖρας* et *ταῖς χερσὶ εἶναι* orat. de fals. legat. 66. p. 362. Herod. I, 35. Andocid. de myster. 95. p. 12. et nullo additamento itidem apud Demosth. Philipp. III, 44. p. 122. — *ὁμοῦ διατρίψομεν.* Ita Bekkerus; Reiskius et Dindorfius *συνδιατρίψομεν* scripserunt, quod firmari videtur Regulis Prosodicis ab Hermanno editis p. 467., quas Schaeferus citavit, ubi haec Demosthenica: *πονηροῖς οὖσιν ὁμοῦ συνδιατρίβομεν.* Ea tamen grammaticum opinor e memoria non acri exposuisse, ut iam vv. *πονηροῖς οὖσιν* ostendunt. Affert etiam Schaeferus Platonis scholia, in quibus *διατρίψομεν* exstat. Probarem illam scripturam, si ad libros, quos duumviri illi sequuti sunt, unus et alter e Bekkeri optimis accederet. Orat. de coron. 229. p. 304. itidem plurimi libri *μεθ' ἡμῶν συμπαραταξαμένους* et 314. p. 330. *τὸν συζῶντα μεθ' ὑμῶν* omnes illi habent, patrocinante itidem Reiskio, non autem Bekkero, qui e suis *παραταξαμένους* et *τὸν νῦν ζῶντα* dedit, cuique Dindorfius adsentitur. Solent enim scriptores verbis cum *σὺν* praepositione iunctis addere *ὁμοῦ* vel *μετὰ* cum genitivo et similia. Sophocl. Trach. 545. Demosth. orat. de fals. legat. 291. p. 434. de coron. 229. p. 304. *μετὰ Φιλίππου συνεμβαλεῖν*, ibid. 231. p. 304. *συμπολεμεῖν τοὺς Ἀθηναίους μεθ' ἡμῶν πρὸς ἐκεῖνον*, apud Aeschinem *συσσιτεῖν, συνᾴδειν μετά τινος.* Vid. Lobeck. not. ad Phryn. p. 354. — *αὐτοὶ* cave, ne inanes verbis *οἷς ἐγνώκαμεν*, quod Seagerius voluit. Pertinet ad *τἀναντία πρ. ἀναγκασθησόμεθα.* Attractio autem, ut ait Schaeferus, deleta post *ἐγνώκαμεν* subdistinctione, iubet continuari *οἷς ἐγνώκαμεν αὐτοὶ τἀν. πρ. ἀναγκασθησόμεθα.*

Digitized by Google

Ad extremum cum maxima audacia orationi speciem quandam iro- §. 43
niae adspergens interrogat, num parvum id sit et vile, propter quod psephisma tolli debeat, ut quod Hermogenes dicit, hic adhiberi liceat: *ὁ ἰφικράτους υἱὸς εἰς νίκην τῇ ἐρωτήσει θαῤῥῶν ἐρωτᾷ*. Particulas *ἆρά γε* certae animi persuasioni per ironiam significandae inservire notum est. Vid. Hartungii praecepta de particull. graec. I. p. 376 s. Demosth. orat. de coron. 107. p. 262. *Ἆρά γε μικρὰ βοηθῆσαι τοῖς πένησιν ὑμῶν δοκῶ*; orat. contr. Boeot. de nomin. 18. p. 999. *ἆρά γε μικρὰν ἡγεῖσθε βλάβην, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ἐν κοινωνίᾳ τὸν ἅπαντα βίον τῆς τούτου δόξης καὶ τῶν ἔργων εἶναι*; Adde Olynth. III, 27. p. 36. *ἆρά γε ὁμοίως καὶ παροικλησίως*; orat. de fals. legat. 63. p. 361. 307. p. 489. Participium *τὸ τυχόν*, quod saepe cum *μικρὸν* et similibus coniungitur, vilitatis vim accipit nonnisi addito articulo; quare scriptura *τυχόν*, *fortuito* significans, ut orat. in Mid. 41. p. 527, stare h. l. sine articulo non potest. Demosth. orat. c. Zenoth. 5. p. 883. *πονηρίαν οὐ τὴν τυχοῦσαν*. orat. de coron. 182. p. 289. *ἐκ μικροῦ καὶ τοῦ τυχόντος γέγονεν ἀνελπίστως μέγας*. orat. ad Philipp. Epist. 7. p. 154. *μικρὰ πρόφασις καὶ τὸ τυχὸν πταῖσμα ταχέως ἅπαντα διέσεισε καὶ κατέλυσεν*. Lycurgi orat. in Leocrat. 37. p. 164. *ἆρ' ὑμῖν δοκοῦσι μικροὶ καὶ οἱ τυχόντες φόβοι τότε τὴν πόλιν κατασχεῖν*; ubi Maetznerus orat. Dinarch. in Demosth. 22. p. 93. 88. p. 101. Platon. Cratyl. p. 390. D. attulit. Cf. Baehrii adnot. ad Plutarch. Alcib. p. 137 s.

Lex IV.

§. 44. Hac lege, de imprudentibus homicidis agente, pergit orator ab alia parte oppugnare verba psephismatis: *ἐάν τις ἀποκτείνῃ*. Ipsum Aristocratem nescire, utrum quis Charidemum interfecturus sit, an is alio modo moriturus, si quis autem interfecerit eum, consultone id factum sit an imprudenter, per civem an peregrinum, et tamen eum rogasse, ut is, qui Charidemum interfecisset, *ἀγώγιμος* esset. Disputarunt de hac lege Petitus legg. Attic. p. 614. Matthiaeus de iudiciis Athen. p. I. p. 169. ss. Meierus de bonis damnatorum p. 99. Hefterus de re iudiciali Atheniens. p. 135. ss. Platnerus de causis et iudiciis Atheniens. p. I. p. 432. Wachsmuthius antiqq. Hellen. II. I. p. 268. s. Ottfr. Muellerus in addit. ad Aeschyli Eumen. p. 127. s. Ioan. Didericus de Riemer p. 40 — 43. Car. Frid. Hermannus antiqq. publ. §. 104. De invitis homicidis iudicatum est *ἐπὶ Παλλαδίῳ*, de quo iudicio infra §. 71., ubi plura. Jam ad singula. — *τῶν ἐξεληλυθότων* de iis, qui aliquem inconsulto interemisse iudicati in exilium abeunt, ut *μεθίστασθαι*. Vid. Meursii Them. Attic. I. 16. Ast. ad

Digitized by Google

§. 44 Platon. de legg. IX. p. 448. Matth. l. c. p. 169. n. 58. Peregre non redibant, nisi reconciliati cognatis aut, si hi nulli essent, curialibus occisi et ritibus quibusdam expiati. Vid. adnot. §. 72. Neque huius generis exsulum bona publicabantur: ὧν τὰ χρήματα ἐπίτιμα, h. e. *quibus in tutela iuris legumque salvus manet bonorum usus* Ὅτι οἱ ἁλόντες ἐπ' ἀκουσίῳ φόνῳ, ut Harpocration dicit, ἐξουσίαν εἶχον εἰς διοίκησιν τῶν ἰδίων, Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Ἀριστοκράτους ὑποσημαίνει, καὶ Θεόφραστος ἐν τῷ τρισκαιδεκάτῳ τῶν νόμων δηλοῖ. Etymolog. magn. ἐπίτιμον πλούσιον ἢ τὸν μὴ ἄτιμον κατὰ νόμους, ἀλλ' ἔχοντα ἐξουσίαν καὶ δημηγορῆσαι καὶ διαιτᾶσθαι. Suidas ἐπίτιμον, πλούσιον ἢ τὸν μὴ ἄτιμον. Ipsorum enim iure civitatis illaeso, unde ἐπίτιμοι dicebantur, bona quoque eorum ἐπίτιμα erant. Contra eorum, qui consulto interfecissent, ἄτιμα fiebant, h. e. δημόσια, δεδημοσιευμένα, δημιόπρατα, quia ipsi ἄτιμοι facti etiam praesidium bonorum suorum iure amittebant. Vid. §. 62. ἄτιμον εἶναι καὶ παῖδας ἀτίμους καὶ τὰ ἐκείνου. in Mid. 118. p. 551. Cf. Salmas. de usur. mod. p. 786. Petit. legg. Attic. p. 614. Meier. de bonis damnat. p. 99. Petr. van Lelyveld. περὶ ἀτιμίας p. 18. s. — πέρα ὅρου ἐλαύνῃ ἢ φέρῃ ἢ ἄγῃ. Homicidam, qui excessit, vetat lex in peregrina terra turbari, quod fieri ab aliquo poterat eo consilio, ut ille nova sua sede abactus in eam terram, in qua caedem fecerat, reduceretur. Cf. Platon. de legg. IX. 8. p. 849. ed. Astii. Tres autem modi distinguuntur, quibus turbatio egressi fieret, vel agitando vel portando vel ducendo. Quamobrem φέρῃ ἢ ἄγῃ propria vi accipias, neque vertas cum H. Wolfio: *vexarit spoliaveritque*, aut cum Wesselingio, quem Did. de Riemerus sequutus est: *vexarit* aut *raptarit*. Usitatior quidem est in his formulis φέρειν ἢ ἄγειν et ἄγειν καὶ φέρειν hostilis significatio, ut Platon. de legg. X. p. 885. A. ἄγῃ ἢ φέρῃ ἢ χρῆται τινι τῶν ἐκείνου., neque negandum, eam etiam h. l. accedere eo, quod, si quis aliquem loco moveat invitum, id non faciat sine vi: at nihilominus in vertendo expressius utriusque vocabuli proprietatem observandam puto. Neque desunt exempla, ubi duo illa iuncta simpliciter intelligenda sunt. Vid. Heindorf. ad Platon. Phaedr. p. 356. G. Jacob. in addend. ad Tacit. dialog. de orat. ed. Dronk. p. 245. et Passov. in lexic. s. v. φέρειν. Qui talem homicidam uno vel altero horum modorum turbasset, in eum institui actio iniuriarum, veluti ὕβρεως vel αἰκίας et similium, poterat, et iis, pro ratione earum aestimatoria erat. Id significant verba proxima τὰ ἴσα ὀφείλειν ὅσαπερ, de quorum usu vid. Schaefer. appar. crit. III. p. 346. s. et Reisig. in commentt. crit. ad Sophocl. Oedip. Colon. p. 318. Comparant orat. in Mid. 44. p. 528. τὸ ἴσον τῷ δημοσίῳ προστιμᾶν

Digitized by Google

οἱ νόμοι κελεύουσιν, ὅσοντερ τῷ ἰδιώτῃ. Aristoph. Eccles. 173. 174. Platon. Eryx. p. 405. B. Adde Demosth. orat. de Rhod. libert. 2. p. 191., ubi Dindorfius ex auctoritate cod. Σ scribit: τότε ἴσον τοῦ πραχθῆναι ἀπέχει ὅσοντερ πρὶν δόξαι. quem vide in praefat. p. VI. copia exemplorum abundantem. Ὀφείλειν infinitivum in legibus usitatum retinendum putavi cum novissimis editoribus, quamvis ὀφείλει commendent tres boni libri cum nonnullis editt. veteribus. Vid. adnot. ad §. 22. p. 174. §. 44

§. 45. τῶν ἐπ' ἀκουσίῳ φόνῳ λέγει μεθεστηκότων. Interpretatur continuatis una constructione verbis, quamquam interponit λέγω. Sic saepe Demosthenes et alii, nec solum genitivo praecedente, sed etiam dativo, veluti orat. de Cherson. 24. p. 96. παρ' ὧν ἂν ἕκαστοι δύνωνται, τούτων τῶν τὴν Ἀσίαν οἰκούντων λέγω. de fals. legat. 152. p. 388. Philipp. III. 70. p. 129. c. Eubul. 24. p. 1306. et quae inter Demosthenica sunt, Prooem. 50. l. 5. p. 1457. et orat. in Neaer. 110. p. 1383. Vid. adnot. ad §. 156. — φευγόντων praefero de auctoritate nonnullorum librorum scripturae πεφευγότων, quam plurimi libri et Minucianus apud Walzium vol. IX. p. 611. habent. Puto hoc ortum e vicinitate perfecti. Illud usitatissimum est de exsulibus, ut §. 31. τοὺς ἐπὶ φόνῳ φεύγοντας. Cf. Fr. Aug. Wolfii adnot. ad Leptin. p. 473. 20. Deinde acute oratorem dices φεύγειν distinguere ab ἐξέρχεσθαι, alterum homicidis voluntariis, alterum imprudentibus adscribentem. Utrisque exsilium declinatio a malis erat, sed illi e patria fugiebant metu pulsi, ne iudicio dederentur ad supplicium, hi autem, quia vacui erant poena, excedebant cavente et providentes, ut ne a cognatis occisi turbarentur, sed potestatem haberent cum iis in gratiam redeundi. Dura utebantur sorte illi, hi mitiore et commodiore. Non raro tamen φεύγειν etiam de iis, qui inconsulto caedem fecerunt, adhibetur, ut §. 72. 77., praecipue ubi valet de ipso exsilio. — τῶν γὰρ ἐκ προνοίας δεδήμευται τὰ ὄντα. Vid. adnot. ad §. 44. Add. orat. in Mid. 43. p. 528. οἱ φονικοὶ τοὺς μὲν ἐκ προνοίας ἀποκτιννύντας θανάτῳ καὶ ἀειφυγίᾳ καὶ δημεύσει τῶν ὑπαρχόντων ζημιοῦσι. Cf. Pollux. Onom. VIII, 9, 99.

§. 46. ἔστι πᾶσιν ὅρος — εἴργεσθαι πατρίδος. Infinitivus substantivi vicem obtinet sine articulo. Xenoph. Cyrop. VII, 1, 13. ἄθλα πρόκειται τοῖς νικῶσι μὲν, διώκειν, παίειν, κατακαίνειν, ἀγαθὰ ἔχειν, καλὰ ἀκούειν, ἐλευθέροις εἶναι, ἄρχειν. Vid. Matthiaei gram. §. 542. Godof. Hermanni addit. ad Viger. p. 703. Bornem. ad Xenoph. Sympos. VIII, 13. Contra recte additus est articulus, si contextum spectas, orat. c. Pantaen. 58. p. 983. ἁπάντων τούτων ὅρος καὶ λύσις τοῖς παθοῦσι τέτακται τὸ πεισθέντας ἀφεῖναι. — ἐλαύνειν καὶ

§. 46 ἄγειν. φέρειν, quod in lege scriptum est, omittens ponit duo illa utpote consilio suo accommodatiora, quum dictum Aristocratis ἀγώγιμον εἶναι oppugnet. — ἔδωκεν ὑπὲρ αὐτοῦ δίκην. Vid. adnot. §. 41. — ἥν περ ἂν sc. ἐδίδου.

§. 47. εἰ δή τις ἔροιτο — οὐκ ἂν οἶμαι φαίη. Haec est dilecta Demostheni sententiarum conformatio, multum vigoris orationi afferens. Orat. de Cherson. 20. p. 94. εἰ γάρ τις ἔροιτο Φίλιππον, εἰπέ μοι, πότερ' ἂν βούλοιο — τοῦτ' ἂν οἶμαι φήσειεν. ibid. 70. p. 107. de fals. legat. 312. p. 441. in Androt. 54. p. 609. et alibi. — μὴ νομίσητε εὔηθες τὸ ἐρώτημα. *ne insulsam interrogationem esse putetis.* Est προπαραίτησις, ut dicunt rhetores. Haec enim praemittens auditores deprecatur, ne ea, quae interrogaturus sit, stultitiae condemnent. Nam postulat ab Aristocrate, monente Ulpiano, ut de rebus futuris respondeat. Addit interpres graecus: ὅσον δὲ εἰς ἀτοπίαν ἄγει τὸν λόγον, πλέον τοῦ Ἀριστοκράτους καθάπτεται. — ἢ καὶ. Male Reiskius post ἢ intulit εἰ: εἰ — ἢ usu congruunt cum πότερον — ἢ. Xenoph. Sympos. VIII, 9. εἰ μὲν οὖν μία ἐστὶν Ἀφροδίτη ἢ δίτταί, — οὐκ οἶδα. Plat. de republ. I. p. 339. A. εἰ δὲ ἀληθὲς ἢ μὴ, πειράσομαι μαθεῖν. Vid. Viger. p. 408. — ἄλλως πως. i. e. *sua morte moriturus sit,* ἰδίῳ θανάτῳ, interprete Ulpiano. — ἀποκτενεῖν. De more suo optimus liber Parisinus infinitivum praesentis ἀποκτείνειν exhibet, probante Funkhaenelio commentt. liter. Darmstad. an. 1841. n. 115. p. 960. Vid. adnot. p. 150. Non aptum h. l. esset, si orator de re futura ut praesente, ficto certo eventu, loqueretur, praesertim, ubi praecedit futurum et sequitur. — ἕκων ἢ ἄκων. Vid. infr. §. 79. orat. in Mid. 43. p. 528. τῷ δράσαντι δ' οὐκ ἴσην τὴν ὀργήν, ἄν θ' ἑκὼν ἄν τ' ἄκων, ἔταξεν ὁ νόμος. — ξένος ἢ πολίτης. Cf. adnot. p. 175. s. Heffter. de re iudicial. Athen. p. 135. n. 9. Alii iuri peregrinum, si civem, alii, si peregrinum occidisset, obnoxium fuisse, plane et diserte dicit Aristoteles polit. lib. IV, 13. τοῦ δὲ ξενικοῦ ἓν μὲν ξένοις πρὸς ξένους, ἄλλο ξένοις πρὸς ἀστούς.

§. 48. προςῆκε προςγράψαι, — γράφοντα ἄκων ἢ ἕκων etc. Structura verborum haec est: οὐκοῦν προςῆκε (σε) γράφοντα, ἐάν τις ἀποκτείνῃ, προςγράψαι, ἄκων ἢ ἕκων, ἀδίκως ἢ δικαίως, ut vidit Marklandus', collatis §. 84. et 75. Idem, Taylore et Reiskio et novissimis editoribus consentientibus, recte defendit προςγράψαι, pro quo optimi libri nescio incuria an casu γράψαι exhibent. Imperfecto προςῆκε addi h. l. non potest ἂν particula, quia non licet opponere, ἀλλ' οὐ προςῆκε, sed ἀλλ' οὐ προςέγραψας. Vid. God. Hermanni lib. I. de particula ἂν c. 12. p. 69. Inest conditio non impleta, ex qua quia apta sunt proxima ἵν' — ὑπῆρχε, non debebat Taylor coniunctivum

Digitized by Google

ὑπάρχῃ ponere, a Markhando iam refutatus exemplis ad Lysiam t. I. p. 48 §. 48. expromtis. Addo Demosthenica: orat. Philipp. I. 27. p. 47. *οὐ γὰρ ἐχρῆν — ἄρχοντας οἰκείους εἶναι, ἵν' ἦν, ὡς ἀληθῶς τῆς πόλεως δύναμις.* Androt. 21. p. 599. ibid. 28. p. 602. in Stephan. I. 17. p. 1106. c. Callicl. 6. p. 1273. Cf. God. Hermanni adnot. ad Viger. p. 850. de particula ἄν lib. I. c. 10. p. 54. — *ἀδίκως ἢ δικαίως.* Quoniam haec non leguntur §. 47., cave putes, inquit Schaeferus, illic excidisse. Orator est Demosthenes, non dialecticus." Sane argumentandi subtilitas certis finibus continetur, sed ars oratoris modum loquendi utilitate terminat. Ita h. l. Demosthenes verbis illis adiectis prospicit et praeparat ea, quae subsequente expositione longius persequitur. In ea enim caput rei est τὸ ἀδίκως et δικαίως et ἀκόντα et ἑκ. ποιεῖν. — *μὴ προσγράψαι. μὴ* positum, quia pendet a *προσῆκε;* sin autem οὐ locum haberet, esset *οὐ προσῆκε.* Eadem constructio post δεῖ, χρή, ἔξεστι et alias dictiones usitata est. Vid. Schaefer. appar. crit. t. I. p. 587. t. II. p. 581. t. III. p. 878: — *αὐτὸ τὸ τῆς αἰτίας ὄνομ' solum culpae nomen.* Orat. de coron. 126. p. 269. *ἀντὶ πολλῶν καὶ ψευδῶν αὐτὰ τὰ ἀναγκαιότατα εἰπεῖν περὶ αὐτοῦ.* c. Apatur. 2. p. 893. *ἵνα — αὐτοῖς τοῖς τῇ ἀληθείᾳ ἀδικουμένοις — αἱ δίκαι ὦσιν.* ubi Schaeferus, ut h. l. *μὴ μὰ Δία τὸ τῆς αἰτίας —*, similiter *ἀλλὰ τοῖς τῇ —* scribi vult. — *τῷ γράμματι τούτῳ.* Ne intelligas psephisma totum, sed formulam illam *ἀγάγιμος ἔστω.* Non aliter hac voce usus est in orat. Timocratea 147. p. 746. *τοῦτο τὸ γράμμα αὐτὸ μὲν καθ' αὑτὸ οὐκ ἔστι νόμος, τὸ „οὐδὲ δήσω Ἀθηναίων οὐδένα,* ubi affert Schaeferus *τὰ ἡμέτερα γράμματα* (formulas) e Platonis Gorg. p. 484. A. Quare errat Ulpianus dicens, oratorem τὸ ψήφισμα Aristocratis extenuare *γράμμα* appellando. Neque intelligo, quid significet h. l. *πράγματι*, quod Reiskius coniecit et Schaeferus probare videtur, adstipulantibus nonnullis libris. Id aperte vitiosum est, saepissime etiam alibi cum illo commutatum. Vid. Bastii et Schaeferi nott. ad Gregor. Corinth. p. 185. apparat. crit. t. IV. p. 621. Benseleri adnot. ad Isocrat. Areopag. p. 252.

§. 49. *ὁ νόμος δὲ οὐ μόνον οὐκ ἐλαύνειν — ἀλλ' οὐδ' ἄγειν ἐᾷ. lex non modo non agitare —, sed nec* vel *quid? quod ne ducere quidem stuit. Οὐ μόνον* si absint, ut absunt in uno praestantissimo libro, nulla est iactura; imo iis omissis ut pressior ita gravior et fortior fit oratio. Xenoph. Anab. I, 3, 8. *οὓς (δαρεικοὺς) ἐγὼ λαβὼν οὐκ εἰς τὸ ἴδιον κατεθέμην, ἀλλ' οὐδὲ καθηδυπάθησα, ἀλλ' εἰς ὑμᾶς ἀπανάλωσα.* Memor. II, 3, 8. Vid. Kruegeri et Gust. Sauppii adnott. Add. Schaeferi appar. crit. t. I. p. 888. collat. dictis Fr. Aug. Wolfii ad Leptin. p. 460. 2. Sed hoc ipsum me commovit, ut *οὐ μόνον* re-

Digitized by Google

§. 49 tinerem, in omissis grammatici manum orationem Demosthenis falsa gratia exornantis agnoscens. Funkhaenelius omissionem eorum probavit in commentt. liter. Darmstad. an. 1841. n. 116. p. 961. — ἄξει — βίᾳ. Aegre fert Reiskius, quod haec duo, quae arctissime cohaerent, satis longe diremta sunt. Eo tamen perspicuitas sententiae non turbatur, quum βίᾳ possit ad nihil aliud referri, nisi ad ἄξει. Et ut huiusmodi traiectiones verborum non possunt ulla ratione probari, nisi adsit aliquid, quod eorum ostendat et necessitatem et virtutem, ita hoc loco in causa est gravitas oppositionis. Etenim, haec inde procedit sententia: *ex tuo psephismate quicunque vult abducet eum, qui caedem invitus fecerit, — idque per vim — in patriam interfecti.* De variis traiectionum generibus vid. Buttmanni gram. p. 453. s. Bernhardyi synt. p. 459. s. Astii adnot. ad Platon. legg. p. 21. Kruegeri ad Dionys. histor. p. 252. s. — ἔκδοτον λαβών· publica auctoritate traditum ab iis, in quorum terra versatur homicida. Vid. §. 42. p. 209. Add. Heraldi animadvv. de ἔκδοτον διδόναι et ποιεῖν lib. IV. p. 301. ss. — πάντα συγχεῖς ἀνθρώπινα. *confundis omnem ordinem rerum humanarum.* Vid. §. 62. Herod. VII, 136. συγχέαι τὰ πάντων ἀνθρώπων νόμια, ἀποκτείναντας κήρυκας, i. e. *ius gentium violasse.* Antiph. tetralog. III. α. §. 2. p. 125. συγχεῖ δὲ τὰ νόμιμα τῶν ἀνθρώπων. Demosth. orat. in Timocr. 91. p. 729. ὅλην συγχεῖ τὴν πολιτείαν καὶ καταλύει πάντα τὰ πράγματ' ὁ νόμος. Valken. ad Herod. l. c. et ad Euripid. Hippol. 1062. Lennep. ad Phalar. Epist. p. 221. b. ἀνθρώπινα permutatum est in nonnullis libris cum ἀνθρώπεια, quae permutatio frequentissima est, ut ostendunt interpretes ad Moer. Attic. s. v., Stallbaumius ad Platon. Alcib. I. p. 193. et qui ibi citantur. — τὴν πρόφασιν. *causam, rationem, conditionem.* Recurrit p. 636, 3., inquit Schaeferus. Add. 97. p. 652. 158. p. 280. Non rara est haec verae causae, qua quis in agendo ducitur, significatio, quamquam illa fictae et speciosae frequentior. Apud Isaeum προφάσεως οὐδεμιᾶς γενομένης *sine causa*, apud Thucyd. II, 49. ἀπ' οὐδεμιᾶς προφάσεως *nulla de causa*, lib. III, 13. πρόφασις ἐπιεικής, ut ἀληθεστάτη πρόφασις I, 23. VI, 6. et Platon. Phaedr. p. 255. D. πρόφασιν εἰπεῖν οὐκ ἔχει. Disputarunt de hac voce Wyttenbachius selectt. histor. p. 76. Schoemannus ad Isaeum p. 181. Heldius ad Plutarch. Timol. c. 20. Maetznerus ad Antiph. p. 213.

§. 50. ὁρᾶτε γάρ. Ad confirmanda et illustranda dicta affert orator alias iuris formulas, quae tenendam esse ubique rationem facti demonstrant. Similiter orat. de coron. 274. p. 317. ἀδικεῖ τις ἐμέ; ὀργὴ καὶ τιμωρία κατὰ τούτου· ἐξήμαρτέ τις ἄκων; συγγνώμη ἀντὶ τῆς τιμωρίας τούτῳ. Cf. orat. in Mid. 42. ss. p. 527. Ac primum vv. ἄν τις τύπτῃ τινά spectant ad νόμον αἰκίας vel similem.

Digitized by Google

Orat. in Euerg. et Mnesib. 40. p. 1151. *ἡ δ' ἀδεία τοῦτ' ἔστιν, ὃς* §. 50
ἂν ἄρξῃ πρότερος χειρῶν ἀδίκων. ibid. p. 1141., de qua lege vid. Petiti legg. Attic. p. 628. s. Schoemanni et Meieri de ordine iudicior. Athen. p. 547. s. Wachsmuthii antiquitt. Hellen. II. 1. p. 273. Hefterus de re iudiciali Athen. p. 244. s. Platnerus de causis et iudiciis Athen. II. p. 197. s. Similiter dicit Antiph. tetralog. III. *β.* §. 2. p. 126. *τὸν ἄρξαντα τῆς πληγῆς, εἰ μὲν σιδήρῳ ἢ λίθῳ ἢ ξύλῳ ἠμυνάμην αὐτόν, ἠδίκουν μὲν οὐδ' οὕτως (οὐ γὰρ ταὐτὰ ἀλλὰ μείζονα καὶ πλείονα δίκαιοι οἱ ἄρχοντες ἀντιπάσχειν εἰσίν)* ib. §. 7. p. 128. *τῷ μὲν ἄρξαντι πανταχοῦ μεγάλα ἐπιτίμια ἐπίκειται, τῷ δ' ἀμυνομένῳ οὐδαμοῦ οὐδὲν ἐπιτίμιον γέγραπται.* De dictione *ἄρχειν χειρῶν ἀδίκων* et similibus multa affert Astius ad Platon. legg. p. 452. et interpretes ad Lamb. Bos. ellips. p. 301., multa Maetznerus ad Antiph. p. 184. — *ἄν τις κακῶς ἀγορεύῃ.* Ei qui alterum conviciis incesserat, in *δίκῃ κακηγορίας* concessa erat exceptio veritatis. Lysias orat. II. in Theomn. 30. p. 118. *ὁ νομοθέτης οὐδεμιᾷ ὀργῇ συγγνώμην δίδωσιν, ἀλλὰ ζημιοῖ τὸν λέγοντα, ἐὰν μὴ ἀποφαίνῃ ὡς ἔστιν ἀληθῆ τὰ εἰρημένα.* Vid. Petiti legg. Attic. p. 641. s. Schoemannus et Meierus l. c. p. 484. Hefterus l. c. p. 246. Platnerus II. p. 185. ss. Wachsmuthius l. c. p. 273. — *ἄν τις ἀποκτείνῃ* —. Hoc tertium exemplum mihi quidem non apte videtur immixtum ceteris, quas ex alio iure sumtas illustrandae causae capitali adhibet, quum paulo ante dixerit *ὁρᾶτε γὰρ ὡς ἐπὶ πάντων, οὐκ ἐπὶ τῶν φονικῶν μόνον, οὕτω τοῦτ' ἔχει.* Magis ferendum id esset, si saltem ultimum huius ordinis esset. — *ὡς — οὐ ταὐτόν.* *Ὄν* participium noli addere cum Reiskio et Schaefero, qui id etiam in vitis Plutarchi, ubi potuit, adiecit. Nolunt id libri et usus. Post *ὡς* enim saepe omittitur, ubi ad adiectiva in oratione recta *ἐστὶ* deesse solet. Thucyd. inlit. Epitaph. *ἐπαινοῦσι τὸν προσθέντα τῷ νόμῳ τὸν λόγον τόνδε, ὡς καλὸν — ἀγορεύεσθαι αὐτόν.* Satis certa exempla in hanc rem notata vides a Stallbaumio ad Platon. de rep. lib. V. p. 449. C. ad Gorg. p. 495. C., inter quae etiam hoc Demosthenicum affertur, a Lobeckio ad Phrynich. p. 278., qui interpretes ad Thucyd. II, 35. Ast. ad Plat. de rep. c. 4. 336. citat, a Bornemanno ad Xenoph. Memor. I, 6, 5. et Matthiaeo gram. p. 1123. — *ἄν τις καταβλάψῃ τινὰ ἑκὼν ἀδίκως.* Si damnum inconsulto illatum erat, pro iniuria non habebatur. Rem ita Plato quoque de legg. IX. p. 862. A. exponit. De *δίκῃ βλάβης* omnia, quae huc pertinent, enarrata invenimus apud Schoemannum et Meierum l. c. p. 474. ss. — *πανταχοῦ* i. e. *ἐν ἑκάστῳ τῶν ἔργων.* Orat. in Mid. 43. p. 528. *ὁ μὲν γὰρ παθὼν πανταχοῦ βοηθείας δικαιός ἐστι τυγχάνειν.* — *τὴν πρόφασιν βεβαι-*

Digitized by Google

§. 50 οὖσαν τὸ πρᾶγμα εὑρήσομεν. Reiskius ind. p. 166. ita: „causam definire moralitatem (ut vulgo usurpant) actionis, h. e. gubernare atque circumscribere iudicium a nobis de facinore ferendum, sitne legitimum, an legibus contrarium.“ — ἀλλ' οὐ σοί sc. ἡ πρόφασις βεβαιοῖ τὸ πρᾶγμα. παρὰ σοί ferendum esset, si maiorem haberet librorum auctoritatem, σὺ autem qui scripserunt, constructionem non intellexerunt. — ἁπλῶς *simpliciter*, ut non respexeris, quibus modis fieri possit, ut Charidemus impune occidatur.

Lex V.

§. 51. Haec lex iuncta antecedenti, quae de homicidis imprudentibus agit, referenda est ad eosdem, praescribens, actionem ἐνδείξεως in eos licitam esse, si redierint, quo non licet. Dubitare hoc non licebit, si spectaveris ordinem, quem adhibuit orator legibus collocandis. Supra §. 28., ubi loquitur de homicidis, qui consulto interfecerunt, profert legem, quae iis in patria versantibus ἀπαγωγὴν intendit, hic autem in regressos homicidas imprudentes lege testatur concessam ἔνδειξιν. Videlicet ea cautum erat, ne reditu huius generis hominum civitas negligens circa religiones videretur esse. Quo pertinent ultima verba scriptoris δικῶν ὀνομάτων apud Bekkerum anecd. I. p. 186. ἔνδειξις κατὰ τοῦ ἀνόμου καὶ ἀτίμου καὶ ἀνοσίου τί δεῖ παθεῖν. Delati, quorum crimen prius iam iudicatum esset, sine iudicio a magistratu ad statutum supplicium dabantur. Pollux Onomast. VIII. s. 49. et 50. Harpocratio s. v. ἔνδ., Car. Frid. Hermanni antiqq. publ. §. 137. n. 5. Quae ut clara sunt, ita obscura et ambigua alia. Haeserunt viri docti maxime in eo, quod verbis primis caedis reus non esse dicatur, qui homicidam exsulem, si rediisset, quo non liceret, detulerit apud magistratus. Non posse enim in eum, qui non occiderit, sed detulerit tantum, caedis actionem valere, hoc ita manifestum esse, ut non egeat legis edicto. Haesit primus, quod sciam, Salmasius de mod. usur. c. 17. p. 784., qui, ut sub hac lege sententiam subiungeret tolerabilem, vehementior fuit verbis sic transponendis: τοὺς φεύγοντας ἐνδεικνύντων, ἐάν τις κατίῃ, ὅποι μὴ ἔξεστι· φόνου δὲ δίκας μὴ εἶναι. quae mutatio neminem habebit assentientem, tum illa causa, quod participium ἐνδεικνύντων imperativum ille hoc loco esse voluit, tum quoniam hac ratione tota legis sententia pervertitur, ne alia commemorem. Heraldus animadv. p. 317. ss. certans contra Salmasium, cautius egit, non urendo et secando, sed explicando, ut solent prudentiores. Dicit ille p. 318. b., antea poenam in eos fuisse legibus statutam, qui homicidii causa exulantem temere abduxissent et vexassent: cuius poenae immunem

Digitized by Google

legem hanc cum esse velle, qui simpliciter ἐνδεῖξις: nec φόνου δίκας §. 51
contra eum vim habere; id est, poenas, quae de caede illis irrogarentur, qui aliquem ut homicidam temere abduxissent." Qua explicatione etsi ille verum non plane vidit, tamen ad veritatem propius accessit aliis. Mea quidem sententia est, hanc legem alium in tabula legum, quam hic, locum habuisse, una certe et altera inter eam et antegressam posita, quae constitueret caedis actionem in eum, qui homicidam abducendo vel vulnerasset vel interemisset vel quocunque modo causa internecionis eius fuisset. Veluti si quis homicidam e peregrina terra abegisset in eam, in qua caedem fecerat, eoque effecisset, ut is supplicio afficeretur, illum potuisse caedis postulari probabile est. Omissam ab oratore legem puto eiusdem fere argumenti fuisse, cuius tertia illa §. 87. pro homicidis voluntariis scripta, ac verisimile est, hoc ipsum eum commovisse, ut eam omitteret, ne similiter iam dicta repeteret argumentando. Itaque tale quid si statuamus in tabula legum antegressum, lux in hac lege non desideratur, quae opposita est ei, quam omissam cogitemus, vetans: *ne caedis actiones usquam in eos sint, qui exulibus in patriam regressis delatione sua mortem pararunt.* Si a consilio oratoris explicatio verborum φόνου δίκας μὴ εἶναι non abhorruisset, ut ipse respexisset casus illos, quibus φόνου δίκαι licerent, omnes h. l. difficultates evanuissent. Sed eius intererat tantum ostendere τὸ παράνομον psephismatis et explicare, tum quae legislatoris voluntas in homicidas redeuntes esset, tum quantopere ab ea Aristocrates dicto suo ἀγώγιμος ἔστω recederet.

Post Heraldi praeclara studia multa in hanc rem disputata sunt a Petito in legg. Att., Wesselingio p. 617 et Taylore ad h. orat.: eadem recentiorum quoque ingenia et solertiam exercuit, inprimis Hefteri libr. cit. p. 196. Platneri p. 268. p. 282. s. Meieri et Schoemanni lib. de ordine iudic. Athen. p. 240. Meierus tamen modestior Salmasio fuit mutando, pro ἐνδεικνύντων scribens p. 309. ἐπιτιννύντων, in quo caseam ei Schaeferus exprobravit formam, praeterea non reputanti, quantopere ab hac scriptura dissentiret oratoris interpretatio. Qttf. Muellerus hunc locum in addit. ad Aeschyli Eumen. p. 128 perbreviter attigit. Denique iuvabit etiam contulisse, quae docte congesta sunt a Ioan. Did. de Riemero l. c. p. 43—47, licet is plura etiam oscitans hallucinatus sit. Addam singula.

μηδαμοῦ vetantis legislatoris non dubium est hodie quin rectissimum sit: quae res ignorata prius emendationes saepe peperit injustas, ut h. l. οὐδαμοῦ. Vid. indic. var. script. — κατίη. Κατιέναι et κατέρχεσθαι usitata sunt de exulibus, qui in patriam redeunt.

Digitized by Google

§. 51 Aeschyl. Agam. 1292. φυγὰς δ' ἀλήτης τῇδε γῆς ἀπόξενος κάτεισι. Et Orestes in patriam reversus dicit Choeph. 3: ἥκω γὰρ εἰς γῆν τήνδε καὶ κατέρχομαι. Alia Aeschyli exempla dedit Elmsleius ad Med. 933., Blomfieldus ad Sept. adv. Theb. 644. idemque et Wellauerus ad Choeph. l. c. Ita Polynices apud Sophoclem Antig. 20. φυγὰς κατελθών dictus est. Vid. Reisigii adn. ad Oedip. Colon. 593. Et κατείναι quinquies obvium apud Herodotum, III, 45. bis, IX, 26. ter, exponit Porso ad Eurip. Med. 1011. Adde Platon. de rep. VIII. p. 560. E. et X. p. 607. D. ibique Stallbaumium et Lennepium ad Phalar. Epist. p. 216. — Δράκοντος. Vid. Plutarch. vit. Solon. c. 17. τοὺς Δράκοντος νόμους ἀνεῖλε (Σόλων) πλὴν τῶν φονικῶν ἅπαντας. Aelian. var. hist. VIII. 8. καὶ τότε ἐκανόσαντο Ἀθηναῖοι χρώμενοι τοῖς Δράκοντος· ἐκαλοῦντο δὲ ἐκεῖνοι θεσμοί. Μόνους δὲ ἐφύλαξαν τοὺς φονικοὺς αὐτοῦ. Cf. Car. Frid. Hermanni antiqq. public. §. 104. Eas integras Solon in tabulas suas transtulerat, credo tamen nonnulla facta mutatione, quae non ad ipsum earum argumentum, sed ad iudiciorum institutionem et res pro temporum ratione necessarias pertinerct. Quare non probo, quod Matthiaeus miscellan. philol. vol. I. p. 145. n. 4. Demosthenem hic non satis accurate loquutum autumat. Neque credas Did. de Riemero l. c. p. 44. consenti, oratorem commemoratione Dracontis significare voluisse, legem hanc paulo severiorem esse et crudeliorem. Audito nomine Dracontis, Athenienses sane animis sibi informaverint severum hominem, at etiam iustum, uti patet e Leptin. 158. p. 505. Atque ipse orator huic opinioni adversatur, ubique lenitatem et iustitiam efferenti prae asperitate psephismatis Aristocratei. Deinde etiam alibi Demosthenes τῶν φονικῶν mentionem faciens addit nomen scriptoris earum. Vid. praeter Leptin. l. c. etiam orat. in Euerg. et Mnesib. 71. p. 1161. — καὶ οἱ ἄλλοι δὲ. Δὲ restitutum novissime, saepe in hac iunctura particularum καὶ — δὲ omissum a librariis dicit Schaeferus ad Longi Pastor. p. 350. Eae coniunctae non tam rarae sunt apud Demosthenem, quam Bremio in adnot. ad Olynth. III. 15. p. 32. visum est, ubi ipse citat orat. in Mid. 189. p. 575. ibid. 26. p. 523. Philipp. III. 70. p. 129. Add. orat. de coron. 215. p. 300. in Mid. 126. p. 556. in Androt. 83. p. 603. et quae inter Demosthenicas est, orat. de Halon. 5. p. 77. Addunt praegressis novum quid et gravius, *et autem, atque etiam, et vero, quin etiam*. Ut ex copia exemplorum prorsus similia adscribam, vid. orat. de coron. 43. p. 240. οἱ μὲν κατάπτυστοι Θέτταλοι — καὶ οἱ ἄλλοι δὲ Ἕλληνες — Lycurgi orat. in Leocrat. 117. p. 164. καὶ αὐτὸς ὁ Ἰκαρίος ἐν ταύτῃ τῇ στήλῃ ἀναγέγραπται, καὶ οἱ ἄλλοι δὲ προδόται. Xenoph.

Digitized by Google

Cyrop. I, 4, 18. καὶ τοῖς ἄλλοις δὲ ἐσήμαινε πᾶσιν ἐκβοηθεῖν. Cf. §. 51
V, 2, 1. Anab. VI, 1, 6. Cf. God. Hermanni adnot. ad Viger. p. 847. ad Sophocl. Philoct. 1004. Matthiaei gram. p. 1248. Hartung. de gr. l. particulis I. p. 182. — παρεγραψάμην. Recurrit infra §§. 63. 215. c. Leptin. 98. 99. p. 487. orat. in Androt. 34. p. 604. et de coron. III. p. 263. Quid παραγράφεσθαι νόμους sit, optime docet Seagerus verbis ad orat. de coron. l. c. allatis. Οἱ παραγεγραμμένοι νόμοι sunt leges, inquit, quas legis alicuius vel psephismatis accusator ex adverso legi accusatae seu psephismati in eadem tabula exarandas curabat, ut, contra quas leges, lege nova vel psephismate lato, commisisset reus, iudicibus manifestius appareret." — ἐνταυθί. Recepi ex optimis libris cum novissimis editt. Ἐνταυθοῖ pro ἐνταυθὶ in iisdem libris, in quibus h. l., invenitur orat. in Timocr. 82. p. 726. Ibi quoque Bekkerus et Dindorfius praeferunt ἐνταυθὶ, quamquam hic ubique praestare ἐνταυθὶ putat, ubi fide librorum formae ἐνταυθοῖ locus est, veluti orat. c. Leptin. 107. p. 489., ubi recte Frid. Aug. Wolfius: ἐνταυθοῖ pro ἐνταῦθα et alibi occurrit in Atticis.; orat. I. in Aphob. 54. p. 830. Philipp. II. 30. p. 73. c. Spud. 20. p. 1034. ibid. 24. p. 1035: in qua re ille ad partes Elmsleii ad Aristophanis Acharn. 152., ἐνταυθοῖ ionicum esse, atticum ἐνταυθὶ docentis, transire videtur. Eodem Bekkerus inclinat, sed dubitanter. Et sane optimum est codicibus in hac re obtemperare optimis. Ἐνταυθοῖ enim ex indole dativi notionis complectitur et quietis et motus ad aliquem locum significationem. Cf. quae in hanc rem disputata sunt a God. Hermanno ad Aristoph. Nub. 813., ad Euripid. Iphig. Taur. 984. et Maetznero ad Antiph. p. 201. — ἃ παρ' ἀμφότερα. Lessingiano ἅπερ ἀμφότερα τοῦτο ἀνῄρηκε originem dedisse inusitatam inversionem praepositionis παρὰ dicit Schaeferus. Addit: „sane perquam notabilis est hic verborum ordo, satis ille convincens quod tradunt Technici, prosaicos Atticorum scriptorum unam praepositionem περὶ casui suo postponere. Quod autem orator παρὰ h. l. postposuit, cave credas id ubique licuisse. Scilicet positura praepositionis inter ἅ et ἀμφότερα excusavit aliquatenusque obscuravit inversionem." — οὐκ αὐτὸν ἀγώγιμον οἴχεσθαι λαβόντα i. e. *non ipsum*, i. e. *privatim, privata auctoritate cum vi abripere, quocumque libuerit, ut ex libidine cum eo agat.* De dictione οἴχεσθαι λαβόντα vid. Reiskium ad orat. de coron. p. 239. 16. Ἀγώγιμον addit orator spectans ad psephisma Aristocratis.

§. 52. αὐτὸ τοῦτο *hoc ipsum*, quod in hac re magni momenti est, τὸ ἐνδεικνύναι. — οὐχ ὅποι βούλεταί τις i. e. non quovis loco, quo quis tendit, vel hac significatione: ἐὰν ἄλλοσέ ποι βούληται. Ad

Digitized by Google

§. 52 ὅπως βούλησαι nihil opus est supplere. Vid. Demosth. orat. in Mid. 158. p. 565. Alia eiusdem generis cum hoc exemplo contendit Kruegerus ad Anabas. V, 6, 31, etiam latinum Ciceronis epist. ad Attic. IX, 1. Arpinum volebamus: affert iam Dorvillius ad Charit. VIII, 7. p. 187. ex Aristoph. Ran. 1312. ἐγὼ μὲν οὖν ἐς τὸ βαλανεῖον βούλομαι., alia. Taylor ita scribendum censet: ἀντὶ τοῦτο δίδωσιν, καὶ οὐχ ὅπῃ βούλεταί τις. Placet Schaefero. Sed οὐχ nude positum sine copula affert magis oppositionem et ὅπῃ neque, si sit pro ὅπως, in usu est apud prosaicos, neque, si significet *qua ratione*, aptum h. l. — καὶ σφόδρα σαφῶς. *perspicue idque admodum, gar sehr deutlich:* quam vim intendendi καὶ etiam in καὶ λίαν, καὶ μάλα, καὶ πάνυ, καὶ ἄγαν et aliis habet. Vid. Volkm. Fritschium in quaestionibus Lucian. p. 5. ss. Prave Reiskius, ut iam Schaeferus animadvertit, post καῦ et σαφῶς interpunxit: quod ab aliis alibi idem in his formulis factum est. Sed καὶ, ait Godofr. Hermannus ad Euripid. Med. 518. ad totam sententiam pertinet. — ἐπενεγκεῖν *accommodare*, interpretr Schaefero. Frequens est ἐπενεγκεῖν τινι τοὔνομα; hinc τοὔνομα h. l. additum in duobus libris. — ὅθεν γὰρ μηδὲ ἐξέπεσέ τις τὴν ἀρχήν. Ut μηδὲ confirmem, pro quo μὴ in tribus libris est, vid. orat. de Rhod. libert. 7. p. 192. τούτων μηδ' ἀντικοσεῖσθαι τὴν ἀρχήν. Ceterum, quia de re agitur, quae in sola cogitatione versatur, μηδὲ positum est. Orat. de coron. 195. p. 298. ἃ γε μηδὲ πεῖραν ἴδοιμι. Vid. Matthiaei gram. §. 608. 5. c. p. 1221.

Lex VI.

§. 53. Allata hac lege ostendit orator, id quod reliquum erat, fieri etiam posse, ut alter alterum interficiat nec caedis postuletur, quia certis conditionibus licebat impune interficere. Eas autem, quamvis lege iudicatas, Aristocratem in suo psephismate neglexisse, ideoque, ut abrogetur, in commune conducere. Quod ad priorem legis partem attinet, ea lucem et firmamentum nanciscetur ex iis, quae Plato latius et uberius de eadem re disseruit libr. IX. de legg. p. 865. A.: εἴ τις ἐν ἀγῶνι καὶ ἄθλοις δημοσίοις ἄκων, εἴτε παραχρῆμα εἴτε καὶ ἐν ὑστέροις χρόνοις ἐκ τῶν πληγῶν, ἀπέκτεινέ τινα φίλιον, ἢ κατὰ πόλεμον ὡσαύτως ἢ κατὰ μελέτην τὴν πρὸς πόλεμον, ποιουμένων ἄσκησιν τῶν ἀρχόντων, φιλοῖς σώμασιν ἢ μετὰ τῶν ὅπλων ἀπομιμουμένων τὴν πολεμικὴν πρᾶξιν, καθαρθεὶς κατὰ τὸν ἐκ Δελφῶν νομισθέντα περὶ τούτων νόμον ἔστω καθαρός. Adnotavit Heraldus animadversionibus ad ius Attic. et Roman. lib. V. c. VI. p. 353.: „Contigit quandoque in certaminibus publicis, ut quidam ab antagonistis oppressi ibidem exspirarent: quod praecipue accidebat in pugilatu et

Digitized by Google

palaestra, cum pugilum et palaestritarum propriam esset ὄγκειν, ἐν- §. 53
γίζειν, θλίβειν, βαρύνειν et similia." Haec Heraldus. Nonnunquam tamen, certe quia ambigi poterat, qua voluntate caedes patrata esset, factum est, ut, qui alterum in certaminibus imprudens interemisset, comparere in iudicio cogeretur, nonnunquam etiam, ut poenam daret, quod quidem posterius, auctore Pausania Eliac. c. 9., Cleomedi Astypalaeensi accidit. Ac duae exstant Antiphontis orationes, quae accusatum caedis in certamine factae defendunt. Vide praeter Heraldum l. c. Petiti leges Attic. p. 618. s. Matthiaei miscellan. de iudiciis Athen. p. I. p. 151. Hefsteri libr. de re iudic. Athen. p. 135. ss. Meieri et Schoemanni de ordin. iudic. Athen. p. 308. s. Wachsmuthii antiquitt. Hellen. II. I. p. 268. Car. Frid. Hermanni antiquitt. public. §. 104. Dider. de Riemer. l. c. p. 48. ss. — Verba ἀποκτείνῃ — καθελών — ἰσοδυναμοῦντα construendo invertisse Euripidem Electr. 979. ed. Seidl. πόσιν καθεῖλες Ἄργισθον κτανών. Schaeferus h. l. dicit. De hac dicendi ratione vid. Matthiaei gram. §. 558. p. 1108. Godofr. Hermanni add. ad Eurip. Supp. 909. Seidler. ad Troad. 299. Matthiaeus ad Orest. 899. Pro καθελών, ne iis, qui latrocinarentur, libertas in hac lege occidendi daretur, proposuit Marklandus οὐκ ἐθέλων, collatis Homeri verbis Iliad. XXIII. 87. παῖδα κατέκτανον Ἀμφιδάμαντος Νήπιος, οὐκ ἐθέλων, non videns, idem, quod desideraret, indicari subsequente participio ἀγνοήσας, siquidem, qui insciens aliquem interemisset, id invitus fecisse cogitandus est. Nempe ἀγνοήσας ad utrumque et ἐν ὁδῷ et ἐν πολέμῳ καθελών referendum est, ut iam Reiskius et Schaeferus animadverterunt. Deinde proba est scriptura ἐν ὁδῷ, vitiosa tamen a Seagero in diario classic. LV. p. 59. iudicata. Protulit ἐν ὄχλῳ, *in turba*, *casu*, quod nullius pretii est et pariter ac Marklandi οὐκ ἐθέλων potissimum eo relicitur, quod veteres grammatici, Harpocratio sub vv. ἢ ἐν ὁδῷ et καθελών et ὁδός, Suidas s. vv., Eustathius ad Iliad. I, 151., Photius p. 55. 105. 271. ed. Lips. et Zonaras c. 1165. hunc locum non mutatis illis verbis citant. Denique Hier. Wolfii explicatio verborum ἐν ὁδῷ *in itinere*, et Marklandi et Reiskii *in via publica* non apta est pluribus de causis, quas expromere nihil attinet. Nam non morati obtemperemus grammaticis veteribus, ἐν ὁδῷ interpretantibus ἐν λόχῳ, ἐν ἐνέδρᾳ, assentientibus Taylore et Schaefero. Afferunt illi Homeri Iliad. I, 151.: ἢ ὁδὸν ἐλθέμεναι, ἢ ἀνδράσιν ἶφι μάχεσθαι. Eadem vi utitur hac voce Pindarus Olymp. XI, 30.: δάμασε καὶ κείνους Ἡρακλέης ἐφ' ὁδῷ. ubi scholiastes vetus dicit: ὅτι δὲ ἐν τῷ πρὸς Αὐγείαν πολέμῳ ὁ Ἡρακλῆς ὑπὸ τῶν Μολιονιδῶν ἁλοὺς ἔφυγε, διὸ μηνίσας αὐτοῖς τὸν περὶ Κλεωνὰς συνεστήσατο λόχον, φησὶ Μνασέας ὁ Παταρεύς. Cui explicationi illustrationis causa prae-

Digitized by Google

§. 53 clare addit Schaeferus haec: „Omnis belland ars priscis illis temporibus huc redibat, ut aut insidiae hostibus struerentur (ὁδὸς, λόχος) aut confligeretur Marte aperto (πόλεμος, μάχη). Docet Homericus versus (Iliad. I. 151.) a Taylore citatus, quocum conferenda quae sequuntur eiusdem Rhapsodiae v. 226. 5.

οὔτε ποτ' ἐς πόλεμον ἅμα λαῷ θωρηχθῆναι,
οὔτε λόχονδ' ἰέναι σὺν ἀριστήεσσιν Ἀχαιῶν."

Quod autem vir doctus verba ἐν ὁδῷ καθελὼν auditoribus plana fuisse ex Homero suo, ideoque in explicanda lege praetermissa ab oratore existimabat, non possum ei adstipulari. Non tanta τοῦ τυχόντος apud Athenienses cognitio Homeri fuit, ut, si quod singulare dictum alicubi audirent, quo semel eadem vi poeta usus esset, id statim satis superque cognitum habuerint, ut nulla amplius egeret explicatione. Imo potius non explicavit orator omnia, quae in legibus invenit, neque necesse fuit: respexit maxime, quae rationibus suae causae convenirent, et omisit, quae sine damno omitti possent. Hoc loco eum satis habuisse arbitror, ἐν πολέμῳ ἀγνοήσας quid sit in lege, interpretari, silentio autem praeteriisse ἐν ὁδῷ, quia, quum insidiae pars belli essent, addita eorum interpretatio ad summam sententiae eodem pertinuisset. Pariter Plato, qui hanc legem in numerum suarum ascivit, nihil commemorat de insidiis, quas illa aetate ὁ πόλεμος complecteretur. Hinc etiam id, quod excogitavit Did. de Riemerus, praeterquam quod aliis difficultatibus laborat, inutile est. Scribit ille p. 49. ἢ ἐν ὁδῷ καθελὼν ἐν πολέμῳ ἀγνοήσας, ut sententia sit: „si quis aliquem militem amicum belli tempore, dum in insidiis contra hostes structis versatur, occidit, neque scire potuit eum amicum esse, καθαρὸς ἔστω."

Altera legis pars iubet, caedis non sisti, qui adulterum in uxore vel matre vel filiâ vel concubina, quam habeat liberae soboli suscipiendae, deprehensum occiderit. Plura hanc in rem exposuit et illustravit Lysias in oratione pro caede Eratosthenis habita, etiam huius Dracontis legis mentionem faciens §. 30. p. 94. Qui quod ibidem §. 31. addit: καὶ οὕτω σφόδρα ὁ νομοθέτης ἐπὶ ταῖς γαμεταῖς γυναιξὶ δίκαια ταῦτα ἡγήσατο εἶναι, ὥστε καὶ ἐπὶ ταῖς παλλακαῖς ταῖς ἐλάττονος ἀξίαις τὴν αὐτὴν δίκην ἐπέθηκε. inde videmus, scripturam unius codicis ἐπὶ παλλακῇ ἢ ἦν, in editt. vett. propagatam, prorsus vitiosam esse. Repetit enim ibi Lysias aliis vocabulis, quae ex lege recitata erant. De dictionibus ἀποκτείνειν, λαμβάνειν, ἅλῶναι ἐπί τινι vid. Toupii opuscul. critt. t. I. p. 101. — Verba ἐπὶ ἐλευθέροις παισὶν significant ἐπὶ τεκνώσει ἐλευθέρων παιδῶν, quemadmodum ea

Digitized by Google

Taylor et Schaeferus intellexerunt. Non differunt admodum τὴν ἐπὶ §. 53
παισὶ, τελευτὴν, θνήσκειν ἐπὶ παισὶ: cuius locutionis plura exempla in iisque etiam hoc Demosthenicum memoravit Matthiaeus gr. §. 586. Cf. Hemsterhusium ad Lucian. t. I. p. 355. s. et Godofr. Hermannum ad Viger. p. 866. Reiskius contra in adnott. interpretatur ἐπὶ π. ἐλευθέρων θεραπείᾳ καὶ παιδείᾳ: quam ille interpretationem dedisse videtur commotus verbis, quae exstant orat. in Neaer. 122. p. 1286. τὰς μὲν γὰρ ἑταίρας ἡδονῆς ἕνεκ' ἔχομεν, τὰς δὲ παλλακὰς τῆς καθ' ἡμέραν θεραπείας τοῦ σώματος, τὰς δὲ γυναῖκας τοῦ ποιεῖσθαι γνησίως καὶ τῶν ἔνδον φύλακα πιστὴν ἔχειν: duas alias aeque ab hoc loco alienas addit in indice graec. p. 228. — ἐλεύθεροι παῖδες h. l. dicuntur, qui, etsi non iusto matrimonio nati, civitatem tamen adipiscebantur, ut in numero liberorum civium essent: diversi sunt a γνησίοις. Fide dignissimi hac in re sunt auctores Platnerus addit. ad ius Attic. p. 107. ss. 235. ss. Meierus histor. iuris Attic. de bonis damn. p. 61. ss. Wachsmuthius antiquitt. Hellen. I. 2, p. 148. II. 1, p. 208. Beckerus Charicl. p. II. p. 438. s. — Pro μὴ φεύγειν κτείναντα Lysias, hac eadem lege recitata, dicit: τοῦτον μὴ καταγιγνώσκειν φόνον, et Plato philosophus: κάθαρος ἔστω, quocum consentit orator §. 55.: e quibus verbis apparet, homicidae huius generis ne lustratione quidem opus fuisse. Vid. Car. Frid. Hermanni disputat. de Platonis legg. p. 50. n. 207. Ceterum de hac legis parte cf. quae exposita sunt a Meursio Them. Attic. I. 5. Petito legg. Attic. p. 619., praecipue a Taylore in lectt. Lysiac. c. XI. p. 300. ss. et Did. de Riemero l. c. p. 50. ss. Spectant huc etiam Heffterus l. c. p. 137. Platnerus l. c. p. II. p. 206. ss. Meierus et Schoemannus lib. p. 327. ss. Wachsmuthius antiquitt. Hell. II. 1. p. 269. Car. Frid. Hermannus antiquitt. publ. §. 104. n. 13. Schellingius de Solonis legibus apud oratores Atticos p. 77. s.

εἰρηται bis positum in eodem enunciato non offendit. Cf. §. 86. παρὰ τοῦτον ἂν εἰρηκὼς εἴη τὸν νόμον et paulo post ἔννομ' ἂν εἰρηκὼς εἴη. Orat. c. Macart. 59. p. 1070. ταῦτα πάνθ', ὅσα οἱ νόμοι προστάττουσι τοὺς προσήκοντας ποιεῖν, ἡμῖν προστάττουσι καὶ ἀναγκάζουσι ποιεῖν. orat. in Timocr. 8. p. 702. βουλοίμην δ' ἂν ἐμί τε τυχεῖν ὧν βούλομαι. ibid. 213. p. 765. ἡγεῖται — ἡγοῖτο. orat. de Cherson. 64. p. 105. c. Lept. 17. p. 462. Philipp. III. 5. p. 112. Philipp. 34. p. 49. Vid. adnot. ad §. 220. Copiam exemplorum ex Isocrate attulit Strangius in Jahni ann. suppl. III. p. 4. p. 569., nonnulla ex Aeschine Frankius in specim. nov. edit. Aeschin. p. 29. Neque Latini plane aspernati sunt talem repetitionem eiusdem vocabuli. Cicero de officiis I, 8, 5. atque ea sic definiunt, ut rectum quod sit, id perfectum officium esse definiant. ibid. III, 10, 39. sed usitatis ita

Digitized by Google

§. 53 poterit uti, lectissimis ut utatur. Cf. Mich. Heusing. ad offic. III, 4, 16. — παρὰ τοῦτον τὸν ἀναγνωσμένον νῦν. Schaeferi monitu Dindorfius ex aliquot libris τοντεσὶ non recte scripsit, sequente τὸν ἀναγνωσμένον νῦν, quod ipsum sit vice litterae paragogicae. Et quid diserte intendi opus est ad legem modo recitatam? quod si fit ante recitationem, fit non sine ratione. Deinde confirmatur omissio illius literae usu loquendi. Vid. infra §. 86., ubi recitata lege pergit orator: ἔστι μὲν οὐκέτι τῶν φονικῶν ὅδε ὁ νῦν ἀναγνωσμένος νόμος. orat. in Timocr. 43. p. 714. ὅδε ὁ νῦν ἀναγνωσθεὶς νόμος. ibid. 51. p. 716. περὶ τοῦδε, ὃν νῦν ἀνέγνω, διελθεῖν. Cf. ibid. 28. p. 709. c. Leptin. 42. p. 469. Nisi forte afferre velis orat. c. Pantaen. 23. p. 973. ταυτὶ πάντα, ἃ νῦν ἐγκέκληκεν ἐμοὶ, πρότερον τὸν Εὔεργον αἰτιασάμενος τὴν δίκην εἶλεν. at cur ibi dictum sit ταυτὶ, manifestum est. Praeterea νῦν cur suum locum ante ἀναγνωσμένον non teneat, in causa est vis oppositionis. Philipp. I. 10. p. 43. νῦν δὲ τί χρὴ τὰ γιγνόμενα ἡγεῖσθαι; dicit pro τὰ νῦν γιγνόμενα. de symmor. 25. p. 166. ταῦτα δὲ οἱ κεκτημένοι τοιοῦτον ἔχουσι νοῦν. de libert. Rhod. 21. p. 196. δεῖ γὰρ τοὺς εὐτυχοῦντας περὶ τῶν ἀτυχούντων ἀεὶ φαίνεσθαι τὰ βέλτιστα βουλευομένους. Plura suppeditabunt Foertschius observatt. crit. p. 38. Strangius in Jahni ann. suppl. III. p. I. p. 23. s. — ἐφ' οἷς ἐξεῖναι κτεῖναι. Eadem recurrunt §. 60. ὑπειπὼν ἐφ' οἷς ἐξεῖναι κτείνειν. §. 74. γράφουσιν ἤδη καὶ διορίζουσι σαφῶς ἐφ' οἷς ἐξεῖναι ἀποκτιννύναι. et orat. c. Leptin. 158. p. 505. ἀλλ' ἔθηκεν ἐφ' οἷς ἐξεῖναι ἀποκτιννύναι. quo loco Reiskius, ut infinitivum fulciret, assumendo e proximis ἐβούλετο vel διώρισεν, constructioni consultum voluit. Idem h. l. scribi iubet ἔξεστι, quod §. 74. nonnulli libri iuxta ἐξείη exhibent; alias legendum esse ἐφ' οἷς ἐξεῖναι θέλει (ὁ νομοθέτης) κτεῖναι. Schaeferus contra apparat. crit. p. 505. 18. infinitivum regi contendit a formula ἐφ' οἷς, comparabili illa cum vulgari ἐφ' ᾧ s. ἐφ' ᾧτε. Quod si verum esset, infinitivus quoque, ubi non ponitur, poni posset in exemplis, quale est §. 60. Ἄλλα ταῦτα ἐφ' οἷς ἔξεστι κτεῖναι. Praeterea quaerendum esset, qua ratione is modus explicaretur in orat. c. Nausim. 5. p. 986. ἀκούετε — τοῦ νόμου σαφῶς λέγοντος ἕκαστα, ὧν μὴ εἶναι δίκας. cf. orat. pro Phorm. 25. p. 952. et ibid. paulo post. In his omnibus infinitivus a verbo, quod proxime antecedit, dicendi vel voluntatis ita aptus est, ut praecipientis cogitatio continuari in enunciatione relativa dicatur. Indicativus si positus esset, orator, quae lege constituta sunt, narraret, ut orat. c. Pantaenet. 35. p. 976. οὕτος σαφῶς ὁ νόμος διείρηκεν ὧν εἶναι δίκας προσήκει μεταλλικάς. Differt ab hac dicendi ratione formula illa notissima ἐφ' ᾧ, ἐφ' ᾧτε,

Digitized by Google

cuius vim Thierschius et Buttmannus recte explicarunt, sed in ea §. 53
item non perinde est, infinitivus an indicativus sequatur, quod quidem viri doctissimi censuerunt. Nam ἠρέθη ὁ Δράκων ἐφ' ᾧτε συγγράψαι νόμους et ἐπηνέθη ὁ Δράκων ἐφ' ᾧτε συνέγραψεν νόμους aeque diversa sunt ac si ὥστε cum hoc aut illo modo coniunctum sit. — ὑπεικών. Idem esse ac προεικών affirmat Schaeferus h. l. et p. 639. 10. et p. 797. 20., praeeunte Reiskio indic. graecit. p. 509. et prius idem docentibus antiquis grammaticis. Ille in nota ad orat. de coron. p. 245. 12. ipse explicat, qua ratione ὑπό vim praepositionis πρό in nonnullis verbis compositis asciverit. „ὑπό, inquit, cum casu suo ita usurpatur, ut significet appropinquationem s. vicinitatem. Quod autem prope fit, id ante fit, seu de loco seu de tempore agatur.“ At nusquam ὑπό in verbis compositis tantumdem valet ac πρό, sed, ubi eam vim habere videtur, propria eius subest notio fundamenti, quod rei alicui subiectum est, ut in eo nitatur. Veluti ὑφηγεῖσθαι et ὑπάγειν dicuntur ducere, ut alter ducenti tanquam fulcro sese committat, vel eum imitandum sibi proponat eiusque vestigia persequatur. Thucyd. I, 78. πειρασόμεθα ἀμύνεσθαι πολέμου ἄρχοντας τούτῳ, ᾗ ἂν ὑφηγῆσθε, quocunque modo exemplum datis. Xenoph. Cyrop. II, 4, 27. ὅπη ἂν τὰ θηρία ὑφηγῆται, ταύτῃ μεμάθηκας μεταθεῖν. Apud Isocratem Panegyr. 82. p. 57. τοῖς μὲν γὰρ οὐχ ὕπεισι πράξεις res gestae fundamentum laudis intelliguntur. Ὑπογράψαντες τὰς γραμμὰς τῇ γράφιδι sunt apud Platonem Theaet. p. 171. D., qui lineas penicillo ducunt, ut recte procedat scriptura, sicut ὑπογράφειν γράμματα adhibetur de grammatistis literarum ductus praescribentibus, quos pueri imitentur scribendo. Eiusdem significationis ὑπογραμμός est. In Xenophontis Oeconom. 16, 10. legimus τῷ σπόρῳ νεὸν ὑπεργάζεσθαι, quod significat novalem parare laborando, ut ad sationem aptus sit. Neque dictum est ὑπείργασται pro πρότερον εἴργασται Euripid. Med. 867. τὰς δ' ἐμὰς ὀργὰς φέρειν εἰκός σ' ἐπεὶ νῷν πόλλ' ὑπείργασται φίλα. Recte autem Schaeferus ὑποδεῖξαι ad Dionys. Halic. de composit. verb. p. 410. s. explicavit. Ita ὑπάδειν diversum est a προάδειν, per quod prius illud Etymologicum magnum s. v. ὑπογραμμός interpretatur, citato Aristophanis Ran. 898. ὑμεῖς δὲ ταῖς Μούσαις τι μέλος ὑπάσατε, sed ibi Dionysus cantum chori sacrificio, quod instituit, tanquam fundamentum subiici iubet. Atque ex Aristophanis deperdita fabula versus sic emendatus affertur: ἐγὼ δ' ὑπερῶ τὸν ὄρνιν. i. e. *verba, quibus turandum est, subministrabo.* Vid. Ammon. s. v. ὑπάγειν, ibique Valkenarium. Adde ὑπαγορεύειν et ὑπολέγειν. Quare ὑπεικεῖν, ubi idem, quod προεικεῖν, esse volunt,

Digitized by Google

§. 53 significat dicere, definire aliquid, in quo aliud quiddam nititur, ut inde recte constituatur. Cf. Aristoph. Vesp. 55. *φέρε νυν κατείπω τοῖς θεαταῖς τὸν λόγον, ὀλίγ' ἄνθ' ὑπερπόνων πρῶτον αὐτοῖσιν ταδί.* quocum contendas citatum ex oratione de coron. locum: *ταῦτα ἀναμνήσω καὶ τούτων ὑφέξω λόγον, τοσοῦτον ὑπερπόνων.* Hoc loco Aristocrates vituperatur, quod modum occidendi, quicunque est, non definivit, sed poenam scripsit, quum tamen irrogatio poenae nonnisi ex illius natura pendeat. Exempla plura huius generis qui cupiat noscere, adeat H. Stephanum in append. thesauri p. 185., scholia Valkenarii in nov. testam. 2, 478. Dobraeum in comment. in Aristoph. VII, 1, p. 177. et Volkm. Fritschium ad Lucian. p. 227.

§. 54. *διεῖλεν ὁ ταῦτα ἐξ ἀρχῆς διελών.* Infra §. 79. *ὁ ταῦτα διαιρῶν*, ut §. 77. *ὁ ταῦτα ἕκαστα τάξας.* Orat. I. in Stephan. 45. p. 1115. *ὁ νόμος διεῖλεν*, c. Leptin. 29. p. 466. *διὰ τὸ γεγράφθαι ἐν τῷ νόμῳ διαῤῥήδην* —, *μὴ διηρῆσθαι δὲ*, ubi in nonnullis libris *διειρῆσθαι*, quocum saepe illud commutatum est; paulo post obvium est *διορίζειν*. Aristoteles coniungit *διαιρεῖσθαι* et *διορίζεσθαι*. Utrumque est de legislatore discernente singula et definiente frequentatum. Hinc rei ac veritati non convenit vi sua enumerandi et percensendi, quod editt. veteres pro *διελὼν* habent, *διελθὼν*, cuius scripturae commentum prodidit, qui evitare eiusdem vocis vellet iterationem, in qua veteres offensi non sunt. De *διελεῖν* vid. Dorvillium ad Charit. p. 595. ed. Lips., Astium ad Plat. de legg. II. p. 371. Schoemannum ad Isaeum p. 468., Stallbaumium ad Platon. Hipp. maior. p. 285. C. — *ἄν τις ἐν ἄθλοις — οὐκ ἀποκτεῖναι.* Haec verba adhibuit Alexander rhetor *περὶ σχημάτων* p. 439. vol. VIII. ed. Walz., ut exemplum ederet *αἰτιολογίας.* — *οὐ τὸ συμβὰν ἐσκέψατο, ἀλλὰ τὴν τοῦ δεδρακότος διάνοιαν, non eventum spectavit*, i. e. occisionem adversarii, *sed eius, qui fecerit, animum.* Vide, quae Demosthenes orat. de coron. 192. p. 292. rem suam contra Aeschinem defendens dicit: *ἐν οἷς τὴν προαίρησίν μου σκόπει τῆς πολιτείας, μὴ τὰ συμβάντα συκοφάντει. τὸ μὲν γὰρ πέρας, ὡς ἂν ὁ δαίμων βουληθῇ, πάντων γίγνεται· ἡ δὲ προαίρεσις αὐτὴ τὴν τοῦ συμβούλου διάνοιαν δηλοῖ.* Cf. Aristot. art. rhet. I, c. 13. *ἔστι δὲ πάντα τὰ τοιαῦτα περὶ τοῦ ἄδικον εἶναι καὶ φαῦλον, ἢ μὴ ἄδικον, περὶ οὗ ἡ ἀμφισβήτησις· ἐν γὰρ τῇ προαιρέσει ἐστὶν ἡ μοχθηρία καὶ τὸ ἀδικεῖν.* et ibid. *καὶ μὴ πρὸς τὴν πρᾶξιν, ἀλλὰ πρὸς τὴν προαίρεσιν (ἐπιεικὲς σκοπεῖν.)* Inprimis huc spectant verba auctoris ad Herenn. II, 16: *voluntatem in omnibus rebus spectari convenire, et quae consulto facta non sint, ea fraudi esse non oportere.* Multa in hanc rem veterum dicta contulerunt Heraldus animadverss. in Sal-

Digitized by Google

masii observatt. ad ius Attic. et Roman. lib. V. p. 354. ss. et Dis- §. 54
senius adnot. ad orat. de coron. p. 359. s., opibus doctrinae a Menlio suo instructus. — *ζῶντα νικῆσαι.* Ulpianus ad leg. Aquiliam excusat caedem inter pugnandum factam, quia gloriae causa et virtutis, non iniuriae gratia videtur damnum datum. Vid. Heraldus l. c. p. 353. s. — *καὶ οὐκ ἀποκτεῖναι.* Praeter editt. vett., quas designavi in appar. crit., *καὶ* particulam etiam Alexander rhetor l. c. omisit, opinor, ut per asyndetón fortior fieret oratio. Certe hoc nomine facile peccant rhetores. At conveniunt *καὶ οὐ* sedate loquenti; nam explicat orator et explicat oppositione. Haec est enim ratio harum particularum consociationis. Orat. in Timocr. 200. p. 762. *φράσω καὶ οὐκ ἀποκρύφομαι.* Cf. orat. Philipp. II. 31. p. 73. de Cherson. 73. p. 108. de fals. legat. 99. p. 373. *εὐνοϊκῶς δέχεσθε καὶ οὐ φθονηρῶς.* ibid. 218. p. 408. *ἃ ὑμεῖς ἴστε καὶ οὐ παρ' ἡμῶν ὑμᾶς ἀκοῦσαι δεῖ.* de coron. 288. p. 321. *διὰ ταῦτ' ἐμὲ ἐχειροτόνησαν καὶ οὐχ ὑμᾶς.* c. Leptin. 35. p. 468. *εἶθ' ὑμεῖς ἔτι σκοπεῖτε εἰ χρὴ τοῦτον ἐξαιρεῖσθαι καὶ οὐ πάλαι βεβούλευσθε;*. in Aristocr. §. 125. 155. 188. Plane idem usus est particularum *καὶ μή.* Ubi autem alienti sententiae aliquid fortiter opponitur, ibi utuntur *ἀλλ' οὐ*, veluti orat. in Timocr. 152. p. 747. *ἦ πῶς τοῦτον δίκαιόν ἐστι νόμον προαγορεύειν, ἀλλ' οὐκ ἀνομίαν;* cf. orat. de fals. legat. 333. p. 448. Pro iis saepenumero solum *οὐ*, quod pronuntiando acuendum est, poni solet, ut orat. in Mid. 28. p. 523. *χάριν, οὐ βλάβην δῆπου τοῦτ' ἂν εἰκότως ἐνέγκοι μοι παρ' ὑμῶν.* Quae de *καὶ οὐ* docuit Engelhardtus ad Platon. Lach. p. 63. ss., mihi magis probantur, quam dicta C. Frid. Aug. Fritschii ad Evangel. Marci I, 22. — *ἀσθενέστερος ἦν τὸν ὑπὲρ τῆς νίκης ἐνεγκεῖν πόνον.* Poterat etiam dici *ἢ ὥστε ἐνεγκεῖν* vel *τοῦ ἐνεγκεῖν*, ut Hier. Wolfius voluit. Sed ut *ἀσθενὴς ἐνεγκεῖν* dicitur, ita quoque cum comparativo infinitivus. Laudat Schaeferus Wyttenbach. ad Julian. p. 216. ed. Lips. — *αὐτὸν ἑαυτῷ τοῦ πάθους αἴτιον ἡγήσατο.* In plurimis et optimis et deterioribus libris non est *αὐτὸν*, quod et supervacaneum videri potest et commode posse cogitatione adiungi, quum saepenumero casus obliqui huius pronominis omittantur, ubi omissione nulla obscuritas oriatur. Id Dindorfius, illis libris magis, ut puto, nixus quam usu loquendi, delevit prorsus; cautius egit Im. Bekkerus uncis incluso vocabulo, Reiskio et Schaefero placet additum. Additum mihi quoque placet. Enimvero *αὐτὸν ἑαυτῷ* consociatum in hac loquendi formula constans est et usu firmatum, ut vix quisquam allaturus sit exempla, quae id nonnunquam non adiunctum probent. Vid. Antiphontis tetralog. II. γ. 10. p. 123., ubi de simili re agitur, *φονεὺς αὐτὸς αὑ-*

Digitized by Google

§. 54. τοῦ δίκαιος εἶναι ἐστιν. ibid. §. 5. p. 124. αὐτὸς ὑφ' ἑαυτοῦ διέφθαρται. ibid. 9. p. 125. ὁ μὲν γὰρ αὐτὸς τὰς αὐτοῦ ἁμαρτίας φέρων. et alibi. Sophocl. Antig. 1177. (Αἴμων ὄλωλεν) αὐτὸς πρὸς αὐτοῦ. Trachin. 1132. (τέθνηκεν ἀρτίως φοσφαγὴς) αὐτὴ πρὸς αὐτῆς, οὐδενὸς πρὸς ἐκτόκου. Aeschin. orat. in Timarch. 193. p. 27. ἔσται δ' αὐτὸς ἑαυτῷ ἕκαστος αἴτιος. Addo ex Demosthene plura: orat. in Timocrat. 1. p. 700. Τοῦ μὲν ἀγῶνος — οὐδ' ἂν αὐτὸν οἶμαι Τιμοκράτην εἰπεῖν ὡς αἴτιός ἐστιν ἄλλος τις πλὴν αὐτὸς αὐτῷ. ibid. 62. p. 720. τοῦτ' ἤδη ποιεῖ κατήγορον αὐτὸν αὐτοῦ γεγενῆσθαι. de fals. legat. 20. p. 347. ibid. 240. p. 416. c. Nausim. 26. p. 992. c. Macart. 5. p. 1051. de coron. 324. p. 332. Praeterea tenendum est, saepe a librariis pronomen istud talibus locis omissum esse, inprimis in libro Σ, velut orat. c. Boeot. de nom. 37. p. 1005. et Philipp. III. 2. p. 111. ὅπως ἡ μὲν πόλις αὐτὴ παρ' αὐτῆς δίκην λήψεται —, Φιλίππῳ δ' ἐξέσται καὶ λέγειν καὶ πράττειν ὅ τι βούλεται. ubi desiderantur μὲν et αὐτὴ in uno Σ.

§. 55. ὑπὲρ αὐτοῦ *pro interfecto*. Vid. adnot. ad §. 41. p. 207. — καὶ τοῦτον εἶναι καθαρόν. Suppleri iubet Reiskius ἡγήσατο aut ὥρισεν remotiora, id quod proximum est φησίν, rectius Schaeferus. Ad sententiam conferas orat. c. Leptin. 158. p. 505. ἔθηκεν (ὁ Δράκων) ἐφ' οἷς ἐξεῖναι ἀποκτιννύναι, κἂν οὕτω τις δράσῃ, καθαρὸν διώρισεν εἶναι. — εἰ γὰρ ἐγώ τινα τῶν ἐναντίων οἰηθεὶς εἶναι διέφθειρα κ. τ. λ. Cur istam oratoris explicationem contortam esse arbitretur Riemerus l. c. p. 49. et quaesitam, non intelligo, neque quisquam intelliget, qui aut ipse militavit et usu edoctus est, aut auditu compertum habet, quot casus belli sint, quibus amici suos alienos putare atque iis tanquam hostibus damnum inferre possint. Ac veterum res militaris in hac re non differebat a nostra. Sallustius Iugurth. c. 53. refert, haud multum abfuisse, quin amici ignorantes concurrerent. „Paene, inquit, imprudentia admissum facinus miserabile, ni utrimque praemissi equites rem exploravissent“ In pugna apud Vaterlovium Borussi amicos Nassavienses, quibus Bernhardus Vimariensis, dux Batavorum, praeerat, adorti sunt ingenti caede. Simile quid apud Hochkircham accidit bello septenni. — δίκην ὑπέχειν. Vid. §. 27. p. 181. — δίκαιός εἰμι. De huius dictionis usu bene disputavit Bernhardyus in syntax. p. 467. — ἢ θυγατρὶ. ἐπὶ praepositionem, iubentibus bonis libris, non repetii, quamquam in ipsa lege invenitur. Omissam puto ex grata negligentia oratoris, qui, ubi verba legis ponit interpretaturus, non semper diligentissime eorum ducit rationem. — ἐπὶ τούτων τῳ. Non est *propter horum aliquid*, ut Reiskius, neque *propter harum aliquam*, ut Schaeferus voluit. Nam

Digitized by Google

adulter non poterat ex legis voluntate occidi a marito vel τυράνν. vio- §. 55
latae nisi in ipsa turpitudine deprehensus. Vid. Plat. de legg. IX, p. 874. ἐάν τε ἀνὴρ ἐπιτύχῃ γαμετῇ γυναικὶ βιαζομένῃ, κτείνας τὸν βιαζόμενον ἴσθι καθαρὸς ἐν τῷ νόμῳ. — ἀθῷον. Anecdota Bekkeri p. 352, 14. Ἄθῳος· ὁ ἀζήμιος, ὁ ἔξω τῆς θαῆς ἤγουν τῆς ζημίας. Etymol. magn. p. 24. s. v. et Etymol. Gudian. s. v. Praeter ἀθῷον κοεῖν in usu sunt apud Demosthenem ἀθῷον καθιστάναι, ἀθῷον εἶν, ἀφιέναι, ποιεῖναι, ἀθῷον εἶναι Olynth. III, 11. p. 31. de fals. legat. 258. p. 423. ib. 284. p. 432. in Mid. 107. p. 549. Aristocr. §. 61. 81. 85. 217. Schaeferus vocabulum sine ι subscripto scribi iubet et inter grammaticos tum veteres tum recentiores sunt, qui eum eo consentiunt, ego vero sententiam eorum comprobo, qui signum illud de auctoritate Archilochi addi malunt, qui soluta forma substantivi θαὴ pro θωὴ in verso usus est, quem affert Etymol. magn.: ὡς δ' ἂν σε θαὴ λάβοι. Vid. Elmsleii adnot. ad Euripid. Med. 1267. Maetzneri ad Lycurg. p. 216.

§. 56. τί δή ποτε; Hac interrogatione facta ultimum legis locum, dum ceteros paucis transegit verbis, amplius ita pertractat, ut exspatietur et gaudeat materia, ab hac parte sibi opportune oblata. Solet enim orator eo lubentius adhibere omnia, quo magis ea causae suae favent. Nihil autem magis afficere animos iudicum debebat, quam audire, quantum uxoribus et liberis aliisque immineat periculi, ubi ad se venerit Charidemus habitatum, non copiis et militari imperio circumdatus, quo tutus mulieribus in Thracia et liberis vim intulerit, sed ut privatus homo pravis moribus et cupiditatibus ad libidinose vivendum instigatus. Qui quum sanctitatem acceperit decreto, ne tum quidem maritus, cuius uxorem corruperit, eum suo iure punire poterit, sed tacite ferenda erit ista contumelia. — ἵνα μὴ πάσχωσιν ὑβριστικὸν μηδὲ ἀσελγὲς μηδέν. Vid. Bekk. anecdota p. 451, 10. Ἀσελγές· πᾶν τὸ σφοδρὸν καὶ βίαιον. Καὶ ἀσέλγεια ἡ μετ' ἐπηρεασμοῦ καὶ θρασύτητος βία. cf. ibid. p. 217, 9. Ἀσέλγεια· ἡ περὶ τὰ ἀφροδίσια καθ' ὑπερβολὴν σπουδή· οἱ δὲ ῥήτορες ἐπὶ ὕβρεως καὶ αἰκίας ἐχρήσαντο. Hinc coniuncta sunt, ut h. l. ὑβριστικὸν et ἀσελγὲς, ὕβρεως et ἀσέλγεια orat. in Mid. init. τὴν μὲν ἀσέλγειαν — καὶ τὴν ὕβριν ἣ πρὸς ἅπαντας ἀεὶ χρῆται Μειδίας. cf. orat. in Conon. 4. p. 1257. ἀσελγὲς ποιεῖν et ὑβρίζειν orat. in Mid. 67. p. 536. ibid. 76. p. 539. τοὺς ὑβρίζοντας ἅπαντας καὶ τοὺς ἀσελγεῖς, cf. in Timocr. 148. p. 755., et in eadem illa oratione ἀσελγὲς καὶ βιαίως χρῆσθαί τινι, dicta maxime de iis, qui proterve et petulanter agunt, nec non de iis, qui per vim corrumpunt mulieres. — καὶ τοὺς φίλους. Quamquam verissime hoc loco omnes libri, optimus etiam liber Parisinus, dederunt

Digitized by Google

§. 56 φίλους; tamen Im. Bekkerus, assentiente Dindorfio, non dubitavit ex suo ingenio φίλους scribere, idque probavit Schaeferus. Hic ait. φίλος et φίλιος perinde inter se differre, ut vernacula Freund et befreundet, ut dici possit φίλιος qui non possit φίλος." Sed cum libris Bekkerus apud Platonem de legg. IX, p. 865. recte commendavit *εἴ τις ἐν ἀγῶσι καὶ ἄθλοις δημοσίοις — ἀκάνθινόν τινα φίλιον*, ubi Astius φίλον habet, et Sympos. p. 221. B.: *ἡρέμα περιπατοῦν καὶ τοὺς φιλίους καὶ τοὺς πολεμίους.*, contra libros autem de republ. III. p. 414. B. scribendum fuit φίλιον, et Menexen. p. 243. C. *νικήσαντες μὲν τοὺς πολεμίους, λυσάμενοι δὲ τοὺς φίλους.* ubi Stallbaumius φίλους bene scripserat ad Phileb. p. 21. E., quod tamen ipsum fecisse postea poenituit in commentariis ad libros de republ. l. c. *Οἱ φίλιοι* enim oppositi sunt ibi hostibus, qui ex parte barbari sunt. Eadem de causa probo, quod restituit Kruegerus Xenoph. Anab. I, 8, 14. *ἀποβλέπων εἴς τε τοὺς πολεμίους καὶ τοὺς φίλους.* Vellem idem fecisset lib. V, 7, 12. Nulla e codicibus varietas scripturae notatur Hellen. VII, 5, 17. *καὶ τοὺς μὲν φίλους νικῶντὰς ἀνέλιττον, τῶν δὲ πολεμίων ἦν οὓς ὑποσπόνδους ἀπέδοσαν.* Adde Thucyd. V, 94. Plut. de republ. II. p. 382. C., quo loco φιλίων plane absonum esset. Hoc autem Aristocrateae loco tuentur scripturam omnium librorum verba, quae sequuntur, *τοὺς ἐχθρὰ κοινοῦντας ἐν ἐχθροῦ μέρει κολάζειν ἀπέδοκεν ὁ νόμος.* Mea enim sententia est, ubi simpliciter indicantur, qui a partibus stent alicuius, φιλίους dici, ubi autem ratio amicae, benevolae vel officiosae mentis e contextu orationis accedat vel animadverti possit, ibi φίλους locum habere iuxta πολεμίους, id quod inprimis in hunc locum cadit, ubi omnia eo pertinent, ut quem Atheniensis amicum habeant vel habere debeant, inimico in ipsos animo affectus aliquando fore dicatur. Constat etiam, solitos esse librarios et grammaticos, ubi scriptores de hostibus et amicis loquantur, φίλιον saepius in φίλιον, quam φίλιον in φίλιον, mutare, quum πολέμιος vellent diligenter opponi φιλίους, φίλους arbitrantes oppositos ἐχθροῖς. Etsi id nostro loco non factum est, sed φίλων intactum reliquerunt omnes, tamen cum alibi istam commutationem animadvertimus, tum paulo post plures et inter eos praestantiores libri, etiam liber Parisinus et Aristides rhetor apud Walz. vol. XI. p. 343. φιλίων, quod ego quoque parum considerate in orationem intuli. — *εἰς αὐτοὺς ὑβρίζωσι καὶ διαφθείρωσιν.* Quod ad αὐτοὺς attinet, ne suspiceris, inquit Schaeferus, scribendum αὐτάς. Orator enim hic loquitur generatim simul cum illis, quarum ante meminit, mente complectens παῖδας, ἀδελφούς, alios." Intelligendi sunt omnino liberi homines et ingenui, ut nihil dicam de servis, quales indicantur in lege apud Demosthenem orat.

Digitized by Google

in Mid. 47. p. 529. citata: ἐάν τις ὑβρίζῃ εἴς τινα, ἢ παῖδα ἢ γυναῖκα §. 56
ἢ ἄνδρα, τῶν ἐλευθέρων ἢ τῶν δούλων κ. τ. λ. Explicarunt hanc loquendi rationem Godofr. Hermannus ad Viger. p. 715. et Matthiaeus gram. §. 434. p. 809. Porro eadem verborum iunctura est apud Platonem Sympos. p. 174. B. Ὅμηρος μὲν γὰρ κινδυνεύει οὐ μόνον διαφθεῖραι, ἀλλὰ καὶ ὑβρίσαι εἰς ταύτην τὴν παροιμίαν. ubi pariter atque hic εἰς praepositio ad solum ὑβρίζειν pertinet. Exprimunt autem duo ista verba hoc loco idem quod βιάζωνται, i. e. *vi corrumpant*. Nam ὑβρίζειν, quod significat insolenter et contumeliose tractare, definitur addito altero διαφθείρειν, quod est corrumpere, vitiare, ut orat. I. in Stephan. 27. p. 1109. ibid. 79. p. 1025. τίνος γυναῖκα διέφθαρκα. orat. II. in Stephan. 21. p. 1135. Lysiae orat. de caed. Eratosth. 4. et 8. p. 92. 16. p. 93. et Aeschinis orat. in Timarch. 182. p. 23. θυγατέρα διεφθαρμένην. Vid. Lobeckii adnot. ad Phrynich. p. 70. et Bremii ad Lysiam p. 4. et Aeschin. vol. I. p. 125. De hac mea explicatione dubitari non potest, si spectas Platonis verba in libr. IX. de legg. p. 874. B., quae legi Atticae, de qua hic agitur, vel simili respondere videntur. Dicit philosophus: ἐὰν λωποδύτην ἀμυνόμενος ἀποκτείνῃ, καθαρὸς ἔστω, καὶ ἐὰν ἐλευθέραν γυναῖκα βιάζηταί τις ἢ παῖδα περὶ τὰ ἀφροδίσια, νηποινεὶ τεθνάτω ὑπό τε τοῦ ὑβρισθέντος βίᾳ καὶ ὑπὸ πατρὸς ἢ ἀδελφῶν ἢ υἱέων· ἐάν τε ἀνὴρ ἐπιτύχῃ γαμετῇ γυναικὶ βιαζομένῃ, κτείνας τὸν βιαζόμενον ἔστω καθαρὸς ἐν τῷ νόμῳ. Huc etiam pertinet δίκη βίας sive βιαίων. Vid. Harpocrat. s. v. βιαίων. Itaque inania sunt, quae Platnerus libr. c. II. p. 208. et qui eum sequutus est, Riemerus libr. c. p. 52. censuerunt, significari verbis illis violationem persuasione et illecebris factam, quippe non reputantes secum, huic opinioni adversari universam loci sententiam, quo orator iis qui audiunt, timorem inicere studeat, ne Charidemus vim aliquando oblaturus sit suis. Monet enim, posse fieri, ut dux ille, Thracia relicta, Athenas profectus in urbe habitet, non amplius priore potestate instructus, qua multa faciat legibus interdicta; sed pro consuetudine libidinum intemperantia eadem moliri suscipiat. Quem talem futurum esse cogitat orator, eumne putemus blandis verbis deliniturum esse animos mulierum ad fidem frangendam maritis, an potius vi expugnaturum pudicitiam earum? Quod si valeret duumvirorum illorum sententia, nesciremus sane, cur diceretur Charidemus imperio privatus aliquando commorari posse Athenis. Hoc autem ipsum turpissimum esse indicatur, eum, qui prius fretus copiis suis violenta fecerit, ab iis quamvis remotum, posse tamen eadem cum vi facere impune. — οὐ γένος ἐστὶ φίλων καὶ πολεμίων. H. e., interprete Schaefero, οὐ γένει εἰσὶ φίλοι καὶ πολέμιοι. At enim Isocrates

Digitized by Google

§. 56 dicit in Panegyric. 184. p. 49. οὐκ ἐπὶ τοὺς καὶ φύσει πολεμίους καὶ πατρικοὺς ἐχθροὺς (στρατεύειν προσήκει;) Quamobrem recte monet Schaeferus, Demosthenem loqui de Graecis, non de barbaris, de quibus Isocrates loquitur. Ceterum Aristides art. rhet. p. 348. vol. IX. edit. Walz. depromsit ex hoc loco exemplum σεμνότητος. Καὶ τὰ τοιαῦτα, inquit, σεμνότητος μετέχει, ὅταν λέγῃς καὶ φύσεις διαιρῇς καὶ διορίζῃς, οἷον „οὐ γὰρ γένος ἐστὶ φιλίων καὶ πολεμίων ἕν. unde ἕν, quod non est in libris Demosthenis, oratori reddendum esse dicit Norrmannus. — ἐν ἐχθροῦ μέρει. Marklandus scribi iubet ἐν ἐχθρῶν μέρει, uti dictum est orat. de coron. 292. p. 323. ἐν τῷ τῶν ἐναντίων μέρει τετάχθαι, sed Schaeferus bene interpretatur scripturam omnium librorum: *hostilia facientes per legem licet sic punire, ut punias hostem.* Μέρος, ut μοῖρα, de re militari sumtum, idem est quod τάξις. Infra §. 148. στρατιώτης ὢν ἐν σφενδονήτου καὶ ψιλοῦ μέρει. Xenoph. Cyrop. VI, 1, 28. ἐν ἀκροβολιστῶν μέρει εἶναι in loco velitum esse. Cf. Aristocrat. §. 61. τὸν ἄγοντα καὶ φέροντα τἀμὰ ἐν πολεμίου μοίρᾳ. et c. Leptin. 81. p. 481. ἐφ' οὓς μεθ' ὅπλων ἦλθεν ἐν ἐχθροῦ τάξει. Inde translatum videmus ad alias vitae partes et rationes, ut Olynth. III. 31. p. 87. ἐν ὑπηρέτου καὶ προσθήκης μέρει. cf. Olynth. II. 14. p. 22. Aristocr. §. 210. εἰς ὑπηρέτου σχῆμα καὶ τάξιν προελήλυθε. Isocrat. Evagor. 24. p. 193. ἐν ἰδιώτου μέρει διαγαγεῖν. Denique maxime apud Demosthenem et Platonem frequentissima sunt ἐν ἀρετῆς καὶ σοφίας μέρει, ἐν χάριτος μέρει καὶ δωρεᾶς, εὐεργεσίας, ἐν παρέργου, παιδιᾶς μέρει et μοίρᾳ, alia, quorum satis magnam copiam suppeditant Reiskius ind. graec. s. v. μέρος, Vigerus p. 108. et Wyttenbachius ad Plutarch. t. I. p. 63. Ita quoque ἐν δωρεᾶς τάξει infra §. 89. Vid. Reisk. ind. s. h. v. — ἀποδίδωσι. i. e. permittit, ut par est, quippe quod ius sit et populo debeatur. Vid. Reiskii ind. graec. p. 67. Antiphon. tetralog. II. V. 9. p. 128. ἃ ὁ νόμος ἀποδίδωσί μοι, ut ex uno libro dedit Maetznerus adhibito nostro loco. Ita τιμωρίαν ἀποδιδόναι orat. in Mid. 40. p. 527. Lysiae orat. de caed. Eratosth. 2. p. 92. — οὐκοῦν δεινὸν — ἀποκτείνειν. Ita magis placet Im. Bekkeri et Dindorfii interpunctione uti, quam Taylorum et Schaeferum sequi interrogandi signum suadentes. Oratio est enim temperate argumentantis. Et certum est, interrogari per οὔκουν vel οὐκ οὖν δεινὸν fere constanter solere in oratione acriore et commotiore, poni autem οὐκοῦν δεινὸν sine interrogatione, ubi oratio sedatior est et magis modica. Infra §. 61., quem locum Schaeferus attulit, sola interrogatio valet, εἶτα praeposito vocabulis οὐ δεινὸν. Pariter incitatior paulo fertur orator in Midiana 61. p. 534. ibique cum interrogatione, ut orat. in Neaer. 107. p. 1381. et 117. p. 1385.

Digitized by Google

§. 57. *Φέρε, ἐὰν δέ τι συμβῇ τοιοῦτον.* Hic demum commodior fit oratio, quod liquet ex vi oppositionis, antegressa adhortandi voce. Iniquum est, dicit, non licere puniri Charidemum propter quae alii puniuntur. Quid autem tum, si evenerit, ut Athenis vitiet mulierem alicuius? nonne eum oportebit tacitum ferre contumeliam Charidemi? Huius dictionis exempla non rara sunt. Vid. §. 124. *φέρε, ἐὰν δὲ δή καὶ Μενέστρατος ἡμᾶς ὁ Ἐρετριεὺς ἀξιοῖ ταὐτὰ καὶ αὐτῷ ψηφίσασθαι, ἢ Φάϋλλος ὁ Φωκεύς —, πότερον ψηφιούμεθα πᾶσιν ἢ οὔ;* orat. c. Leptin. 38. p. 468. *φέρε, ἐὰν δὲ δὴ πάρψας ὡς ἡμᾶς ὁ Λεύκων, ἱκετεύῃ, τί ἔχοντες ἐγκαλέσαι καὶ τί μεμφόμενοι τὴν ἀτέλειαν αὐτὸν ἀφήρησθε, τί πρὸς θεῶν ἐροῦμεν ἢ τί γράφει κατὰ ὁ τὸ ψήφισμα ἐκεῖο ἡμῶν γράψων;* c. Boeot. de nom. 19. p. 997. *φέρε, εἰ δὲ κρακὴς καλοῖτο Μαντίθεος Μαντίου Θορίκιος, τί ἂν ποιοῖμεν;* Alia huius generis collecta ex Aristophane invenies in commentariis in Aristoph. t. V. p. 30., quos Schaeferus ad Leptineam citat. Consimili oppositione dictum est orat. de Chers. 70. p. 107. *εἰπέ μοι, σὺ δὲ τί τὴν πόλιν ἡμῖν ἠγαθέν ποιήσας;* Cf. Bernhardyi synt. p. 73. Ceterum hoc argumentandi genus *ἐὰν δέ τι συμβαίη τοιοῦτον*, quo ducitur argumentum a fictione, rhetores vocant *τὸ καθ' ὑπόθεσιν*, i. e., ut Rufi verbis art. rhet. p. 457. vol. III. ed. Walz. utar, *οὔτε γεγενημένου οὔτε γινομένου δήλωσιν, ἀλλ' ὑποτιθεμένου τοῦ ῥήτορος εἰ τὸ καὶ τὸ γένηται, τί ἂν συμβαίη.* Cf. Quinctil. institut. orat. V. c. 10. 95. 96. — *ἀπυλλαγῇ.* scil. sanctitatem per psephisma Aristocratis adeptus, ad quod attendit Seagerus in diar. classic. LVIII. p. 362. — *τὴν πόλιν.* i. e. Athenas. Constat, in significanda certa quadam urbe articulum solere et addi et omitti. Non autem tenendum est, quod Funkhaenelius ad Androtionem §. 64. docet in eandemque sententiam Maetznerus ad Antiphontem p. 228. praecipit, *πόλιν* saepe sine articulo dici, ubi cives de *sua urbe* loquantur. Ita statuunt doctissimi homines, oratorum sine dubio testimoniis nisi. Quid? si testes ex historicorum scriptorum numero, qui de alienis urbibus narrant, oppono? Tamenne isti testes habebuntur? Certe Thucydides de Lacedaemoniorum urbe loquens lib. I. 10., *ξυνοικισθείσης πόλεως* sine articulo dicit, ut editum est a Poppone, et apud Dionysium Halic. Antiquit. Rom. V. c. 44. *τῶν κατὰ πόλιν τηνικαῦτα διατριβόντων* legendum esse, testatur Schaeferus ad Oedip. tyr. vs. 630. — *ἐπιχειρῶν πράττειν.* Antea dicit *κωλύειν*, hic *πράττειν* de eodem, qui, ut prius potestate praeditus assueverit legibus vetita facere, ita turpiter egisse conetur postea cupiditatibus ductus. Proprietatem utriusque verbi praeclare hoc loco servatam Kruegerus in brevitate definiendi con-

Digitized by Google

§. 57 clamus vernacule sic illustravit, *ut πράττειν* sit die geschäftige, *πολυπραγμοσύνην* die schaffende Thätigkeit, eamque Frid. Franckius ad Olynth. III. p. 57. s. multis exemplis dilucide expedivit. — *ἄλλο τι ἢ — ὑβρίζων*; i. e. *num aliud quidquam oportebit eum facere quam hoc, ut silentio ferat sibi fieri a Charidemo contumeliam?* Affert Reiskius in indic. graecit. p. 28. Herod. I, 109. *ἄλλο τι ἢ λείπεται τὸ ἐνθεῦτεν ἡμῖν πυνθάνων ὁ μέγιστος*; De hac forma interrogandi *ἄλλο τι ἢ* ex ellipsi profecta vid. Sluiteri lect. Andocid. p. 140. Franzii adnott. crit. ad Lysiam p. 287. s. et quae Matthiaeus gr. §. 487. 9. et Stallbaumius ad Platon. Eutyph. p. 65 et p. 104. exposuerunt. — *αὐτὸν* pertinere ad praegressum participium vix est quod moneatur; male igitur Reiskius id redire dicit ad suppressum *τινά*: de qua re supra §. 39. p. 208. Pro *αὐτὸν* inutilem coniecturam dedit Seagerus in diar. classic. LVIII. p. 362. *αὐτοῦ*, ut sit *tibi*, *illic*.

§. 58. *διὰ τὸ ψήφισμα τουτί*. Quod editt. veteres dant *διὰ τὸ ψήφισμα τουτουί*, id ortum videtur e scriptura nonnullorum librorum *τουτοί*. Genitivus stare posset, si repetitus esset ante pronomen articulus, ut §. 70. *ἐν τῷ ψηφίσματι τῷ τούτου*. — *ποῦ δὲ γένοιτο ἂν ταῦτα*; Adverte alacritatem obloquendi, quam valde adiuvat *δὲ* particula. Pari vigore animi respondet ipse adversario, quem sibi fingit: *τίς δ' ἂν ἀποκτείναι Χαρίδημον*, quem dicendi modum rhetores vocant *τὸν διαλεκτικὸν* sive *τὸν διάλογον*, quo sermonis consuetudinem inferunt in orationem. Vid. Tiberius apud Walz. vol. VIII. p. 546. s. et Quinctilianus instit. orat. IX, 2, 30. ss. Eadem vis δὲ particulae in adversando observatur Philipp. III. 16. p. 114. *καὶ μηδεὶς εἴπῃ, τί δὲ ταῦτ' ἐστὶν ἢ τί τούτων μέλει τῇ πόλει*; orat. de fals. legat. 188. p. 400. *περιιὼν λέγει „τί δ' ἂν εἴποι τις περὶ Δημοσθένους, ὃς τῶν συμπρέσβεων κατηγορεῖ*; in Mid. 209. p. 582. *οὐκ ἂν εὐθέως εἶπον" τὸν δὲ βάσανον! τὸν δὲ ὄλεθρον! τοῦτον δὲ ὑβρίζειν*; *ἀναπνεῖν δὲ*; Plura cupientibus suppeditabunt Reisigius commentt. crit. ad Oedip. Col. vs. 585. et Gustav. Albert. Sauppius ad Xenoph. Memor. II, 9, 2. Deinde, ne praeteream inutilia, Iurinus contra omnium librorum fidem pro *ποῦ* scripsit *πῶς*. Alio modo erravit Reiskius *ποῦ* pro *πῶς* dictum putans in indice graecit. p. 416. Bene Schaeferus improbatis istis conatibus: scilicet qui hoc excipit (*ὑπολαμβάνει*) negat tale quid usquam extra Thraciae fines fieri posse." Denique ad *τίς δ' ἂν ἀποκτείναι Χαρίδημον*; intelligi Schaeferus vult: *εἰ γένοιτο*, quod non rectum est; si id velit referri ad contumeliam, quam Charidemus alicui intulerit. Negat in universum orator, quemquam futurum esse pro rerum conditione, qui occidat Charidemum. — *τὸ φεῦγον ψήφισμα. φεύγειν* raro de rebus dici-

Digitized by Google

tur. Reiskius ind. graecit. p. 523. ita interpretatur: plebiscitum con- §. 58
troversum, de quo nunc certatur, utrum reprobandum, an perferendum sit." Ita quoque ἀποφεύγειν *absolvi* §. 96. εἴ τι γε γραφὴν — ἀπέφυγε. orat. de coron. 222. p. 302. ψηφίσματα τὰ τότε μὲν ἀποπεφευγότα. — ὁ μηδ' εἰ γενήσεται μηδεὶς οἶδε. Similiter orat. de coron. 70. p. 248. καὶ ὅσ' ἄλλα τοιαῦτα ἡ πόλις ἠδίκητο, οὐδ' εἰ γέγονεν οἶδα. in Mid. 78. p. 539. τοῦτον οὐδ' εἰ γέγονεν εἰδὼς οὐδὲ γιγνώσκων. Sed μηδ' — μηδεὶς nostro loco positum est, quia in tota enunciatione notio causae vel iudicium obtinet. — τὸ μὲν τοῦ μέλλοντος ἔσεσθαι. i. e. *quod attinet ad futurum eventum*, uti Schaeferus interpretatur. Genitivi structura eadem est atque in his: τὸ τῆς μνήμης, τὸ τοῦ θεοῦ, τὸ τῆς γνώμης orat. c. Leptin. 118. p. 493. Quare inutile dicendum est ἄδηλον, quod Reiskius post ἔσεσθαι addi vult. Porro cum τὸ τοῦ μέλλοντος ἔσεσθαι contendas orat. de coron. 199. p. 294. εἰ γὰρ ἦν ἅπασι πρόδηλα τὰ μέλλοντα γενήσεσθαι. — ἀμφοῖν refertur ad duo illa ποῦ δὲ γένοιτο ἂν ταῦτα; et ad τίς δ' ἂν ἀποκτείναι Χαρίδημον; — πρὸς δὲ τοῦτο i. e. πρὸς τὸ τοῦ μέλλοντος ἔσεσθαι κοινὸν ἀμφοῖν ὑπάρχον. Explicat haec et proxima Reiskius sic: *et ad hoc* (incertum futuri temporis) seu *convenienter itaque huic futurorum eventuum incertitudini supponamus more humano spes seu exspectationes.* — ἀνθρωπίνως, ut par est hominibus, qui futura non providentes exspectare debeant, quae ventura sint. Ἐλπὶς in utramque partem dicitur et de spe et de exspectatione et metu, auctoribus Thoma Magistro p. 299. qui dicit: καὶ ἐπὶ κάλου καὶ ἐπὶ κακοῦ, et schollasta ad Thucyd. I. 1. οὐ μόνον ἐπὶ ἀγαθοῦ, ἀλλ' ἁπλῶς ἐπὶ τῇ τοῦ μέλλοντος ἐκβάσει λέγεται, ut Latinorum *spes* et *sperare*. Vid. Reisigii adn. ad Sophocl. Oedip. Col. enarrat. p. CLXIX., Schaeferi ad h. l., ad p. 655. 20. p. 506. 16. et p. 416. 12. et Doederlini synon. III. p. 55. s. Articulus autem in τὰς ἐλπίδας indicat exspectationes, quas orator et adversarius habent. — οὕτω σκοπῶμεν, ὡς τάχ' ἄν, εἰ τύχοι, καὶ τούτων κἀκείνων συμβάντων i. e. *ita consideremus, ac si forte casu aliquo et hoc et illud contingere possit.* Admodum dura mihi visa est scriptura libri Parisini οὕτως, sequentibus literis σκ in σκοπῶμεν, quamquam alias huic libro in huiusmodi rebus levioribus fere obsequendum esse duxi. Eam quoque firmare videtur quod plurimi libri habent οὑτωσί, quippe illatum ad mitigandam illius formae duritiem. Οὑτωσὶ enim locum non obtinet in his dictionibus οὕτω σκοπῶμεν, οὕτω τὴν γνώμην ἔχετε et similibus, adiecta cum ὡς particula enunciatione participiali, quam constructionem Matthiaeus §. 569. 5. illustravit. Cf. orat. de Cherson. 61. p. 104. ὡς οὖν ὑπὲρ

Digitized by Google

§. 58 τῶν ἐσχάτων ὄντος τοῦ ἀγῶνος προσήκει οὕτω γιγνώσκειν. De τάχ' ἄν vid. Reisigium ad Oedip. Colon. enarrat. vs. 960. — εἰ τύχοι i. e. *data occasione, si fors ita tulerit.* Vid. Jacobi adnott. ad Lucian. Toxar. p. 47. Hieron. Wolf. ad Demosth. p. 195, 3. Hoc additamento habemus exemplum constructionis completae, ut animadvertit Schaeferus. Vid. orat. de Rhodior. libert. 16. p. 195. τάχ' ἄν, εἰ τύχοιεν, σωφρονέστεροι πρὸς τὸν λοιπὸν τοῦ χρόνου γένοιντο. ubi, ut nostro loco, exquisita abundantia est loquutionum similium. Add. orat. in Timocr. 36. p. 711. τάχ' ἄν, εἰ τύχοι, τοὺς μὲν ἀντειπόντας ἄν, εἰ μὴ προαισθοιντο, λάθοι, οἱ δ' οὐδὲν προσέχοντες ἀναγνοῖεν ἄν.

§. 59. Postremo claudit confutationem psephismatis in hac parte aequali membrorum conformatione, ubi singula singulis opposita augent acumen et vim sententiarum. Haec antithetorum ratio in omni oratione magnam utilitatem habet. Vid. Hermogenem de invent. p. 147. ss. vol. III. ibid. de method. p. 420. Quinctilianum instit. orat. IX, 2. 100. et 3, 81. ss. — ἐῶσι δὲ, i. e. μὴ λύουσι δὲ, ut ex opposito apparet. Orat. de Rhodiorum libert. 19. p. 196. τὸν παρ' ὑμῖν δῆμον ἐάσουσιν. — ἡ μετὰ τῶν νόμων δίκη. Antea αἱ κατὰ τοὺς νόμους τιμωρίαι. Ab usu praepositionum ita differunt, ut hoc significet poenas, in quantum eas leges permittunt, ἡ μετὰ τῶν νόμων δίκη vero dicatur, quando quis ius suum persequitur legum praesidio, vel ut accuratius explicem, praeeuntibus legibus, quae rem adiuvant. Eodem modo λαμβάνειν τὰ δίκαια κατὰ τοὺς νόμους et μετὰ τῶν νόμων.

Lex VII.

§. 60. *Νομος.* Antegressae legi alteram hic adiungit, quae permittit, vim inferentem impune necari. De ea vide Petitum legg. Attic. lib. VII. p. 619. s. et Matthiaeum de iudiciis p. 151. s, Wachsmuthium antiquitt. Hellen. II. 1. p. 269., C. Fr. Hermannum antiquitt. publ. §. 104. n. 14. et qui largiorem eius dedit interpretationem, Ioan. Didericum de Riemerum l. c. p. 54—59. Etiam quaedam ex iis, quae Meierus et Schoemannus de ordine iudiciorum Atheniens. p. 545. ss., Platnerus de causis et iudiciis Atheniens. II. p. 176. ss., Hefflerus de re iudiciali Atheniens. exposuerunt de δίκῃ βιαίων, consideranda sunt, quamquam viri illi eo capite rationibus huius legis neglectis ad suas res non fuerunt avidiores. — Duplex vis est, quae inferri potest, una hominibus, altera rebus, quae alicuius sunt. De utraque in legibus Atticis constitutum erat, ex iisque nonnullas Plato in suas leges

Digitized by Google

lib. IX. p. 869. D. et p. 874. B. transtulit. Priore loco dicit ἀμυνόμενος ἄρχοντα χειρῶν πρότερον, καθάπερ πολέμιον ἀποκτείναις, ἔστω καθαρός· καὶ ἐὰν πολίτης πολίτην, ὡσαύτως, ἢ ξένος ξένον. altero πύκτωρ φῶρα εἰς οἰκίαν εἰσιόντα ἐπὶ κλοπῇ χρημάτων ἐὰν ἐλὼν κτείνῃ τις, καθαρὸς ἔστω. In communione harum et similium nostra videtur fuisse. Jam quaeri oportet, quod genus iniuriarum, num corporalis an realis, ut cum philosophis loquar barbare, intelligi debeat. Petitum priorem intelligere, etsi id non disertis verbis aperit, tamen ex eo liquet, quod legem Rhadamanthi eo spectantem ex Apollodori bibliotheca II, 4, 9. citavit: ὃς ἂν ἀμύνηται τῶν χειρῶν ἀδίκων ἄρξαντα, ἀθῷον εἶναι, deinde quod e Ciceronis orat. pro Milone c. 4. verba laudavit, ubi inter alia dicitur, si quis in vim, in tela aut latronum aut inimicorum inciderit, omnem honestam rationem esse expediendae salutis. Et Riemerus vehementer animi pendens, quorsum se verteret interpretando, non aliam consilii invenit viam, qua exiret e difficultatibus, quas sibi ipse parasset, nisi ut utrumque iniuriarum genus in verbis legis inesse statueret. Eam ait proprie quidem de iniuria reali sancitam esse, sed quia φέρειν et ἄγειν direptionem significarent, ipsam illam realem iniuriam cum corporali coniunctam esse potuisse, si v. c. direptori resisteret is, cuius bona diriperentur, nec tamen instituta iniuria abstineret, sed insuper etiam resistentem aggredi auderet.“ Sed sola iniuria, quam quis facit alienum appetens, intelligenda est: in qua propulsanda si alter, qui spoliatur, spoliatorem petit et ipse ab eo petitur cum periculo vitae, tamen defensionem proprie non ad vitam suam tuendam, sed ad res suas conservandas suscipit. Fallitur Riemerus statim in eo, quod e legis verbis φέροντα ἢ ἄγοντα non apparere dicit, utrum quis aliquem an aliquid vexarit, non cogitans, hanc loquutionem non posse in ipsa lege de vexandi, sed ferendi et agendi consilio accipi, ex qua φέρειν ad fruges, pecunias, reliquas res quae ferebantur, ἄγειν autem ad praedas hominum pecorumque quae agebantur, referendum est. Ipsa distinctio, quae fit inter utrumque per ἢ particulam, documento nobis esse debet, sua quodque verbum propria potestate intelligendum esse, quum significare legislator voluerit, si direptio alterutro modo tantum fieret, auferendo res inanimes aut animantes abigendo, vim vi posse repelli. Hoc profecto mihi certum est, si legislator iniuriam corporalem simul indicare voluisset iuxta realem, eum longe alia dictione usum fuisse. Quod autem βίᾳ additum est, in quo idem ille Riemerus haesitat, id factum est ad modum ferendi et agendi significandum: nam φέρειν ἢ ἄγειν aliquis potest etiam quod dono accepit vel non invito altero

§. 60

§. 60 nactus est; et simplex loquutio consuetudine demum loquendi accepit vim diripiendi et depopulandi et inde ductam vexandi significationem. Vide supra §. 44. p. 212. In eam sententiam non abs re erit conferre, quemadmodum Demosthenes orat. in Mid. 44. p. 528. ad leges certas spectans ἐκόντα παρ' ἐκόντος λαβεῖν τι καὶ ἀποστερῆσαι opposuerit verbis βίᾳ τι ἀφελέσθαι. Neque etiam improbandum est, si statuamus, in legibus, quae in tabula legum loco nostra priores essent, tale quid constitutum fuisse, quod de vi rebus clam vel dolo illata valeret, hanc autem illis adnexam ordine de rapinis cum vi aperta factis agere. Ad extremum addo verba scholiastae ad Platon. de rep. V. p. 465. A. βιαίων δίκη ἐστιν, εἴ τις βίᾳ εἰσελθὼν ἔλαβεν ἀλλότριόν τι ἢ ἐκ χωρίου ἢ ἐξ οἰκίας, βιαίων ἐκρίνετο. quae actio tum videtur instituta fuisse, quum quis primo statim incursu non potuisset coercendo spoliatore sua recuperare. — Deinde accessit etiam ἀδίκως, ut indicetur qui iniuste involet vel impetum in aliculus bona faciat sui commodi causa, nulla accepta iniuria, quam ulciscatur. Comparandum hoc est cum Herodoteis illis lib. I. 5. πρῶτον ὑπάρξαντα ἀδίκων ἔργων ἐς τοὺς Ἕλληνας, lib IV, 1. ὑπῆρξαν ἀδικίης et lib. VII, 8. ἐμὲ καὶ πατέρα τὸν ἐμὸν ὑπῆρξαν ἄδικα ποιεῦντες, et quae praeterea contulit Valkenarius in adnott. ad Euripidis Phoen. 1576.

Denique cautio adiecta est verbis εὐθὺς ἀμυνόμενος, ut ne quis omni modo spoliatorem trucidaret. Defensio enim eodem temporis puncto fieri debebat, quo ille in eo erat, ut res per vim auferret: tum eum etiam interficere licebat; eo praeterito non licebat, quum facta esset copia iudicis (δίκης βιαίων). Quare hoc ius interficiendi quia momentaneum erat, defensio debebat esse sine intentione, ut dicunt: quae si praemeditata erat neque ultima necessitate effecta, ius inculpatae tutelae evanescebat et ultor iniuriae idemque occisor alterius poenae obnoxius erat.

κελεύει additum post τεθνάναι in nonnullis libris pro fulcro infinitivi habendum est, quo legem non indigere supra explicatum est p. 174. Orator ut id adderet paulo post verbis legis repetitis necessarium erat. Ad τεθνάναι intellige ὑπὸ ἀμυνομένου εὐθὺς, ut apud Platonem de legg. lib. IX. p. 874. B. plene dictum est: νηποινεὶ τεθνάτω ὑπὸ τοῦ ὑβρισθέντος βίᾳ. De νηποινεὶ Demostheni usitata adverbii forma vid. Car. Reisigii adnott. ad Sophocl. Oedip. Col. enarr. vs. 1638. et Goettlingii ad Theodos. gramm. p. 230. Ceterum peropportune hanc legem orator in suos usus adhibuit, impugnans psephisma Aristocratis, quod vitam ducis mercenariorum quoquo modo tutaretur. Quod quidem, quamvis timendum esset, ne Charidemus mere

Digitized by Google

huius generis ducum spoliaturus esset innocentes populos et socios, §. 60
tamen non permisit, ut spoliati iusta et pia arma, quae lex quum divina tum humana ad occidendum hominem porrigerent, pro salute sua caperent.

Ἄλλα ταῦτα ἐφ' οἷς ἔξεστι κτεῖναι. ἐὰν — κελεύει. Hic H. Wolfio tenebrae fuerunt, quum, quae oratoris verba sunt, partem faceret legis. Adiunxit enim haec omnia legi et scripsit *ἀλλὰ ταῦτα ἐφ' οἷς ἔξεστι κτεῖναι· ἐὰν — κελεύει* et interpretatus est: *sed hoc ob ea, propter quae occidere licet: si quem —*. Isto modo causa addita esset, cur legem dedisset scriptor eius, quod in legibus fieri non solet, et ea ipsa non congrueret antegressae, quasi ea non item casus singulos indicaret, quibus occidere liceret. Non vidit igitur H. Wolfius verba *ἄλλα ταῦτα* quemadmodum vulgo scripta sunt, hanc legem, antegressae utpote parem consimili argumento adnecti. — *τῷ μὲν ὑπεισιόν.* Quod Reiskius de coniectura dedit *μὲν γὰρ*, id Im. Bekkerus, Dindorfius, Schaeferus iure repudiarunt. Ubi enim explicatio rei alicuius additur, ibi omissio huius particulae vulgaris est. Eadem de causa Im. Bekkerus recte delevit *γὰρ* orat. c. Lacrit. 25. p. 931. Cf. Schaefer. ad p. 937. 15. De *ὑπεισιὼν* vide notata p. 227. — *ἐφ' οἷς ἐξεῖναι κτεῖνειν* explicatum est supra p. 226. — *ἀφεῖλε*, quod Im. Bekkerus, Dindorfius, Schaeferus probant, praestat scripturae *ἀφείλετο*, quam eam nonnullis libris Reiskius habet. Cf. §. 75. *ἀλλ' οὐχ οὗτος οὐδὲν ἀφεῖλεν.* Bene Schaeferus quid inter utrumque discriminis sit et hoc loco et ad p. 476. 28. explicavit. Ibi *ἀφαιρεῖν*, inquit, omnino adimere: *ἀφαιρεῖσθαι*, adimere quod ademtum tuos in usus cedat." — *τὸν τοῦ βουλεύσασθαί τι καιρὸν χρόνον.* Contra vim uti iure et moderamine inculpatae tutelae in ultima tantum necessitate concessit legislator. Quare non datum erat ad vindictam spatium, ut quis non tam ad caedem adversarii intenderet, quam ad suam salutem. Vid. Platonem de legg. lib. IX. p. 867. A., ubi de eo loquitur, qui *οὐκ ἐκ τοῦ παραχρῆμα ἐξαίφνης, ἀλλὰ μετὰ ἐκβουλῆς ὕστερον χρόνῳ τιμωρούμενος* aliquem occidit. — *τῷ κάσχοντι διδοὺς τὴν ἐξουσίαν, οὐκ ἄλλῳ τινί.* Non repugnat legi, quod Plato de legg. lib. IV. alicubi dicit, puniendum esse, qui vim alteri illatam non propulset. Nam ius occidendi in solos iniuria affectos cadebat, non in alios, qui quidem si vellent iuvare praesenti periculo possent sed non occidere spoliatorem, nisi poenam subitusi essent. — *κἂν δικαίως, κἂν εἰς οἱ νόμοι διδόασιν.* Taylor offensus in hic verbis, quia, quaecunque iure fiant, eadem iusta leges fieri putabat, pro *δικαίως* scribi iussit *ἀδίκως*, ut significarent illa: *si quis Charidemum interfecerit, quocunque demum modo id fiat, sive iure sive iniuria:*

Digitized by Google

§. 60 nam de ea re nihil in psephismate dictum esse. Quae coniectura verissime a Reiskio improbata est, sic verba interpretante: „Leges scriptae a non scriptis differunt, etiam ubi cum illis convenient: sed saepe illae cum his discrepant. Paulo post v. 22. s. (edit. Reisk.) leges civiles a iure naturae distinguit. Secundum hoc saepe iustum est, quod lege civili huius vel illius civitatis est vetitum.“ Assentiuntur Schaeferus et Dindorfius. Sed quod mireris, prudentissimus et nequissimus auctoritatum aestimator, Im. Bekkerus, non recte commendavit per uncos aliquot optimorum codd. omissionem verborum κἂν δικαίως, quam ex eodem fonte fluxisse atque Tayloris correctionem quis non videat? Ac magnum hoc nobis documentum esse debet, ne aures credere quis velit, quaecunque optimi libri apud Demosthenem suppeditant. Quam certus enim verborum κἂν δικαίως locus sit, iam inde apparet, quod eadem infra §. 75. recurrunt, ubi de Delphinio tribunali agitur, in quo qui iure se occidisse fatebantur, causam dicebant ideoque caedes se defendendi causa patrata iudicabatur. Ibi tamen nulla scripturae diversitas est. Porro si videmus, quae eorum sententia sit, dicit orator: *scriptor psephismatis nihil definivit, sed in universum, si quis occiderit, sive ultima necessitate coactus, quum se vi illata defendit, quod ex iure naturae licitum est, sive ut leges concedunt, ex quibus iustae sunt hominis occidendi causae. Eas quoque vim vi propulsari volunt.* Itaque δικαίως indicat id, quod dicunt τὸ φύσει δίκαιον, id est legem naturae sive divinam, quae, ut fingit Sophocles Antig. 450. ss. et Oedip. Col. 1381. profecta est a Δίκῃ τῇ ξυνέδρῳ Ζηνὸς et animis hominum insita. Vid. Demosth. orat. de coron. 275. p. 317. φανήσεται τοίνυν ταῦτα πάντα οὕτως οὐ μόνον ἐν τοῖς νομίμοις, ἀλλὰ καὶ ἡ φύσις αὐτὴ τοῖς ἀγράφοις νόμοις καὶ τοῖς ἀνθρωπίνοις ἤθεσι διώρισεν. Herodian. lib. IV, 5. ἀμύνεσθαί τε τοὺς ἐπιβουλεύοντας οὐ μόνον δίκαιον, ἀλλὰ καὶ σύνηθες. Eandem oppositionem inter τὸ δίκαιον et τὸν νόμον facit Aristoteles art. rhet. I. c. 15. ubi haec: τὸ δίκαιόν ἐστιν ἀληθές τι καὶ συμφέρον, ἀλλ' οὐ τὸ δοκοῦν· ὅστ' οὐ νόμος ὁ γεγραμμένος. Apposite huc faciunt Ciceronis verba orat. pro Milone c. 4. „Atqui si tempus est ullum iure hominis necandi, quae multa sunt; certe illud est non modo iustum, verum etiam necessarium, quum vi vis illata defenditur.“

§. 61. ἀλλὰ νὴ Δία συκοφαντοῦμεν τὸ πρᾶγμα· i. e. *sed profecto sycophantarum more calumniamur rem, captiose tractamus.* Orat. de coron. 121. p. 268. τί οὖν συκοφαντεῖς; τί λόγους πλάττεις; De sycophantica arte in iudicia vid. Wachsmuthii antiquitt. Hellen. I, 2. p. 156—158. C. Fr. Hermanni antiquitt. public. §. 163.

Digitized by Google

§. 61 9. 10. Simili orationis forma utitur Demosthenes orat. de fals. legat. 222. p. 410: συκοφαντεῖ· νὴ Δί', ἵν' ἀργύριόν μ' λάβω παρὰ σοῦ. Utroque enim loco habemus quam rhetores dicunt ὑποφοράν, cuius vis et natura ea est, ut proponatur aliquid, quod aut ab aliquo oblici aut e re natum contra dici possit et ad id respondeatur eo, quod statim subiicitur. Vid. Ruff. art. rhet. p. 459. vol. III. ed. Walz. et Tiberium de figuris p. 566. vol. VIII. Cf. auct. ad Herenn. IV, 23. Quum id, quod primo ponitur et simul per formulam iurandi νὴ Δία ut verum confirmatur, causae loquentis obfuturum esse videatur, deinde subita responsio contrarium doceat et nociturum adversae parti explicet, inest in hac expressione quaedam voluntatis fictio, quae apparens magis quam confessa ironiae vires nanciscitur eoque multum orationi iucunditatis et gravitatis admiscet. Hinc etiam manifestum fit, interrogationem in enunciatione verbis νὴ Δία instructa a prioribus editoribus vulgatam, nunc a recentioribus fere ubique sublatam esse rectissime. Variae sunt autem huius generis ὑποφορᾶς formae, passim a Schaefero in apparatu critico indicatae et a Kruegero ad Philippicam I. multis exemplis locupletatae. Naturalis et praecipua hoc loco expressa est per ἀλλὰ νὴ Δία incipiens, a Demosthene frequentata, veluti Philipp. II. 13. p. 69. de Cherson. 9. p. 92. de fals. legat. 158. p. 390. c. Leptin. 58. p. 474. in Androt. 69. p. 614. in Timocr. 87. p. 711. 99. p. 731. 125. p. 739. 176. p. 755. 202. p. 768. c. Lacrit. 48. p. 940. c. Callip. 26. p. 1248. Maiore cum vi et vigore profertur illud inverso ordine νὴ Δί' ἀλλά, affirmandi formula ab initio statim vim sententiae obiectae intendente, tum adaugente adversandi particula. Orat. de fals. legat. 272. p. 428. νὴ Δί' ἀλλ' ὅπως ἔντιχε ταῦτα τὰ γράμματ' ἔστηκεν· de coron. 117. p. 266. νὴ Δί' ἀλλ' ἀδίκως ἠρξα. orat. c. Boeot. de nomin. 32. p. 1008. νὴ Δί' ἀλλ' ὕβρει καὶ ἐπηρείᾳ τινὶ τοῦτο ἐτέθη σοι. c. Zenothem. 28. p. 890. νὴ Δί' ἀλλ' ἐκποδών ἐστιν ἄνθρωπος., ut Schaeferus ordinem per pravam interpunctionem a prioribus editoribus obscuratum restituit, et c. Leochar. 55. p. 1097. νὴ Δί', ἀλλ' ἀκριβῶς τοῦ αὐτοῦ πατρὸς διαμεμαρτύρηκεν. Finitima est huic ea forma ὑποφορᾶς, in qua post νὴ Δία deest ἀλλὰ et γὰρ positum est rationem reddens sententiae cogitatione supplendae. Cogites tum adversarium paulo acrius obloquentem. Orat. de fals. legat. 285. p. 432. νὴ Δί' οἱ νέοι γὰρ ἡμῖν δι' ἐκεῖνον ἔσονται τὸν ἀγῶνα βελτίονες· ubi ante haec tali fere modo supplebis: *Recte condemnatus est Timarchus. Nam profecto iuvenes nobis propter illud iudicium meliores erunt.* Addo orat. c. Leptin. 56. p. 474. νὴ Δί' ἀνάξιοι γάρ τινες τῶν εὐεργετῶν ταῦτ' ἦσαν· et tertium Aristocrateae exemplum

Digitized by Google

§. 61 §. 166. οὐδὲ γὰρ τοῦτο γ' ἂν εἶπει τις „νὴ Δί' ἀμυνόμενος γὰρ ὑπὲρ τοῦ μὴ παθεῖν ἐποίει τι κακόν. ubi sic explices: ὀρθῶς ἐποίει, ἀμυνόμενος γὰρ νὴ Δία — ἐποίει τι κακόν. et quartum orat. c. Boeot. de dote 82. p. 1018. νὴ Δί' ἀπραγμὼν γάρ τις ἴσως ἐστὶν ἄνθρωπος καὶ οὐ φιλόδικος. denique quintum ex orat. c. Leochar. 56. p. 1097. ὅτι νὴ Δί', ἂν εἶπει, τοῦτον γὰρ εἰςπεπόιηκα υἱὸν τῇ Δρχιάδῃ. ubi tamen γὰρ particulam, in margine libri Φ et editionis Lutetianae omissam, impugnarunt viri doctissimi, Reiskius, Im. Bekkerus et Schaeferus, mirum esse putantes, quod illud ὅτι antecederet in constructione et γὰρ particula sequeretur. Dindorfius tamen in ea non offendit neque ego offendo, satis defensa allatis exemplis. Ac nemo explicabit, si librariorum esset particula, qua moti causa eam intulerint in orationem. Neque dubium mihi illud ὅτι est, quippe verba alterius, ut solet, inducens. Praeterea alia accedit eaque lenior ὑποφορᾶς forma, ubi νὴ Δία, comitantibus particulis ὅτι, ὅταν, ἐπειδάν, ἵνα et similibus ad antegressam interrogationem se acclinat, ut orat. c. Leptin. 88. p. 468. ὅτι νὴ Δί' ἦσαν τῶν εἰρημένων τινὲς ἀνάξιοι. ibid. 161. p. 506. c. Boeot. 26. p. 1016. c. Leochar. 50. p. 1095. de Cherson. 51. p. 102. ὅταν νὴ Δί' ἀνάγκη τις ᾖ. Philipp. I, 10. p. 43. orat. L. c. Stephan. 11. p. 1104. ἵνα ἡ διαθήκη νὴ Δία μὴ φανερὰ γένοιτο τοῖς δικασταῖς. Eodem pertinent ea exempla, in quibus primarium ad sententiam verbum praecedit sequente νὴ Δία. Aristocrat. §. 124. ψηφιούμεθα νὴ Δία. de coron. 101. p. 259. in Mid. 41. p. 527. ὀργὴ νὴ Δία. Postremo quaeritur, num in hac formula ubique νὴ Δία valeat, an etiam νὴ τὸν Δία. Rarissimum hoc est nec tamen firmatum satis auctoritate librorum contemnendum. Id expetit, meo quidem sensu, numerus orationis orat. c. Pantaenet. 50. p. 981. ὑπὸ τοῦ οἰκέτου νὴ τὸν Δία τοῦ ἐμοῦ, Schaefero νὴ Δία cum solo Augustano I. inferenti, sed ambigo, an idem orat. in Timocr. 126. p. 740. e nonnullis libris acribendum sit. — τίνα γὰρ οἴσει ἢ ἄξει βίᾳ ἀδίκως Χαρίδημος; in quem ferendo vel agendo violenter et iniuste se geret Charidemus? Imperite Bekkerus „aegre, inquit, dici posse puto ἄγειν καὶ φέρειν τινά", eaque processit audaciae, ut accusativum personae simul a χρήματ' αἰνεῦντες quae sequuntur, pendere posse comminisceretur. Nescivit igitur quae e Xenophontis Anab. II, 6. 5. ἦφερε καὶ ἦγεν αὐτούς. notissima sunt. Cf. Demosth. Philipp. 1, 34. p. 49. ἄγων καὶ φέρων τοὺς πλέοντας τὴν θάλατταν. — ἴστε γὰρ δήπου τοῦθ'. Δήπου omissum in aliquot editt. vett. et in uno Bekkeri libro integerrimum est. Saepe id repudiarunt librarii, ut orat. pro Megapol. 28. p. 209. et de fals. legat. 204. p. 404. Solennem hac in phrasi dicit hoc loco

Digitized by Google

Schaeferus usum particulae δήπου collatis p. 533. 25. 546. 22. 642. 22. Adde Olynth. II. 25. p. 25. de pace 20. p. 62. orat. c. Leptin. 26. p. 465. 31. p. 466. 155. p. 504. c. Phorm. 30. p. 915. Ita solet loqui, qui se putat eos, qui audiunt, in re memorata assentientes habere. Orat. c. Phorm. 109. p. 490 recte omissum est. — πάντες οἱ στράτευμα ἔχοντες. Frustra singularem numerum, quem optimi libri commendant, Im. Bekkerus, Dindorfius et ante eos Reiskius reiecerunt, propter verba, opinor, πάντες οἱ — ἔχοντες. Ea vero non officiunt: nam ducum quisque suum habere exercitum cogitandus est. Assentitur Schaeferus. Haud dubie ex interpolatione pluralis profectus est, scribis necesse putantibus ad plures respici et hiatum vitari, qui per singularem oritur. Certe qui στρατεύματ' scriptum repererit, pro eo στράτευμα scripsisse, minus probabile, nisi forte id casu putes factum. Post ἔχοντες quod in nonnullis libris adiectum est οὗτοι, num id defendi licet huius generis exemplis, quale exstat orat. de coron. 281. p. 319. ὁ γὰρ οὕτως ἔχων τὴν ψυχήν, οὗτος ἐπ' εὐνοίᾳ πάντ' ἐρεῖ? Liceret, si oppositio hoc loco esset. Ceterum intelliguntur ductores militum mercenariorum, quorum proprium erat ἄγειν καὶ φέρειν, ut idcirco λῃσταὶ dicerentur. Vide infra §. 162. Olynth. II. 19. p. 23. Philipp. I. 23. p. 46. Eo spectant etiam Im. Bekkeri anecdota I. p. 206. 14. ἄγειν καὶ φέρειν· ἀντὶ τοῦ λῃστεύειν καὶ ἁρπάζειν. ἦγετο μὲν τὰ ἔμψυχα, ἐφέρετο δὲ τὰ ἄψυχα. Cf. Xenoph. Hellen. V, 4, 42. ἐκπέμπων μὲν λῃστήρια ἔφερε καὶ ἦγε τοὺς Θηβαίους, καταδρομὰς δὲ ποιούμενος ἐκακούργει τὴν χώραν. Cf. Leloup. prolegom. ad Isocratis orat. de pace p. 59. sq. — ἄγουσι καὶ φέρουσι χρήματ' αἰτοῦντες. Importune duces illos maxime socios vexasse pecuniis exigendis, testes sunt Isocrates de pace c. 15. et pluribus locis Demosthenes. — εἶτ' οὐ δεινόν —; *Itane vero non dirum est?* εἶτα, ut ἔπειτα, proprie consequutionem exprimens ex antegressis: *haec quum ita sint*, accipit e ratione sententiae vim indignandi. Quare accedit etiam gravissima obtestatio per terram et deos, ὦ γῆ καὶ θεοί, quam praeivit Homerus his formulis: ἴστω νῦν τόδε γαῖα καὶ οὐρανὸς εὐρὺς ὕπερθεν et Iliad. 1, 338. μάρτυροι ἔστων πρός τε θεῶν μακάρων πρός τε θνητῶν ἀνθρώπων. Ea solent uti sensu admirationis, doloris, pudoris, irae, maximeque indignationis. Ita orator hoc loco, quo Aristocratis psephisma improbat, quod violentiae per vim repulsionem et humana et divina lege concessam impediat, indignans obtestatur omnes homines terrarum omnesque deos de istius conatu. Oratione c. Leptin. 96. p. 486. eadem exclamatione admiratur iustitiam legum, quae ibi explicantur. Cf. orat. de coron. 139. p. 273. ibique Dissentium, 158. p. 280. 294.

§. 61

§. 61 p. 823. 306. p. 327. ibique Dissenium, de fals. legat. 311. p. 441. in Androt. 78. p. 618. in Timocr. 186. p. 758. in Aristogit. I. 56. p. 787. c. Phorm. 29. p. 915. c. Boeot. de nom. 21. p. 1001. c. Boeot. de dote 5. p. 1009. orat. I. in Stephan. 73. p. 1123. Non aeque apta esset hoc loco, ubi de violatione humanae et divinae legis loquitur, alia obtestandi formula, pariter frequentata ab oratore, ὦ Ζεῦ καὶ θεοὶ, ut orat. de coron. 285. p. 821. c. Leptin. 167. p. 508. in Aristocr. §. 186. c. Zenothem. 23. p. 888. c. Macart. 68. p. 1073., πρὸς Διὸς καὶ θεῶν orat. in Mid. 108. p. 550. c. Boeot. 53. p. 1024., ὦ πρὸς θεῶν orat. in Mid. p. 166. p. 568., denique Philipp. III. 54. p. 124. μὰ τὸν Δία καὶ τοὺς ἄλλους θεούς., de Cherson. 94. p. 102. νὴ τὸν Δία καὶ πάντας τοὺς θεούς. In universum tenendum est, ut loquacissimi fuerint Graeci iurandi formulis in eaque re aliqua praestantia eorum linguae cernatur, ita eas adhibentes gradibus ivisse ad varios sensus et animi recessus aperiendos. Quae quum varia forma ex animo affecto prolatae sint, id nobis persuadebimus, eas nunquam esse studio factas, sed libere natas erumpere ex ipsa argumentatione aut ex vera et nativa rerum expositione. Quid tamen interesit inter eas, hoc nondum exploratum est. — Παρὰ τὸν κοινὸν ἁπάντων ἀνθρώπων, id est, τὸν ἄγραφον νόμον, quem Hippias apud Xenophontem Memor. IV, 4, 19. τὸν ἐν πάσῃ χώρᾳ κατὰ ταὐτὰ νομιζόμενον dicit. Vid. Aristocrat. §. 85. orat. I. in Aristogit. 65. p. 790. τὸν τῆς φύσεως διασώζει νόμον, ὃς καὶ ἀνθρώποις καὶ θηρίοις εἷς καὶ ὁ αὐτὸς ἅπασιν ὥρισται. De νόμοις ἀγράφοις vide quae dicit Plato de legg. lib. VII. p. 793. A. s., Cicero de invent. II, 22., Dissenius in indice aestivo scholarum Göttingens. ann. 1837. et eruditissimus Sommerus in programmat. II. de Euripidis Hecub. p. 17. Ad sententiam cf. Galum l. 4. ss. ad leg. Aquil.: „Adversus periculum naturalis ratio permittit se defendere.“ et l. 45. §. 4. d. t. „vim vi defendere, omnes leges omniaque iura permittunt.“ Inprimis huc pertinent Ciceronis verba Offic. III, 5, 22. s. „illud natura non patitur, ut aliorum spoliis nostras facultates, copias, opes augeamus. Neque vero hoc solum natura et iure gentium, sed etiam legibus populorum, quibus in singulis civitatibus res publicae continentur, eodem modo constitutum est, ut non liceat sui commodi caussa nocere alteri. Hoc enim spectant leges, hoc volunt, incolumem esse civium coniunctionem: quam qui dirimunt, eos morte, exsilio, vinclis, damno coercent. Atque hoc multo magis efficit ipsa naturae ratio, quae est lex divina et humana: cui parere qui velit (omnes autem parebunt, qui secundum naturam volent vivere), nunquam committet, ut alienum appetat et id, quod alteri detraxerit, sibi assumat.“ Articulus τῶν verbis ἁπάν-

τῶν ἀνθρώπων in duobus libris insertus locum non obtinet, quia in universum totum genus humanum intelligitur, ut Philipp. IV. 2. p. 131. *πλεονεξία, ἣ πρὸς ἅπαντας ἀνθρώπους Φίλιππος ἐστί.* Cf. Aristocrat. §. 85. Alia res est orat adv. epistol. Philipp. 16. p. 156. *κἀκεῖνοι μὲν Ἀθηναίοις φόρους ἤνεγκαν, ἡ δ' ἡμετέρα πόλις οὐδενὶ πώποτε τῶν ἁπάντων ἀνθρώπων.* — *ἐν πολεμίου μοίρᾳ* explicatum est p. 284. — *ἀμύνεσθαι.* Nemo erit qui *ἀμύνασθαι*, iam ab Im. Bekkero, et Diadorfio damnatum, reponendum censeat. Infinitivum praesentis usurpant, ubi universe loquuntur. Plat. Menex. p. 241. B. *οἱ μὲν γὰρ Μαραθῶνι τοσοῦτον μόνον ἐπεδείξαντο τοῖς Ἕλλησιν, ὅτι κατὰ γῆν οἷόν τε ἀμύνεσθαι τοὺς βαρβάρους ὀλίγοις πολλούς.* ubi vulgata *ἀμύνασθαι.* et quem supra p. 242. citavi, Herodian. lib. IV, 5. *ἀμύνεσθαί τι τοὺς ἐπιβουλεύοντας οὐ μόνον δίκαιον, ἀλλὰ καὶ σύνηθες.* Adde *ἀναγιγνώσκειν* inter infinitivos aoristi positum orat. c. Leptin. 94. p. 485. Vid. adnot. p. 195. — *ἀδικῶν. ἀδίκως* quod exstat in margine Lutetianae, quia in lege scriptum sit, malunt Taylor et Reiskius. Eo etiam ducit quod Σ habet, *ἀδίκων.* Sed quidni liceat oratori declinare a legis verbis, ubi eam in rem suam adhibet? Saepe id facit in explicatione legum. — *ἐὰν ἐπὶ τούτοις.* Intellige *κτείνῃ.* §. 61

Lex VIII.

§. 62. Postquam orator septem legibus capitalibus explicatis antea ostendit, Aristocratem eas suo psephismate violasse non uno modo, subiungit hanc legem, ut ii, qui audiunt, antequam ad alia oratione traducantur, statim videant, qua poena Aristocrates dignus sit: in qua re non praetermittenda est oratoris moderatio, nihil addentis de suo, quo gravari adversarius possit, sed in sola legis verborum interpretatione versantis. Iis simul sibi transitum praeparat ad ea quae subsequuntur. Draconis esse hanc legem, liquet ex usu vocis *θεσμὸν*, qua illius instituta a Solonis legibus distingui solent, ut apud Andocidem de mysteriis 81. p. 11. *τέως δὲ χρῆσθαι τοῖς Σόλωνος νόμοις καὶ τοῖς Δράκοντος θεσμοῖς.* Cf. anecdot. Bekkeri vol. I. p. 264. 13. Num autem *θεσμὸς* h. l. unam legem et antegressam quidem, quae Meieri in libr. de bonis damnat. p. 142. mens est et Platneri p. II. p. 43. videtur esse, an plures uno corpore comprehensas designet, ambigi potest. Auctor huius alterius sententiae Harpocratio est, qui ante oculos habens hunc Demosthenis locum ita scribit sub voc. *θεσμός*: *ἐκαλεῖτο μὲν πάλαι καὶ εἷς ἕκαστος τῶν νόμων θεσμὸς καὶ τὸ ὅλον δὲ τῆς πολιτείας σύνταγμα οὕτω κέκληκεν ὁ Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Ἀριστοκράτους.* Neque tamen plane recta et vera est eius

§. 62 interpretatio: tantum τοὺς φονικοὺς νόμους intellexit orator, non totum reipublicae institutum, licet negandum non sit, ipsum Draconem, quum leges suas condidisset, hanc ultimam ad leges et capitales et civiles, quibus tota civitas regeretur, retulisse; id quod etiam e Porphyrii libro de abstinentia 4, 22. apparet, ubi principium legum Draconis exstat: Θεσμὸς αἰώνιος τοῖς Ἀτθίδα νεμομένοις, κύριος τὸν ἅπαντα χρόνον. Alterae tamen leges civiles Solonis institutis occiderunt, sed capitales duraverunt inde ab ortu non solum Demosthenis aetate, sed etiam extremis civitatis temporibus et ad earum diuturnitatem plurimum valuisse videtur non tam poena violatoribus irroganda, quam quod in religione fundatae rebus Atheniensium optime convenirent. De earum antiquitate et praestantia ita loquitur Antipho orat. de caed. saltat. 2. p. 141. ὑπάρχει μὲν γὰρ αὐτοῖς ἀρχαιοτάτοις εἶναι ἐν τῇ γῇ ταύτῃ, ἔπειτα τοὺς αὐτοὺς αἰεὶ περὶ τῶν αὐτῶν, ὅπερ μέγιστον σημεῖον νόμων καλῶς κειμένων. et orat. de caed. Herod. 14. p. 131. ubi eadem leguntur, his adiectis: οὕτως οἵ γε νόμοι κάλλιστα κεῖνται οἱ περὶ φόνου, οὓς οὐδεὶς πώποτε ἐτόλμησε κινῆσαι. Cf. Aristocrateam §. 66. Poena autem ἀτιμίας, quam subirent ii, qui earum violatione rempublicam laesissent, gravissima erat: nam omnia civitatis iura ipsi et eorum liberi amittebant cum bonis, quae bonorum publicatio ab iis expeti solebat, qui criminis publici convicti et damnati fuerant. Vid. de ἀτιμίᾳ Meieri libr. de bonis damnat. p. 137. ss. Wachmuthii antiquitt. Hell. vol. II, 1. p. 243. ss. C. Fr. Hermanni antiquitt. publ. §. 124. Praeterea de hac lege conferas quae disputant Petitus legg. Att. p. 622., Lelyveldus de infamia c. XXVIII. p. 170. et I. Dider. de Riemerus l. c. p. 60—63. Iam ad singula legis.

αἴτιος ᾖ τὸν θεσμὸν συγχυθῆναι τόνδε. Τοῦ ante τὸν θεσμὸν, quod hic et paulo post ex una editione Lutetiana sumsit Taylor, Reiskius uncis inclusit, et Im. Bekkerus et Dindorfius omiserunt, suffragante Schaefero, qui in meletematis critt. p. 23. et apparat. crit. Demosth. vol. II. p. 14. αἴτιος simplicem infinitivum adiunctum habere docuit. Xenoph. Hellen. VII, 5, 17. αἴτιοι ἐγένοντο σωθῆναι πάντα τὰ ἔξω τοῖς Μαντινεῦσι. Adde Heindorf. ad Plat. Cratyl. p. 110., ad Phaedon. p. 177. Krueger. ad Xenoph. Anab. VI, 4, 8., Goeller. ad Thucyd. 1, 74. Held. ad Plutarch. Alexandr. c. 30. et Baehr. ibid. c. 16. p. 154. Articulus si exstaret in codd., et h. l. addi posset et Xenoph. Hellen. VII, 4, 19. ὅςπερ αἴτιος ἐδόκει εἶναι τὴν μάχην συνάψαι, uti voluit Schneiderus, a Schaefero ad h. l. Aristocrateae reprehensus. Apud Lysiam orat. adv. Agorat. 82. p. 137. scriptum legimus τοῦ μὴ ἀποθανεῖν Ἄνυτος ἐγένετο αὐτῷ αἴτιος. et statim post: ὑπολαμβάνειν χρὴ εἰ Ἄνυτος αὐτῷ ἐγένετο αἴτιος μὴ

Digitized by Google

ἀποθανεῖν ἑτοίμων ὄντων τιμωρεῖσθαι. utrumque recte. Priore enim §. 62
loco Agoratus dicitur revera servatus auctoritate Anyti, altero autem, omisso ante μὴ ἀποθανεῖν articulo, Anytus consilium tantum habuisse indicatur, ut Agoratum aliis adversantibus servaret, quod utrum vere fieret nec ne, ille tum nesciebat, quum eum dimitteret. In Leptinea 42. p. 469. τοῦ μὴ τῷ λιμῷ πάντας αὐτοὺς ἀποθανεῖν αἰτιώτατος ἐγένετο contrarium esset consilio oratoris, si quis delere vellet articulum: nam ibi dicenda erat salus captorum in Sicilia Atheniensium dono Epicerdis effecta. — συγχυθῆναι interpretatur Schaeferus: *ut frangatur*. Vid. adnot. ad §. 49. p. 216. Deinde ἀτίμους, quod nonnulli libri omittunt, expungi iubet Taylor, assentiente Schaefero. Et sane quum eadem verba paulo post recitata spectemus omisso ἄτιμοι, neque aliter eandem formulam in lege apud Demosthenem orat. in Mid. 113. p. 551. allata recurrentem animadvertamus, probanda videatur Tayloris sententia. Nisi ita mutari mavis, ut relicto ἀτίμους scribas: αὐτὸν εἶναι καὶ παῖδας ἀτίμους καὶ τὰ ἐκείνου: nam αὐτός in hac formula frequentatur, ut Philipp. III. 42. p. 121. ἄτιμος καὶ πολέμιος τοῦ δήμου τοῦ Ἀθηναίων καὶ συμμάχων αὐτὸς καὶ γένος. ibid. 43. p. 122. de fals. legat. 271. p. 428. ac facile αὐτὸν eadem voce praegressa in ἄτιμον obliterari potuit. Magis tamen ex usu esset, si scriberetur ἄτιμον αὐτὸν εἶναι καὶ παῖδας, ut in argumento orat. adv. Leptin. p. 453. scriptum est, vel ἄτιμον εἶναι καὶ αὐτὸν καὶ παῖδας, quemadmodum invenitur in lege apud Demosth. orat. c. Macart. 58. p. 1069. ἀτίμους εἶναι καὶ αὐτοὺς καὶ γένος κληρονόμους τοὺς τούτων. cf. Andocid. orat. de mysteriis 74. p. 10. τούτους ἔδει καὶ αὐτοὺς καὶ τοὺς ἐκ τούτων ἀτίμους εἶναι. Adde Lysiae orat. pro Polystrat. 34. p. 161. τούς τε παῖδας καὶ αὐτὸν εἰ ἀτιμωθήσονται ἐλεοῦνται. At nihil in Draconis lege mutandum est, libris adversantibus, neque haerendum in repetitione v. ἀτίμους, quam legislatoris diligentiae concedamus. Denique τὰ ἐκείνου ἄτιμα illustrantur opposito ἐπίτιμα, quod supra §. 44. legimus, ubi vid. adnot. Wachsmuthii interpretatio horum verborum, vol. II. p. I. p. 246. data, ex qua ἄτιμος non potuerit rem suam hypothecae dare, non convenit institutis Atheniensium. Ea idem significant, quod scriptum est orat. c. Leptin. 156. p. 504. (ἄτιμος ἔστω) καὶ ἡ οὐσία δημοσία ἔστω. Cf. orat. in Neaer. 52. p. 1363.

Ἠκούσατε μέν. Μέν, quod in nonnullis libris non exstat, Schaeferus deletum vult, quia δὲ non sequatur. Verum est, post recitationem legis, ubi orator eos, qui audiunt, alloquitur, id saepenumero solo ἀκούετε vel ἠκούσατε fieri, non addita μὲν particula, sed id tamen nonnisi, ubi nulla oppositio est. Vid. orat. c. Pantaenet. 19.

Digitized by Google

§. 62 p. 922. *Ἀκούετε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοῦ νόμου λέγοντος ἄντικρυς.* c. Nausim. 5. p. 986. c. Callicl. 15. p. 1275. in Theocrin. 12. p. 1325. ib. 52. p. 1338. orat. I. in Stephan. 28. p. 1110. *ἠκούσατε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὸ πλῆθος τῆς προικός.* Ubi autem aliquid opponitur, ibi usitata sunt haec: *ἠκούσατε μὲν τοῦ νόμου —· σκέψασθε δὲ* vel *σκοπεῖτε δὲ*, vel *ἀκηκόατε μὲν τοῦ νόμου, μνημονεύετε δ'*, vel *τοῦ μὲν νόμου ἀκηκόατε, δέομαι δ' ὑμῶν* vel *οὗτοι δέ φασι* et similia. Hoc Aristocrateae loco particulae *μὲν* respondet *ἀλλά*, pro qua ita dici poterat: *σκέψασθε δὲ, ὡς Ἀριστοκράτης τ. λ. — μικρὰν ἢ φανλην.* De coniunctione horum vocabulorum vide adnot. ad §. 1. — *μικρὰ φροντίσας.* Scribendum erat cum optimis libris. Nam *μικρὰ φροντίζειν* pariter usitatum est ac *μικρὸν φροντίζειν*; vid. Plat. Phaedon. p. 91. C. *σμικρὸν φροντίσαντες Σωκράτους.* Sed ad singularem numerum fuerunt librarii qui magis inclinarent. Cf. de similibus loquutionibus comment. Wurmii in Dinarchi orationes p. 100. ss. et Lobeckii adnott. ad Sophocl. Aiac. vs. 1120. — *μεταποιεῖ καὶ συγχεῖ.* Receptum in lege verborum ordinem immutat non casu, sed consulto, ut mihi quidem videtur. In Aristocratem enim maxime cadit *τὸ μεταποιεῖν*, ideoque id praeoccupat oratoris cogitatio. — *τί γὰρ ἄλλο ἐστὶ τὸ μεταποιεῖν ἢ ὅταν —.* Orat. in Mid. 224. p. 586. *τίς οὖν ἡ δύναμις αὐτῶν ἐστιν; ὑμεῖς ἐὰν βραδύνητε αὐτοὺς καὶ παρέχητε κυρίους ἀεὶ τῷ δεομένῳ.* orat. I. in Aristogit. 68. p. 790. *ὁ δ' ἀναιδὴς ἐκ τίνος ὠνομάσθη τῶν ἄλλων ἀλλ' ἢ ὅταν τὰ μήτε ὄντα μήτ' ἂν γενόμενα ταῦτα τολμᾷ λέγειν δι' αἰσχυντίαν, ἅπερ οὗτος ποιεῖ.* Utroque loco, his Aristocrateae verbis citatis, animadvertit Schaeferus usum particularum *ὅταν* et *ἐάν*, quae ad pronomen interrogativum referendae sint. — *ἔξω τῶν τεταγμένων δικαστηρίων.* Commemorans h. l. iudicia, quum antea de solis legibus loquutus sit, id mihi facere idcirco videtur, quod nunc agitat in animo quae proxime tractaturus est, i. e. violationem iudiciorum capitis ab Aristocrate per psephisma factam. Isto igitur modo praeparantur quae sequuntur. — *ὧν εἴργεσθαι δεῖ.* sc. *τοὺς ἀνδροφόνους.* Hoc omitti poterat, quia agitur h. l. de mutatione legum, quae contra homicidas datae erant. Vid. §. 46. *ἔστι πᾶσιν ὅρος τοῖς ἀνδροφόνοις τῆς τοῦ παθόντος εἴργεσθαι πατρίδος.* — *τὰς τιμωρίας* i. e. *centas poenas*, de qua articuli usu vid. Maetzneri adnott. ad Lycurg. p. 271. et Foertachii observatt. crit. in Lys. oratt. p. 54. a. — *ἐξῆς οὕτωσὶ πάντα τἀναντία.* Orat. in Timocrat. 70. p. 722. *τἀναντία δ' ἐξῆς πάντα.* Arcte cohaeret *οὕτωσὶ* cum *ἐξῆς sic deinceps, ut audivistis*, so der Reihe nach. Orat. in Mid. 119. p. 553. *ἐφεξῆς οὕτωσί.* de fals. legat. 86. p. 352. *ἄντικρυς οὕτωσὶ καὶ διαβεβλημένην.* Cf. Heindorf. ad Platon.

Digitized by Google

Gorg. p. 196. — *τῶν ἐν τοῖς νόμοις τις γεγραμμένων.* De liberiore §. 62
τις pronominis positione vid. adnott. §. 6. p. 139. Adde Aristocrateam §. 88. *ὅταν αὐτοῦ τις ἕνεκα τούτου γράφῃ.* orat. I. in Stephan. II. p. 1104, *τοῦ τις ἂν εἵνεκεν ἔφευγεν ἀνοίγειν τὸ γραμματεῖον;* Isocrat. de permutat. 46. p. 319. *εἰ δ' ἂν οὐ μικρὸν ἔργον, εἰ πάσας τις τὰς ἰδέας τὰς τῶν λόγων ἐξαριθμεῖν ἐπιχειρήσειεν.*

CONTINUATIO PRIMI CAPITIS.

§. 62—81. Post expositionem septem legum capitalium, quarum ope vitiositatem prioris partis psephismatis Aristocratei coarguit orator, exspectaveris continuo sequuturam esse refutationem illius partis, quae altera est in psephismate, sed interiiciuntur alia, quae antea praetermissa sunt. Ostendit enim, multas etiam alias de caede constitutas leges, ut quae *κλῆσιν* et *κρίσιν* et *μαρτυρίαν* et *διωμοσίαν*, priusquam de poena rei decernatur, postulent, neglexisse Aristocratem, neque quinque illa iudicia eorumque iuris solemnitatem et ritus respexisse. Hanc interiectionem cum rhetoribus Graecis dicas *παρεμβολήν* vel *παρεκθήκην*, certe Ulpianus hoc loco, ubi de eadem re loquitur, verbo *παρεμβάλλειν* utitur. Iam si quaeritur, cur orator hanc partem expositionis, quae de gravissimis illis iudicis agit, non miscendam cum antegressa, sed separandam ab ea duxerit, praesertim quum singulae illae leges ad eadem illa iudicia spectent, respondendum est, optimum esse nonnunquam dividere argumentationem, si id utile sit causae. Nam non ubique argumenta turba valent, divisa et diducta saepenumero prosunt. Id cadit quam maxime in hoc caput, quod versatur in examinando *τῷ νομίμῳ*: quod, uti docet Ulpianus, *εἰς δύο τέμνεται, εἴς τε ἄγραφον καὶ νόμιμον ἔγγραφον, ἵνα δόξῃ ὅλον ἓν εἶναι.* Intelligimus τὸ *ἔγγραφον νόμιμον* leges scriptas, τὸ *ἄγραφον* autem continet *ἔθη*, quae idem ille rhetor paulo ante commemorat, i. e. mores, instituta et ritus, ut e Suidae glossa apparet, qui *ἔθος* per *νόμον ἄγραφον* interpretatur. Quod utrumque si congerere in unum orator voluisset, id quod pro ratione rerum facile poterat, singula copiis onerata et quasi oppressa lucem desiderassent, aut si ingenium eius et vis satis amplam materiem et quae inde orirentur difficultates dicendi, superasset, certe eam prosequi vix potuisset intentio auditorum. Quamobrem ut esset expositio perspicua, doctis probabilis, et imperitis et negligenter quoque audientibus aperta, perapte orator adhibuit istam divisionem. Ex ea etiam id commodi consequutus est, ut *ἀμυσότης*, quae potissimum in hac orationis parte, in qua plurima de ritibus, de praeclaris institutis et rebus divinis ex-

Digitized by Google

§. 62 ponuntur, locum habet, non turbata magis elucere et vim suam in animos exercere posset.

§. 63. ἄλλους πολλοὺς οὓς οὐ παραγεγράμμεθα διὰ τὸ πλῆθος. Ad hunc locum animadvertit Ulpianus σχῆμα περιληπτικόν· ὅταν γὰρ, inquit, πλειόνων εὐπορῶμεν (ut Hier. Wolfius pro ἀπορῶμεν emendavit) τότε τούτῳ τῷ σχήματι χρώμεθα. Vid. Ernestii lexic. technol. s. v. περίληψις p. 250. De παραγράφεσθαι supra p. 221. dictum est. — ἐν κεφαλαίῳ λέγω. i. e. *summatim dico.* Orat. de Cherson. 76. p. 108. ἐν κεφαλαίῳ δ' ἃ λέγω φράσας καταβῆναι βούλομαι. Aeschin. de fals. legat. 118. p. 43. ἐν κεφαλαίῳ περὶ πάντων εἰκὼν παύσομαι. Xenoph. Cyrop. VI, 3, 8. τὸ πλῆθος ἡμῖν πρῶτον εἰπὲ ἐν κεφαλαίῳ. Dicunt quoque ἐν κεφαλαίῳ μαθεῖν, ἀκοῦσαι, ὑπομνῆσαι ἐν κεφαλαίοις et ἐπὶ κεφαλαίων εἰπεῖν. Frequens est formula ὡς ἐν κεφαλαίῳ εἰπεῖν, ut Demosth. orat. c. Zenoth. 13. p. 885. c. Boeot. de dote 35. p. 1019., etiam sine verbo dicendi, ut orat. c. Leptin. 78. p. 481., epist. II. p. 1468. 14., quae in Demosthenicis est, et Platon. Sympos. p. 196. E. — καλεῖσθαι λέγοντες ἢ μαρτυρεῖν ἢ διόμνυσθαι τοὺς ἀγωνιζομένους. De καλεῖσθαι *in iudicium vocare, citare,* pro quo usitatius est προσκαλεῖσθαι, vid. Petiti legg. Attic. p. 401. ss., Valkenarius ad Ammon. p. 127. Matthiaeus de iudic. Athen. p. II. p. 257. Meieri et Schoemanni libr. de ordine iudic. p. 575—593. et C. Fr. Hermanni antiquitt. public. §. 140. 2. *Μαρτυρεῖν* activum, alibi de testibus frequentatum, hic positum est de litigantibus, qui quidem, licet ipsi non testarentur, tamen testandi actionem praeparare et instruere debebant, de qua re vid. C. Fr. Hermanni antiquitt. public. §. 142.: ac graecè homines activa forma saepenumero ipsi aliquid facere dicuntur, quod per alios faciendum curant, ut neque cum Reiskio ad μαρτυρεῖν deesse τοὺς μάρτυρας censeamus, neque cum Schaefero, illius opinionem reliciente, logicam diligentiam oratoris desideremus. Usurparunt non raro activum, ubi medium exspectes, propter numerum ac sonum. Similiter erravit Reiskius Antiph. tetralog. III. §. 1. p. 125., ubi accusatores dicuntur μαρτυρεῖν, ad quod ille supplet τοὺς μαρτυροῦντας. Et Harpocratio s. v. διαμαρτυρεῖν Dinarchum auctorem affert, qui hoc verbo non de teste, sed de eo, qui testem producit, usus sit. Certe non haesitassent duumviri illi, Reiskius et Schaeferus, posita μαρτυρεῖσθαι media forma, de litigantibus pervulgata. At mireris tamen, quod Schaeferus h. l. haesitavit, qui orat. in Mid. p. 532. 18. in adnot. ad voc. προσκαλέσαντι ipse hunc dicendi usum bene indicaverit. „Notabile, inquit, hic dici activum προσκαλεῖν, cum sensu fere iudiciali usurpetur medium προσκαλεῖσθαι, quo orator de eadem re utitur p. 534. init.“ Bene defendit Blumius βαδανίζειν Lycurgi orat. in Leo-

Digitized by Google

crat. c. 10. p. 84., cujus partes Maetznerus descrere non debebat. Possem in hoc genere multus esse, nisi praesto esset idem ille Schaeferus consilio et doctrina ad orat. de fals. legat. p. 379. 17., c. Macart. p. 1069. 11. et alibi, Meierus et Schoemannus libr. cit. p 622. 689. alibi, Lobeckius ad Phrynich. p. 468., Poppo prolegom. p. I. p. 185. Dissenius ad orat. de coron. p. 482. — Ad haec verba in foro Attico recepta tertium accedit *διόμνυσθαι*, quod iusiurandum maxime in rebus capitalibus solemne significat, velut apud Lysiam orat. I. c. Theomn. 11. p. 117. *ὁ μὲν γὰρ διώκων ὡς ἔκτεινε διόμνυται, ὁ δὲ φεύγων ὡς οὐκ ἔκτεινεν.* Antiph. de saltat. 16. p. 143. *διωμόσαντο δὲ οὗτοι μὲν ἀποκτεῖναί με Διόδοτον βουλεύσαντα τὸν θάνατον, ἐγὼ δὲ μὴ ἀποκτεῖναι.* Vid. Matthiaeus de iudiciis Atheniensium p. 259., Meierus et Schoemannus de ordine iudic. p. 626. — *οὐ κρίσις. Κρίσις* hoc loco est *legitima apud iudices actio, cognitio*, qua vi frequentatum est in hac oratione, ut §. 25. *ἄνευ κρίσεως πιστεύειν.* 26. 78. 79. 81. 85. et alibi. Significat etiam delationem causae ad discernendum, accusationem, ut *κρίνειν* dicitur de eo, qui accusat et reum aliquem peragit. Lycurgus orat. in Leocrat. 4. p. 138. *τρίτον δ' ἡ τοιαῦτας τἀδικήματα παραδοῦσα κρίσις.* et *κρίνειν* Demosth. orat. de fals. legat. 233. p. 413. ibid. p. 414. ab initio et orat. c. Leptin. 88. p. 484., ubi vid. interpretes. Cf. Pollux Onomast. lib. VIII. 67. Copiose de hac verbi vi egit Taylor ad Lycurg. l. c. At Reiskius id non recte cepit: intellexit sententiam quam ferunt iudices causa cognita: idcirco non suo id loco positum ratus, quum post *διωμοσία* sequi oporteret, (nam dicit Pollux Onomastic. VIII. 117. *ἐγίγνετο δὲ διωμοσία καὶ μετ' αὐτὴν κρίσις*) duo vocabula *οὐ κρίσις* utpote ex *οὐ κλῆσις* orta, quum λ et ρ, item η et ι saepe inter se permutata sint, contra auctoritatem omnium librorum uncis inclusit idque ab Imm. Bekkero et Schaefero, qui tamen originem eorum glossematicam esse censet, non palaeographicam, magno consensu probatum est. Non obtemperavit Dindorfius, et iure quidem, quia vocabulum *κρίσις* eadem notione atque ego intellexerit. Nam qui a crimine statim poenam eamque legibus interdictam scripsit, is non solum leges ad litem constituendam datas, sed etiam omnes, quae ad ipsam rei *κρίσιν* sive cognitionem pertinent, neglexit. Etiam Harpocratio s. v. *κλῆσις* nostras partes adiuvabit dicens: *κλῆσις, ἡ πρόσκλησις, τουτέστι, παραγγελία εἰς κρίσιν. Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Ἀριστοκράτους.* Quod deinde Reiskius ait, paulo ante nullam factam esse mentionem *τοῦ κρίνεσθαι*, sed statim a *καλεῖσθαι* ad *μαρτυρεῖν* transitum fieri, id non satis grave est. Videlicet plus ponderis apud Demosthenem habuit concinnitas orationis quam severitas dialectica: addit *οὐ κρίσις*, ut duo ab initio sint vocabula

§. 63

§. 63 sono et praesertim mensurae aequabilitate similia, quum deinde duo duobus iidem membris longiora sequantur eodem pacto cadentia. Adest igitur quod graeci rhetores dicunt *ἰσόκωλον*, compar latini, et animadvertimus praeterea *ὁμοιόπτωτον*, de quibus vid. Alexandrum de figur. p. 475. s. vol. VIII. ed. Walz., auct. ad Herenn. IV, 20. Quinctilian. instit. IX, 3, 80., ut mirum esset, si, quae inde orationi accedit gratia, librariis deberemus. Denique si spectes verba *ἀλλ' ὀτιοῦν προσχάττοντες*, ne laesit quidem orator severitatem illam dicendi, quam Reiskius desiderabat, si quidem ea praeter alia etiam *τὴν κρίσιν* complectuntur.

§. 64. *νὴ Δία, ἴσως εἰκοι τις ἄν, ἀλλά.* De hoc *ὑποφορᾷ* genere disputatum est ad §. 61. p. 243. — *δικαίως εὑρημένα.* i. e. *iuste inventa, ita ut esse debent excogitata.* Quae aptissima sunt tam antegresso *προστεταγμένα* quam proximo *ἠγραψεν*, ut Schaefero mirer *δικαίως εὑρημένα*, pro quo potius *σοφῶς εὑρημένα* expetebat, mirabile quid sonare. Non diversum est quod §. 66. dicitur, *τὸ δίκαιον εὑρεῖν*, et eandem verbi vim excogitandi Reiskius indic. graecit. p. 259. ostendit ex orat. de symmor. 14. p. 181. de coron. 191. p. 292. c. Leptin. 125. p. 494. Praeterea *εἰρημένα*, quod Schaeferus mavult, nulla fere codicum auctoritate nititur. — *οὐκ οἶδ' εἰ δεινότερον γέγονε πώποτ' ἐν ὑμῖν. haud scio an unquam psephisma iniustius apud vos factum sit.* Ita in dubio ponit, quod pro certo affirmare poterat: qua ratione Graeci saepe pro urbanitate sua loquuntur. Infra §. 82., orat. in Mid. 6. p. 516. *ὑβρισμένος οἷα οὐκ οἶδ' εἴ τις ἄλλος πώποτε χορηγὸς ὑβρίσθη.* orat. I. in Stephan. 6. p. 1108. *ὡς οὐκ οἶδ' εἴ τις πώποτε ἄλλος ἀνθρώπων, ἀπήγειν βαρέως ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι καὶ χαλεπῶς φέρων.* Add. Philipp. IV. 4. p. 132. de Rhodior. libert. 16. p. 195. in Androt. 61. p. 611. Latini dicunt *haud scio an non:* quam loquendi diversitatem attendit Heindorfius ad Plat. Gorg. p. 458. D. ibique Stallbaumius. Cf. Jacobi adnot. ad Luciani Toxar. p. 84. et G. Alb. Sauppii ad Xenoph. Memor. I, 3. 5. — *τούτων δὲ τῶν πάντων.* Genitivus *τούτων*, quia praecipua vis enunciationis in eo continetur, initio positus, pendet a constructione comparativi, qui sequitur. Secernendus est igitur a proximo *τῶν πάντων*, uti iam animadversum est a Reiskio, structuram verborum sic illustrante: *πάντων τῶν δικαστηρίων, ὅσα ἐστὶν, οὐδὲν φανήσεται σεμνότερον τούτων τῶν Ἀθήνησιν.* — *ἐν ἀνθρώποις.* Nostrates: *in der Welt.* Demosth. c. Nicostrat. 2. p. 1246. *τῶν ἐν ἀνθρώποις ἁπάντων ἡγησάμενος δεινότατον εἶναι.* Herod. I, 53. *νομίσας τάδε μαντήϊα εἶναι μοῦνα ἐν ἀνθρώποισι.* Xenoph. Memor. III, 6, 2. Cf. Heindorf. ad Plat. Lys. p. 211. E. ibique Stallbaum., Herbstius ad Xenoph. Symp. IV, 12. Plura sup-

Digitized by Google

peditabit Maetznerus ad Antiph. p. 252. — οὐδὲν οὔτε σεμνότερον οὔτε §. 64
δικαιότερον φανήσεται. Apud Antiphontem orat. de saltat. extr. iudices rerum capitalium εὐσεβέστατοι τῶν Ἑλλήνων δικασταὶ καὶ δικαιότατοι appellantur. Enimvero laude sanctitatis et iustitiae non modo Areopagum, sed etiam cetera iudicia capitis floruisse, explanarunt Meierus in museo Rhenan. II. 2. p. 277. et Maetznerus ad Antiph. l. c. Denique quod ad φανήσεται participium ὂν non additum est, nihil offensionis habet: constat id nonnunquam fieri, quando φαίνεσθαι *apparere, palam esse* significat, ut orat. in Mid. 9. p. 517. Vid. Matthiaei gr. p. 1079. n. 3. — ἃ καὶ ζῆλόν τινα καὶ τιμὴν φέρει τῇ πόλει. Orat. in Androt. 73. p. 616. ταῦτα μὲν τοίνυν, ἃ ζῆλον πολὺν εἶχε καὶ φιλοτιμίαν, ἠφάνισται καθαιρεθέντων τῶν στεφάνων. Iterata vides haec verba orat. in Timocr. 181. p. 756. Eadem substantivorum coniunctio est in orat. de coron. 273. p. 317. et in λόγ. ἐπιταφ. 33. p. 1399. — καὶ ἡδίους ἔσεσθε ἀκούσαντες. *et iuvabit vos audivisse,* interprete Schaefero. Exspectamus: ἥδιον ἀκούσεσθε vel ἥδιον ἔσται ὑμῖν ἀκοῦσαι. Sed nota est haec attractionis ratio e grammat. Bernhardyi p. 467. et Matthiaei p. 1091. Eiusdem generis sunt ἀμείνων, κρείττων, βελτίων ἐστί. Orat. in Neaer. 89. p. 1375. ἀκούοντες αὐτῶν βελτίους ἔσεσθε. Olynth. III. 34. p. 38. οἴκοι μένων εἶ βελτίων. Lysiae orat. adv. Euandri petit. sacerdot. 4. p. 175. κρείττων ἦν ὁ πατὴρ αὐτοῦ μὴ λειτουργήσας ἢ τοσαῦτα τῶν ἑαυτοῦ ἀναλώσας. Herod. I, 66. καταφρονήσαντες Ἀρκάδων κρέσσονες εἶναι. Sophocl. Ai. 634. κρείσσων γὰρ ᾅδᾳ κεύθων ὁ νοσῶν μάταν. ad quae Lobeckius cumulum dedit exemplorum. — ἄρξομαι δ' ἐντεῦθεν, ὅθεν μάλιστα μαθήσεσθε. Frequentatum dicendi genus oratoribus, addita vulgo principio subsequentis expositionis rei vel narrationis γὰρ particula. Orat. I. in Aphob. 3. p. 814. ὅθεν δ' οὖν ῥᾷστα μαθήσεσθε περὶ αὐτῶν, ἐντεῦθεν ὑμᾶς καὶ ἐγὼ πρῶτον πειράσομαι διδάσκειν. Δημοσθένης γὰρ —. c. Aphob. de fals. testim. 5. p. 846. ἄρξομαι δ' ἐντεῦθεν, ὅθεν καὶ ὑμεῖς ῥᾶστ' ἂν μάθοιτε κἀγὼ τάχιστ' ἂν διδάξαιμι. orat. I. c. Onet. 5. p. 865. ὅθεν δὲ ῥᾷστα μαθήσεσθε περὶ αὐτῶν, ἐντεῦθεν ὑμᾶς καὶ ἐγὼ πρῶτον πειράσομαι διδάσκειν. Cf. orat. c. Phorm. 5. p. 908. c. Boeot. de nom. 27. p. 1002. c. Macart. 18. p. 1055. Insignis est eiusdem dictionis similitudo in exemplis Isaei a Schoemanno allatis p. 180.: orat. de Cleonym. hered. 8. p. 36. de Aristarchi hered. 3. p. 79. de Ciron. hered. 6. p. 69. Lysiae orat. in Agorat. 4. p. 130., quibus item similia ex Isocrat. Aeginet. 4. p. 385. comparat Strangius in Iahnii ann. philolog. suppl. III. 1. p. 31. Rarior est in his γὰρ particulae omissio, quemadmodum in hoc Aristocrateae loco: observata plerumque post breviores huius generis dictiones γνώσεσθε δ' ἐκεῖθεν

Digitized by Google

§. 64 apud Demosth. orat. de cor. 150. p. 277.: adde e copiis Strangii ἐξ ἀρχῆς οὐκ ἀκούσαντ Lysiae orat. de pecun. publ. 2. p. 148. ἐξ ἀρχῆς δ' ὑμᾶς περὶ αὐτῶν διδάξαι πειράσομαι. in Diogiton. 3. p. 894. ed. Reisk., in Nicomach. 31. p. 186.

IUDICIA CAPITALIA. AREOPAGUS.

§. 65. Regreditur hoc loco ad civitatem, quam Charidemus nactus erat, ne quis sibi obiiciat, peregrinum illum esse, quem instituta et ritus civium non attingant. Supra §. 23. p. 175. iam de hoc genere προκατασκευῆς dictum est. — ἱερῶν καὶ ὁσίων dictio quid significet, tetigi supra §. 40. p. 206. In proximis νομίμων καὶ πάντων unus liber, ut si copula καὶ incommoda esset, mutavit νομίμων ἁπάντων. At pro ratione polysyndeti, quod hic habemus, ea aptissima est ad exprimendam civitatis amplitudinem. Eius vim reddimus latine: *denique*, *ut brevi praecidam*. Infra §. 168. καὶ γὰρ ἐκρίνεθ' ὑμεῖς καὶ ἀπεχειροτονεῖτε καὶ ὠργίζεσθε καὶ πάντα ταῦτα σύνισθ' ὑμεῖς. Similiter Plat. Menon. p. 81. C. ἡ ψυχή — ἑωρακυῖα καὶ τὰ ἐνθάδε καὶ τὰ ἐν ᾅδου καὶ πάντα χρήματα. et Gorg. p. 469. C. καὶ ἀποκτιννύντι καὶ ἐκβάλλοντι καὶ πάντα πράττοντι κατὰ τὴν αὑτοῦ δόξαν. quae duo doctissimus Stallbaumius affert ad Gorg. p. 83. una citans egregios huius usus auctores, Wyttenbachium biblioth. crit. t. VII. p. 57. s. et Volkm. Fritschium quaest. Lucian. p. 67. — πολλὰ μὲν δή — ἄλλον δικαστηρίον. Haec verba ad exemplum mediocris dicendi generis, quo Demosthenes prae omnibus aliis oratoribus excelluerit, Dionysius Halic. p. 997. t. VI. ed. R. exposuit, a Reiskio et Schaefero citatus. Continent ista laudes Areopagi, quod quidem Atheniensium maxime proprium et gravissimum institutum dicitur. Similiter id nomine σεμνοτάτου καὶ δικαιοτάτου δικαστηρίου effert Lysias orat. in Andoc. 14. p. 104. et Xenophon facit in Memorab. III, 5, 20. Socratem de Areopagitis sic disputantem: Οἶσθα οὖν τινας, ἔφη, κάλλιον ἢ νομιμώτερον ἢ σεμνότερον ἢ δικαιότερον τάς τε δίκας δικάζοντας καὶ τἆλλα πάντα πράττοντας. Praeter eos qui alii scriptores eorum laudes dixerunt, plures Bergmannus ad Isocratis Areopag. p 244. ed. Beusel. commemoravit. Add. e latinis Valer. Maxim. II, 6. Senec. de tranquillit. 3. Quae Areopagitis σεμνότης tribuitur, ea potissimum ad eorum iudicandi severitatem referenda est: unde etiam σκυθρωποὶ in laudem dicti sunt (vid. Aeschin. orat. in Ctesiph. 20. p. 56.) et in proverbii consuetudinem venerunt, Suida auctore s. v.: καὶ παροιμία, Ἀρεοπαγίτης, ἐπὶ τῶν σκυθρωπῶν καὶ ὑπερσέμνων καὶ σιωπηλῶν. Ceterum de hoc iudicio disputarunt Meursius in Areopag., Matthiaeus de iudi-

Digitized by Google

cis p. 142. ss. Hefflerus de re iudicial. Athen. p. 85. ss. Meierus et Schoemannus de ordine iudicior. p. 9. ss. Platnerus de causis et iudiciis Athen. P. I. p. 19. ss. et XXI. s. Wachsmuthius antiquitt. Hellen. t. I. 1. p. 246. 264. Ottfr. Muellerus in additt. ad Aeschyl. Eumen. p. 154. ss. C. Fr. Hermannus antiquitt. publ. §. 109. Ioa. Dider. de Riemerus specim. critic. inaugur. in Demosth. orat. adv. Aristocr. p. 21. s. — §. 66

ἓν δ' οὖν ἰδιώτατον πάντων. Particulas δ' οὖν reddas circumscribendo: *verum, ut ut multa praeclara apud nos sunt, hoc certum est, unum esse prae omnibus nobis proprium et eminere sanctitate sua.* de quibus satis est C. Fr. Hermanni laudasse adnotationem ad Lucian. de historia conscribenda p. 254. s. ἰδιώτατον retinui cum libris plurimis et optimis, quamquam est quod ἰδιαίτατον commendet. De utraque forma vid. Thom. Mag. p. 466. ibique interpretes, Passovii lexic. s. v. et Matthiaei gr. §. 127. n. — παραδεδομένα sunt a maioribus fando tradita, μυθώδη ea, quae ad fabulosam aetatem pertinent: utrumque opponitur τοῖς μεμαρτυρημένοις. Hinc supervacaneum est Marklandi παλαιὰ pro καλὰ, quod ad duo illa unam efficientia sententiam et ad ὧν αὐτοὶ μάρτυρες ἐσμὲν pertinet. Id iam attenderunt Reiskius et Schaeferus. — De περὶ, antegresso ὑπὲρ, vid. adnotat. ad §. 1. — ἓν ἢ δύο usurpare solet, ubi aliquid commemoraturus vel testaturus est. Infra §. 88. orat. de coron. 95. p. 257. ἓν ἢ δύο βούλομαι διελθεῖν καὶ ταῦτ' ἐν βραχέσιν. orat. c. Leptin. 58. p. 474. de fals. legat. 276. p. 429.

§. 66. τοῦτο μὲν. Exorsus est ac si infra subiecturus esset τοῦτο δὲ, quam vulgarem structuram propter ea, quae interposita sunt, liberiore orationis cursu reliquit. Similiter orat. in Androt. 13. p. 597. τοῦτο μὲν, non sequente τοῦτο δὲ, sed variata oratione ἀλλ' ἃ πάντες ἑωράκατε. Philipp. III, 24. p. 117. τοῦτο μὲν — καὶ πάλιν. Herod. VII, 22. ibi Schweighaeus. Vid. Godofr. Hermanni adnot. ad Viger. p. 702. et Matthiaei gr. p. 238. n. 2. — τὰ παλαιὰ recte Reiskius pro adverbio habet, ut, quemadmodum supra §. 39. τἀρχαῖα, *antiquis temporibus* significet, adversante Schaefero, qui, signo coli post παραδέδοται posito, ταῦτά ἐστι suppleri vult. Quam interpretationem Hier. Wolfius praevidit vertendo: *primum igitur de antiquis, ut nobis tradita sunt.* — ὡς ἡμῖν ἀκούειν παραδέδοται. Iisdem verbis Plutarchus in libr. de educat. p. 6. c. usus est, eaque Wyttenbachius flosculum rhetoricum ex hoc Aristocrateae loco petitum dicit. Confirmatur hoc Plutarchi testimonio ἀκούειν, pro quo ἀκοῦσαι in nonnullis libris est. — Verba ἐν μόνῳ τούτῳ τῷ διαστηρίῳ usque ad οἱ δώδεκα θεοὶ citant, ubi de vi et ratione τῆς γλυκύτητος orationis loquuntur, veteres dicendi magistri, Hermogenes de ideis p. 313. vol. III., Maximus

Digitized by Google

§. 66 Planudes vol. V. p. 533., Joannes Siceliota in scholiis vol. VI. p. 393. anonymus in scholiis vol. VII. II. p. 1064. ed. Walz. Dicit charissimus ille artis doctor ab initio capitis: Ἔννοιαι δὲ γλυκεῖαί τε καὶ ἡδονὴν ἔχουσαι μάλιστα μὲν πᾶσαι μυθικαί. Ac sane tanta suavitas fuit et tam pia fides fabularum, (Joann. Siceliota l. c. παρέσχε δὲ, inquit, αὐτῷ χώραν χρήσασθαι μυθικοῖς ἐν τῷ κατ' Ἀριστοκράτους ἡ δόξα καὶ ἡ πίστις τῶν ἀνθρώπων. Cf. anonymi scholia l. c.) ut haudquaquam mediocria condimenta orationis essent. Quocirca eas boni oratores delectationis causa passim eo cupidius receperunt, quo magis ipsorum consilio accommodatae essent. Certe Demosthenes hoc loco Martis et Orestis iudicia commemorat non modo ad audientes summa voluptate afficiendos, sed etiam ad docendos eos, quanta Areopagi dignitas antiquis temporibus et maiestas fuerit, quippe in quo dii vel iudicati sint vel sententiam tulerint. In quibus rebus commemorandis egregia oratoris ars animadversa est ab illis doctoribus in eo, quod non, quamvis data exspatiandi occasione, ex tenui diligentia proprietates illarum exposuit, quo modo aliquid remissi et languidi exortum esset in narratione, sed eas summatim complexas brevi et alacri et incisa oratione pertractavit, ut cum suavitate una nervos et gravitatem coniungeret. Namque illi hunc locum etiam a laude τῆς γοργότητος commendarunt: de qua dicendi virtute cf. Ernestii lexic. technol. s. v. — διενεχθεῖσιν ἀλλήλοις. Dativus ἀλλήλοις pendet a διενεχθεῖσιν. Orat. c. Boeot. de nom. 23. p. 1001. c. Boeot. de dote 47. p. 1022. — ὡς λόγος. In Barocciano libro, quem h. l. in apparat. crit. silentio praeterii, scriptum est ὡς ὁ λόγος. Solet tamen articulus in hac brevi dicendi formula deesse. Aeschyl. Suppl. 233. κἀκεῖ δικάζει τἀμπλακήμαθ', ὡς λόγος, Ζεὺς ἄλλος ἐν καμοῦσιν ὑστάτας δίκας. Eumenid. 4. Soph. Oedip. R. 1176. κτενεῖν νιν τοὺς τεκόντας ἦν λόγος. Herod. III, 5. ἐν τῇ λόγος τὸν Τυφὼ κεκρύφθαι. VII, 129. τὴν Θεσσαλίην λόγος ἐστὶ τὸ παλαιὸν εἶναι λίμνην. Lucian. Halcyon. §. 7. vol. I. p. 65. ὡς λόγος. advers. indoct. §. 11. vol. II. p. 352. τὴν μὲν ᾠδουσαν θρῆνόν τινα ἐπὶ τῷ Ὀρφεῖ, ὡς λόγος, τὴν λύραν δὲ αὐτὴν ὑπηχεῖν. Theocrit. idyll. XV, 107. ἀνθρώπων ὡς μῦθος. Ita loquuntur fabulosa et incerta narrantes; cf. Valken. ad Herod. VII, 198.: pari modo utuntur ὥς φασι, ὡς λέγουσι, λέγεται, sed iisdem etiam, ubi certissima commemorant; quoniam res fama et auditione magis accipiebant quam scriptis. Vid. Frid. Aug. Wolf. prolegomen. Homer. p. LXXVII. Schaeferus ad Demosth. p. 506, 21. p. 561, 28. Praeterea nemo verba ὡς λόγος cum sequentibus coniunget, ut in nonnullis veteribus editt. et in scholiis Maxim. Planudis l. c. factum est. Nunc enim narrationi fidem conciliat duobus exemplis. ὑπὲρ Ἀλιφθοίου.

Digitized by Google

caesi a Marte, cuius filiam Alcippen violaverat: deque ea caede pri- §. 66
mum capitis iudicium factum: vid. Pausan. I, 21, 7. 28, 5. ἔστι δὲ Ἄρειος πάγος καλούμενος, ὅτι πρῶτος Ἄρης ἐντανθα ἐκρίθη· καὶ μοι καὶ ταῦτα δεδήλωκεν ὁ λόγος, ὡς Ἁλιῤῥόθιον ἀνέλοι, καὶ ἐφ' ὅτῳ κτείνειε. κριθῆναι δὲ καὶ ὕστερον Ὀρέστην λέγουσιν ἐπὶ τῷ φόνῳ τῆς μητρός. Cf. Dinarchi orat. in Demosth. 87. p. 101. Apollodori bibloth. III, 14, 2. ibique Heyn. et schol. ad Euripidis Orest. 1643., ad Aristid. 185. B. ed. Frommel. De Orestis iudicio cf. praeterea Ottfr. Muelleri dicta in additt. ad Aeschyl. Eumen. p. 157. ss. — καὶ τὰ μὲν δὴ παλαιὰ ταῦτα. Μὲν δὴ particulae usitatae sunt, una reabsoluta, in transitione ad alteram. Affert Schaeferus Plat. de rep. X, p. 616. A. καὶ τὰς μὲν δὴ δίκας τε καὶ τιμωρίας τινὰς εἶναι. Xenoph. Hellen. VI, 5, 17. καὶ οἱ μὲν δὴ Ἀρκάδες. Adde Lysiae orat. c. Ergocl. 17. p. 181. Xenoph. Anab. II, 6, 28. et Aeschyl. Pers. 196. καὶ ταῦτα μὲν δὴ νυκτὸς ἐςιδεῖν λέγω, ἐπεὶ δ' ἀνέστην. Demosth. orat. de coron. 139. p. 273., ubi ab eodem Schaefero e Xenophonte exempla petita sunt complura, inter quae dubium illud Cyrop. II, 3. 24. simili loco Anab. III, 2, 15. καὶ τότε μὲν δὴ περὶ τῆς Κύρου βασιλείας ἄνδρες ἦτε ἀγαθοί. firmatur. Deinde Reiskius e nonnullis libris pro ταῦτα sumpsit τοιαῦτα, quod modo ferendum esset, si id libri pro τὰ παλαιὰ praeberent, veluti Aeschyl. Prom. 509. τοιαῦτα μὲν δὴ ταῦτα. Pariter atque ταῦτα in eiusmodi transitionibus locum habent τανύν et οὕτως adverbia. Xenoph. Hellen. VII, 1, 19. Herod. I, 14. Memor. I, 3, 15. — τὰ δ' ὕστερον. Repete ταῦτα. — τοῦτο μόνον τὸ δικαστήριον — ἀφελέσθαι τετόλμηκεν. Quamquam potestas Areopagi Ephialtis decreto deminuta fuerat, in nullo tamen reipublicae statu ei iudicia de caede erepta sunt. Hoc praeter Demosthenem etiam grammaticus quidam in lexico rhetorico Photii edit. Lips. adiuncto p. 585. testatur, cuius verba a Forchhammero in annal. literariis Darmstad. 1830. n. 83. opportune adhibita haec sunt: κατεστάθησαν (οἱ νομοφύλακες) ὡς Φιλόχορος, ὅτε Ἐφιάλτης μόνα κατέλιπε τῇ ἐξ Ἀρείου πάγου βουλῇ τὰ ὑπὲρ τοῦ σώματος. Sed dictum Demosthenis incredibile visum est Schoemanno in libr. de ordin. iudic. p. 143. opinanti, oratorem Areopagi ornandi causa exaggeratione usum fuisse. Assentiuntur Boeckhius in prooem. ind. lect. Berol. hibern. 1826 — 1827., Meierus in Museo rhenan. II. p. 265. ss., Ottfr. Muellerus in additt. ad Aeschyl. Eumen. p. 118., quamquam ex parte inter se discrepantes. Fidem Demosthenes habet apud Platnerum de causis et iudiciis p. I. p. XXI. s., apud Forchhammerum in disputatione de Areopago non privato per Ephialtem homicidii iudiciis contra Boecklium proposita, aliosque a C. Fr. Hermanno in antiquitt. publ. com-

Digitized by Google

§. 66 memoratos. Optime meruit de hac re dissolvenda Godofr. Hermannus in dissertatione de hyperbole p. 17 — 19., adiuncta Lysiae verborum orat. de caed. Eratosthen. c. 30.: τῷ δικαστηρίῳ τῷ ἐξ Ἀρείου πάγου, ᾧ καὶ πάτριόν ἐστι καὶ ἐφ' ὑμῶν ἀποδέδοται τοῦ φόνου τὰς δίκας δικάζειν explicatione, qua huius oratoris repugnantia, quae cum Demosthene videbatur esse, plane sublata est. Porro de coniunctione vocabulorum concretae et abstractae notionis, ut hoc loco τυράννου et ὀλιγαρχίας, vid. Dissenii adnot. ad orat. de coron. p. 256. Cf. orat. de fals. legat. 184. p. 399. ὀλιγαρχίας ἢ τυράννου παραλέσθαι καὶ ὑμῶν. de Cherson. 66. p. 106. πόλεως γὰρ ἔγωγε πλοῦτον ἡγοῦμαι συμμάχους πίστιν εὔνοιαν. Denique pro οὐχὶ ante τύραννος poterat cum duobus libris et App. Francof., probante Schaefero, οὐ scribi propter concinnitatem membrorum. Orat. I. in Aristogit. 90. p. 797. οὐ πρύτανις, οὐ κῆρυξ, οὐκ ἐπιστάτης, οὐχ ἡ προεδρεύουσα φυλὴ τούτου κρατεῖν δύναται. Verumtamen satius esse duxi libros sequi et plurimos et optimos. Vid. orat. in Mid. 117. p. 552. — τὸ δίκαιον εὑρεῖν. Quae Areopagitae fecerint, ut, quid quaque in re iustum esset, invenirent, Aeschin. orat. in Timarch. 92. p. 18. ita definit: οὐ γὰρ ἐκ τοῦ λόγου μόνον, οὐδὲ ἐκ τῶν μαρτυριῶν, ἀλλ' ἐξ ὧν αὐτοὶ συνίσασι καὶ ἐξητήκασι, τὴν ψῆφον φέρουσι. τοιγάρτοι διατελεῖ τοῦτο τὸ συνέδριον εὐδοκιμοῦν ἐν τῇ πόλει. Unde Dinarchus quoque orat. in Demosth. 6. p. 90. Areopagum appellat ἀξιόπιστον βουλὴν τὸ δίκαιον καὶ ἀληθὲς εὑρεῖν. — De ἐντανθοῖ vid. adnot. supra p. 221. — οὐδεὶς πώποτε — τὰ κριθέντα. Eodem modo de summa Areopagi iustitia iudicat Lycurgus orat. in Leocrat. 12. p. 149.: κάλλιστον ἔχοντας τῶν Ἑλλήνων παράδειγμα τὸ ἐν Ἀρείῳ πάγῳ συνέδριον, ὃ τοσοῦτον διαφέρει τῶν ἄλλων δικαστηρίων, ὥστε καὶ παρ' αὐτοῖς ὁμολογεῖσθαι τοῖς ἀλισκομένοις δικαίαν πεφεῦσθαι τὴν κρίσιν. Cf. Aristid. Panath. p. 121. ed. Dind.

§. 67. ταύτην — τὴν φυλακήν. hoc praesidium civitatis, ut Areopagus summo iure appellatur. Ταῦτην γὰρ ὑπολαμβάνω, inquit Lycurgus in Leocrat. 52. p. 177., μεγίστην γενέσθαι τῇ πόλει σωτηρίαν. — τὸ ψήφισμα τοδί. Primus ita scripsit Im. Bekkerus ex optimis libris, quamquam rarior huius pronominis quam alterius τουτί apud Demosthenem usus est. Cf. infra §. 105. τὸ ψήφισμα τοδί. pro Phorm. 62. p. 963. τὰς μαρτυρίας τασδί. c. Macart. 26. p. 1058. τῷ δέ γε Μακαρτάτῳ τῳδί. orat. II. in Stephan. 24. p. 1136. σκέψασθε δὴ καὶ τονδὶ τὸν νόμον. de coron. 207. p. 297. τουδί. in Mid. 32. p. 524. γνοίητ' ἂν ἐκ τωνδί. in Timocr. 117. p. 737. ἐκ τωνδί. c. Callip. 25. p. 1243. Non probandum tamen, quid differre utraque forma dicitur. Vid. Stallbaumii adnot. ad Platon. Gorg. p. 95. — ἐξουσίαν

Digitized by Google

γέγραφε τῷ Χαριδήμῳ ποιεῖν ὅτι ἂν βούληται. ἐξουσία ποιεῖν dictum est ut συγγνώμη βοηθεῖν, ἀνάγκη, ἄδεια ποιεῖν τι. Orat. de syntax. 17. p. 171. ἀλλὰ ὅ τι βούλεσθε ποιεῖν ὑμῖν ἐξουσίαν καὶ ἄδειαν παρασκευάζουσι. de fals. legat. 238. p. 415. ibid. 341. p. 450. in Timocr. 9. p. 703. Isocrat. Philipp. 15. p. 85. ibid. 146. p. 111. Busir. 6. p. 222. Areopag. 34. p. 146. In Aristocratea supra §. 15. infinitivum post ἐξουσίαν habes cum genitivo articuli positum. Non alia est inter utrumque dicendi genus differentia, quam quae de structura v. αἴτιος §. 62. exposita est. — συκοφαντίαν δέδωκεν calumniarum ansas suppeditavit, ut convertit H. Wolfius. — αὐτωσί. In uno libro αὐτωσίν, quam formam Kruegerus Xenophont. Anab. VII, 6, 39. et Heindorfius Plat. Gorg. p. 503. D. e codicibus receperunt. Atque in eiusmodi rebus ubique cum codd. faciendum est. Vid. Buttmanni gr. ampl. §. 80. n. 2. et Schaeferi adnot. appar. crit. t. I. p. 63, 23. — φόνου δικάζεσθαι. Articulus τοῦ ante φόνου non est necessarius: eum omisi de auctoritate optimi libri. Paulo ante §. 66. δίκας φόνου. — δοῦναι καὶ λαβεῖν. Philipp. III, 44. p. 122. δίκας φόνου δικάσασθαι. — διομεῖται κατ' ἐξωλείας αὐτοῦ καὶ γένους καὶ οἰκίας. Scripturam διεξομεῖται, a Taylore, Reiskio novissimisque editoribus damnatam, quam tamen Seagerus in adnott. ad H. Stephani thesaur. ed. Londin. p. 6728. tuetur, nemo hodie probabit. Sanctissimum iurisiurandi genus in Areopago et ceteris iudiciis erat διωμοσία; hinc usitatum verbum est διωμόναι. Demosth. orat. c. Euerg. et Mnesib. 70. p. 1160. εἰ διομεῖ ἐπὶ Παλλαδίῳ αὐτὸς καὶ ἡ γυνὴ καὶ τὰ παιδία καὶ καταράσεσθε αὐτοῖς καὶ τῇ οἰκίᾳ. Antiph. de caed. Herod. 11. p. 130. δέον σε διομόσασθαι ὅρκον τὸν μέγιστον καὶ ἰσχυρότατον ἐξώλειαν αὑτῷ καὶ γένει καὶ οἰκίᾳ τῇ σῇ ἐπαρώμενον. cf. de saltat. 16. p. 143. Orat. in Neaer. 10. p. 1343. διομοσάμενος, ὡς —, ἐπαρώμενος ἐξώλειαν αὑτῷ καὶ γένει καὶ οἰκίᾳ. Etiam simplex verbum et ἐπαρᾶσθαι usitata sunt, ut orat. in Mid. 119. p. 553. ὤμνυε μὲν κατ' ἐξωλείας. c. Timoth. 66. p. 1204. ἵστε γὰρ τοῦτον ἐν τῷ δήμῳ ὀμόσαντα καὶ ἐπαράμενον αὑτῷ ἐξώλειαν. Lysiae orat. in Eratosth. 10. p. 121. ὤμοσεν ἐξώλειαν ἑαυτῷ καὶ τοῖς παισὶν ἐπαρώμενος. Demosth. orat. in Timocrat. 151. p. 747. ἐπαρᾶσθαι ἐξώλειαν ἑαυτῷ καὶ οἰκίᾳ τῇ ἑαυτοῦ. Aeschin. in Timarch. 115. p. 16. τὴν ἐξώλειαν αὑτῷ ἐπαρασάμενος. Ἐξώλεια idem est quod πανώλεια, πανωλεθρία. In eadem re vulgare est adiectivum ἐξώλης. Demosth. orat. de fals. legat. 71. p. 363. ἐξώλη ποιεῖν αὐτὸν καὶ γένος καὶ οἰκίαν. Aeschin. de fals. legat. 87. p. 39. ἐξώλη τε αὐτὸν εἶναι ἐπαρᾶσθαι καὶ τὴν οἰκίαν τὴν αὐτοῦ. in Ctesiph. 111. p. 69. καὶ ἐξώλεις εἶναι καὶ αὐτοὺς καὶ οἰκίας καὶ γένος τὸ ἐκείνων. Andocid. de myster. 126. p. 16. ἢ ἐξώλη εἶναι καὶ αὐ-

§. 67

§. 67 τὸν καὶ τὴν οἰκίαν. De hoc inhumanitatis plenissimo iureiurando, quod etiam apud alios populos obtinebat, cf. quae dicta sunt a Dorvillio ad Charit. p. 406. ed. Lips., Spanhemio ad Aristoph. Ran. 594., Wachsmuthio antiquitt. Hellen. II. 1. p. 339. et Maetznero ad Antiph. p. 206.

§. 68. τὸν τυχόντα τιν' ὅρκον τοῦτον ποιήσει. Ita oratorie more circumscribit, quem Antipho de caede Herodis 11. p. 130. ὅρκον τὸν μέγιστον καὶ ἰσχυρότατον dicit. Verba ad exemplum Reiskii sic structa: οὐδὲ ποιήσει τοῦτον (τὸν ὅρκον) τὸν τυχόντα τιν' ὅρκων reddas nostra lingua: und nicht wird er diesen Schwur als einen ziemlich gewöhnlichen schwören. Offendit Schaeferus in pronomine τιν', ut pervellet pro eo in codicibus legi τὸν, sed nihil in eo offensionis est, modo meminerimus, τυχόντα ea vi, quam h. l. habet, sine articulo dici non posse: cuius loco adiectivum si positum cogitaveris, neque articulo opus erit neque in τινὰ haerebimus. De τις cum adiectivis iuncto vid. Passovii lexic. s. v. n. 4. Deinde non recte Dissenius cum hoc dicendi genere comparat in adnot. ad orat. de coron. p. 298. verba eius §. 248. καὶ πότερον φανῆναί τινα τῶν Ἑλλήνων τὸν ταῦτα κωλύσοντα ποιεῖν αὐτὸν ἐχρῆν. et Sophocl. Oedip. R. 107. τοὺς αὐτόχειρας χειρὶ τιμωρεῖν τινάς. ubi Godofr. Hermannus vim pronominis bene explicat: incertum esse, qui sint illi, qui occiderint Latum. Fortasse tamen τοῦτο pro τοῦτον, ut in edit. Turic., ad optimos Bekkeri libros scribendum est, ut referatur ad τὸ διόμνυσθαι κατ' ἐξωλείας: quo de usu vid. Schaeferi adnot. ad p. 1203, 8. Bernhardyi synt. p. 231. — στὰς ἐπὶ τῶν τομίων κάπρου καὶ κριοῦ καὶ ταύρου. Tale sacrum, quod e tribus animalibus, apro, ariete et bove constabat, τριττὺς sive τριττύα vel ἐντελὴς θυσία vocabatur; hinc ὀμόσαι καθ' ἱερῶν τελείων. Romani dicebant suovetaurilia. Super eorum prosecta, quae sine dubio testiculi erant, ii, qui iusiurandum sanctissimum deierabant, stantes vel manus imponentes, si scientes fallerent, sibi suisque et toti generi perniciem imprecabantur. Antiph. de caed. Herod. 88. p. 139. Pausan. Eliac. V, 24. dicit ἐπὶ κάπρου κατόμνυσθαι τομίων et paulo post τὸν κάπρον, καθ' ὅτου τῶν τομίων Ἀγαμέμνων ἐκώμοσεν. Dionys. Halic. antiquitt. lib. V. ab init. στάντες ἐπὶ τῶν τομίων ὤμοσαν. et Antiph. de caed. Herod. 12. p. 130. δίον αὐτοὺς τὸν αὐτὸν ὅρκον σοὶ διομοσαμένους καὶ ἀπτομένους τῶν σφαγίων καταμαρτυρεῖν ἐμοῦ. cf. Aeschin. de fals. legat. 87. p. 39. τέμνοντας τὰ τόμια. ibique Bremii adn. Add. Wesselingium ad Herod. VI, 58. Matthiaeum de iudiciis p. 164. Wachsmuthii antiquitt. Hellen. II. 11. p. 229. — ὑφ' ὧν δεῖ, i. e., a certis quibusdam sacerdotibus, qui ad hanc rem constituti erant. — ἐν αἷς ἡμέραις καθήκει. i. e., diebus statis et legiti-

Digitized by Google

mis. Non ferendum est, quod nonnulli libri habent, προσήκει. Vid. §. 68 legem in orat. in Neaer. 78. p. 1371. propositam, ubi haec: τὰ ἰοβάκχεια γεραίρω τῷ Διονύσῳ κατὰ τὰ πάτρια καὶ ἐν τοῖς καθήκουσι χρόνοις. ibid. 80. p. 1372. ἀνέβησαν εἰς Ἄρειον πάγον οἱ ἐννέα ἄρχοντες ταῖς καθηκούσαις ἡμέραις. c. Macart. 67. p. 1073. ποιεῖν τοὺς προσήκοντας ἐν ταῖς καθηκούσαις ἡμέραις. de fals. legat. 185. p. 399. εἶτ' ἐκκλησίαν ποιῆσαι καὶ ταύτην, ὅταν ἐκ τῶν νόμων καθήκῃ. Vid. Valken. ad Ammon. p. 7. — ἐκ τοῦ χρόνου. De ἐκ praepositione vid. Bernhardyi syntax. p. 228. — ἀπενεγκάμενος *tanquam mercedem auferens*, ut Schaeferus interpretatur. Aeschin. adv. Timarch. 95. p. 13. ἀπεφέρετο εἰς τὸ καθ' ἡμέραν ἔθος. et ibid. 97. p. 14. ἕκαστος τούτῳ δύ' ὑβολοὺς ἀποφορὰν ἔφερε τῆς ἡμέρας. quod est ἀποκερδαίνειν. Non aptum est ἐπενεγκάμενος, quod h. l. in nonnullis libris invenitur. — πλέον οὐδ' ὁτιοῦν ἕξει *nihil amplius ac ne minimum quidem nanciscetur.* Dictionem istam πλέον ἔχειν bene explicuit Spohnius ad Isocrat. Panegyr. ab init. Cf. Goettling. ad Aristot. polit. p. 315. Lectt. Andocid. p. 65. Ea orator usus est, ut, quod bene indicavit H. Wolfius, abstineret a verbis male ominatis. Ceterum ad rem cf. Lycurg. adv. Leocrat. 79. p. 192. τοὺς θεοὺς οὔτ' ἂν ἐπιορκήσας τις λάθοι, οὔτ' ἂν ἐκφύγοι τὴν ἀπ' αὐτῶν τιμωρίαν, ἀλλ' εἰ μὴ αὐτός, οἱ παῖδές γε καὶ τὸ γένος ἅπαν τὸ τοῦ ἐπιορκήσαντος μεγάλοις ἀτυχήμασι περπίπτει. et quae ibi ex aliis scriptoribus contulit Maetznerus.

§. 69. ἐκείνου μὲν οἱ νόμοι κύριοι κολάσαι. Dicit, convictum in potestate legum esse, si spectes eius poenam. Nam in hac constructione infinitivus par est accusativo, qui nominibus per epexegesin additur. Infra §. 209. τῷ κυρίῳ τῶν φόρων γενομένῳ τάξαι Ἀριστείδῃ οὐδεμιᾷ δραχμῇ πλείω τὰ ὑπάρχοντα ἐγένετο. Isocrat. Philipp. 146. p. 111. πολλῶν πόλεων ἐξουσίαν ἔλαβε, τὰς μὲν ἀναστάτους ποιῆσαι, τὰς δ' αὐξῆσαι, τὰς δ' ὅπως ἐβουλήθη διοικῆσαι. Thucyd. V, 15. ἐπιθυμία τῶν ἀνδρῶν κομίσασθαι. III, 6. καὶ τῆς μὲν θαλάσσης εἶργον μὴ χρῆσθαι τοὺς Μυτιληναίους. Herod. V, 38. ἔδεε γὰρ δὴ συμμαχίης τινός οἱ μεγάλης ἐξευρεθῆναι. Theocrit. idyll. XXII, 25. Κάστορος, ἢ πρώτου Πολυδεύκεος ἄρξομ' ἀείδειν. Praeter haec exempla complura dederunt Schoemannus ad Isaeum p. 270., Personus et Schaeferus ad Eurip. Med. 1896., item Schaeferus ad Sophocl. Electr. 543. Reisig. ad Oedip. Colon. 1490. Doederlin. specim. p. 28. s. Cf. etiam Matthiaei gram. p. 1049 et 1304. Κολάσαι, pro quo κολάσειν et κολάζειν in aliquot libris exstat, rectissimum est. Vid. supra §. 31. οἱ θεσμοθέται τοὺς ἐπὶ φόνῳ φεύγοντας κύριοι θανάτῳ ζημιῶσαί εἰσι. de fals. legat. 137. p. 383. οὐδὲ τοῦ ζῆν ὄντα

Digitized by Google

§. 69 πέριον αὐτῷ βεβαιῶσαι. in Androt. 4. p. 594. ἀφεῖναι δὲ τοῦτον ὑμῖν πολλῶν ἕνεκα ἄξιον πολάσαι. in Neaer. 109. p. 1382. καὶ πέρυσί ἐστε πολάσαι. Denique de vi legum conf. Demosth. orat. in Mid. 30. p. 524. ibid. 224. p. 586. Antiph. de caede Herod. 47. p. 135. Cognatorum enim erat parricidam legibus tradere puniendum, neque per se ab eo ultionem petere. Vid. Wachsmuthii antiquitt. Hellen. II. 1. p. 284. — καὶ οἷς προστέτακται ταῦτα. Praeter magistratus (vid. §. 31.) ad eam rem constitutos sine dubio etiam undecemviri rerum capitalium intelligendi sunt, quos Antipho de caede Herod. 17. p. 131. ἐπιμελητὰς τῶν κακούργων dicit. ταῦτα cum uno libro Σ omisit edit. Turicensis. — τῷ δὲ ἀποδεῖν διδόντα δίκην ἔξεστιν. ut isto modo saltem se ultione expleret. Ottf. Mnellerus in additt. ad Aeschyl. Eumen. p. 127. C. Fr. Hermanni antiquitt. publ. §. 104. n. 9. — πέρα δ' οὐδὲν τούτου. Animadverte adverbium a casu suo diremtum; partes χωρὶς orat. c. Olympiad. 15. p. 1171. χιλίας δραχμὰς χωρὶς που πεμένας τοῦ ἄλλου ἀργυρίου, ubi χωρὶς πεμένας idem est ac χωρισθείσας. Vid. Funkhaenel. ad Androt. p. 92. Bernhardyi syntax. p. 198. — τὰ μὲν τῆς διωμοσίας ταὐτά. *ratio iurisiurandi eadem.* τὰ τῆς διωμοσίας vertit H. Wolfius *caluminiae iusiurandum*, quasi scriptum sit ἀντωμοσίας. Sed διωμοσία valet etiam de reo: de qua re vid. Meieri et Schoemanni libr. de ordine iudic. p. 625. a. — τὸν πρότερον δὲ ἔξεστιν εἰκόντα λόγον μετασχεῖν. Licebat etiam εἰκόντι dicere, ut Antipho de caede Herod. 18. p. 131. de eadem re: ἀπολογησαμένῳ τὴν προτέραν ἐξῆν ἐξιέναι. Accusativus autem ex lege attractionis quam dicunt, coniunctus est, quemadmodum saepe, cum infinitivo: orat. in Neaer. 106. p. 1381. καὶ ὕστερον οὐκ ἐᾷ γίγνεσθαι Ἀθηναῖον ἐξεῖναι. Lysiae orat. in Euandr. 5. p. 175. ἔτ' αὐτὸν οὐκ ἔξεστιν ἀσελγαίνειν. Plat. Cratyl. p. 400. B. ἔξεστι δὲ καὶ ψυχὴν νομφευόμενον λέγειν. Xenoph. Cyrop. II, 1, 15. ἔξεστι δ' ὑμῖν, εἰ βούλεσθε, λαβόντας ὅπλα εἰς τὸν αὐτὸν ἡμῖν κίνδυνον ἐμβαίνειν. de rep. Lacedaem. V, 7. οὐδὲ γὰρ ὑπὸ φανεῦ τὸν ἔτι ἔμφρονα ἔξεστι πορεύεσθαι. Vid. Matthiaeus gram. §. 536. p. 1054. et quas Stallbaumius citavit ad Platon. Eutyphr. p. 32. Quod uterque Sauppius, alter in Jahni ann. 1832. II. VI. 1. p. 60, alter in adnot. ad Xenoph. Memor. p. 5. contendunt, accusativum in usu esse apud scriptores, ubi id, quod licitum sit, universe eloquantur, non ad singulos, quibus liceat, referant, vel distinctiorem in eo actionis notionem inesse videri, id non omnibus locis neque ab omni parte verum esse arbitror. De verbis τὸν πρότερον — λόγον cf. Polluc. Onomast. VIII, 117. μετὰ δὲ τὸν πρότερον λόγον ἐξῆν φυγεῖν πλὴν εἰ τις γονέας εἴη ἀπεκτονώς. et ibid. VIII, 99. ibique Kuehn. Antipho tetral. III. δ. ipit. Utrique et accusatori et reo permissum erat bis orare,

Digitized by Google

huicque post priorem orationem, si causae suae differet, solum ver- §. 69
tere. Vid. Matthiaeus de iudiciis p. 167. Hefterus de re iudiciali Atheniens. p. 364. Wachsmuthii antiquitt. Hellen. II. 1. p. 269. 339. et 341. — De *μεταστῆναι* vid. ad §. 39. p. 203.

§. 70. *οἵτινές ποτ' ἦσαν, εἴθ' ἥρωες εἴτε θεοί.* Vide Hermogenem de ideis p. 223. vol. III., ubi de vi et natura *τῆς σεμνότητος* eiusque variis generibus disserens hunc locum affert: *ὡς γὰρ εἰδότας ἀκριβῶς*, inquit, *δεῖ λέγειν καὶ μετ' ἀξιώματος, ἀλλ' οὐκ ἐνδοιάζοντας, ὅτε τούτου φροντίζομεν, τῆς διαφορᾶς λέγω σεμνότητος, ἀλλὰ μὴ ἄλλου τινός. τὸ γὰρ, εἴτε ἥρωες ἦσαν εἴτε θεοί, σεμνὸν ὄν, πλέον ἔχει τοῦ πολιτικοῦ καὶ πιθανοῦ κατὰ τὴν ἐνδοίασιν.* quocum contendas anonymi scholia ad ideas Hermog. p. 962. s. vol. VII. p. II. Ulpiani scholia ad h. l. Increbuit per legum latores opinio, diis esse ea tribuenda, quorum ipsi auctores erant, sive quod, ut Diodori Siculi lib. I, 94. verbis utar, admirabile et divinum prorsus indicarent esse illud commentum, quod utilitatem societati humanae allaturum esset, sive quod multitudinem ad excellentiam et potentiam eorum, qui leges invenisse dicerentur, respicientem, dicto magis audientem fore existimarent. Cf. Strab. XVI. p. 1105. Sed orator rem proponit ut dubiam, ita tamen ut dignitas orationi non desit eique probabilitas concilietur. Eadem res apud Platonem principio legum versatur in disputatione trium illorum hominum, Atheniensis hospitis, Cliniae Cretensis et Megilli Lacedaemonii. Antipho tamen orat. in neverc. 3. p. 111. habuit opinionem, esse leges a diis traditas: dicit enim: *Δέομαι δ' ὑμῶν, — τιμωρῆσαι πρῶτον μὲν νόμοις τοῖς ὑμετέροις, οὓς παρὰ τῶν θεῶν καὶ τῶν προγόνων διαδεξάμενοι κατὰ τὸ αὐτὸ ἐκείνοις διαίζετε.* ab eo non differt auctor orat. IV in Aristogit., quae inter Demosthenicas est, §. 16. p. 774. *πᾶς ἐστὶ νόμος εὕρημα μὲν καὶ δῶρον θεῶν, δόγμα δ' ἀνθρώπων φρονίμων.* Cf. Georgii progymnasm. vol. II. p. 586. ed. Walz. Verbis proximis effertur humanitas legum latorum, quo magis iudices asperitatem scriptoris psephismatis sentiant: in quod attenderunt scholia *εἰς στάσεις* p. 416. vol. IV., Maximus Planudes p. 287. vol. V. et anonymi scholia p. 840. s. vol. VII. p. 1. Verba *οὐκ ἐπίθεντο τοῖς ἀτυχήμασιν* significant: *non per vim insecutati sunt casus infortunatos*, sive, ut brevius cum Schaefero vertamus: *non insolarunt in casus infortunatos.* Pro *οὐκ ἐπίθεντο* vitiose scriptum est in anonymi scholiis l. c. *οὐκ ἐῶντο.* — *ἓν γὰρ οὐδ' ὁτιοῦν.* Orat. de fals. legat. 201. p. 404. *πρὸς ἓν οὐδ' ὁτιοῦν τούτων ἀπολογήσεται*, ubi Schaeferus interpretatur: *nihil ne quidlibet quidem*, h. e. *plane nihil.* Sed non probaverim, quod grammaticos apud Bekkerum in anecdot. p. 188, 29. et Bastium ad Gregor. Corinth.

Digitized by Google

§. 70 p. 57. sequutus vim negativae non tantum ad sequentem vocem pertinere, sed etiam ad antecedentem reflecti contendit. Eodem modo ἓν οὐδὲν orat. in Mid. 12. p. 518. Thucyd. II, 51., pro quo sine causa ἓν οὐδ' ἓν scribi mavult, intelligendum esse. Hoc enim falsum esse, inde apparet, quod tale quid non cogitemus, ubi εἷς sequente simplice negativa antecedit, veluti orat. l. c. Onet. 33. p. 873. μίαν ἡμέραν οὐκ ἐχήρευσεν. et quae ibi Schaeferus adiungit, Xenoph. Anab. V, 6, 12. ὡς ἕνα μὴ καταλείπεσθαι ἐνθάδε. Dionys. de composit. verb. p. 246. ed. Schaef. ἐν ταῖς τοσαύταις γραφαῖς, ἃς καταλέλοιπεν ὁ ἀνὴρ, μίαν οὐκ ἂν εὕροι τις ἀλίδα συγκειμένην εὐτυχῶς. Adde Plutarchi Lucull. c. 29. ὅτι δραχμὴν μιᾶς ἐκ τοῦ δημοσίου ταμείου μὴ λαβὼν αὐτὸν ἐξ αὐτοῦ διῴκει τὸν πόλεμον. In his εἷς ana vi cogitandum est, quam oppositionem faciat, v. c. apud Plutarchum cum antegresso πάμπολλα. Neque aliter res se habet, cum ἓν, οὐδ' ὁτιοῦν. Nostro loco ἓν oppositum est superiori πάντα, ita quoque in orat. de fals. legat. l. c. Rem clariorem tibi facies, si enunciatum, in quo ista coniuncta sunt, in interrogationem et responsionem solveris: ἓν γὰρ ἔνι τούτων ἐν τῷ ψηφίσματι τῷ τούνου; οὐδ' ὁτιοῦν. quae tum in unum coierunt. Certe isto modo optime liquet, vim negativae ad ἓν non posse reflecti. Ac differunt ἔνι οὐ et παρὰ οὐ ab οὐκέτι et οὐδαμοῦ. Vid. Godefr. Hermanni adnot. ad Sophocl. Trach. 161. Ita Aristoph. nub. 1378. ἐγὼ δ' ἔτ' οὐκ ἠνεσχάμην magis placet, quam Reisigii scriptura. Cf. Oedip. tyr. 24. Philoct. 1217. Euripid. Alc. 196. — πρῶτον μὲν παρ' ἓν τοῦτο τὸ δικαστήριον καὶ παρὰ τοὺς γεγραμμένους νόμους — τὸ ψήφισμα εἴρηται. Hoc loco quamquam in codicibus multis, optimo etiam Parisino Σ, accusativi ἕν τοῦτο τὸ δικαστήριον cum παρὰ praepositione in genitivos mutati sunt, tamen verissimam esse puto receptam lectionem, retentam a Reiskio et ab Im. Bekkero et Bindorfio comprobatam. Reiskius tamen in adnotationibus e libro Augustano I. scribendum esse putavit, πρῶτον μὲν παρ' ἑνὸς τούνου τοῦ δικαστηρίου τοὺς γεγραμμένους νόμους, omissis καὶ παρὰ, quod omnes libri habent, ante τ. γεγρ. νόμους., eumque Schaeferus, quia ferri plane non possit τὸ ψήφισμα εἴρηται παρ' ἓν τοῦτο τὸ δικαστήριον, sequutus est. Deinde nuperrime exstitit doctissimus Funkhaenelius in ann. Darmstad. 1841. n. 116. p. 961. et a duobus illis paululum recedens, solo altero παρὰ omisso, proposuit: πρῶτον μὲν παρ' ἑνὸς τούτου τοῦ δικαστηρίου καὶ τοὺς γεγραμμένους νόμους. Sequuti sunt edit. Turic. Prius idem ille disputavit in quaestionibus Demosthen. p. 64. s. de iisdem verbis et multo rectius quidem, quam hoc ultimo tempore: ibi enim defendit receptam scripturam nihilque mutavitin ea, nisi ut, quod Reiskio necessarium ante γεγραμμένους νόμους visum erat τούτου,

Digitized by Google

istud pronomen in τοσοῦνδε mutatum post παρὰ intersereret, scilicet ut §. 70
ne omnes omnino leges intelligerentur, quum solae Areopagiticae intelligendae sint. Nemo autem pronomen desiderabit hoc loco omissum, et tamen leges in Areopago usitatas intelliget. Sed quod ad codices illos, quorum vestigiis viri illi doctissimi adhaeserunt, attinet, ego quidem eorum auctoritatem hoc loco puto valde suspectam fieri eo, quod in iis vel parva vel maior mutationis cupido animadvertitur atque in nullo, nisi in Augustano I. et duobus Im. Bekkeri, probata ab illis scripturа plane expressa est, ut dubitari nequeat, quin ea paulatim e correctione fluxerit. Id iam inde colligas, quod in omnibus libris alterum παρὰ invenitur, a nullo tentatum, quod tamen necessario omittendum erat, ut genitivi ad τοὺς γεγρ. νόμους referri possent. Nimirum correxerunt librarii verborum alii unam et alteram partem, deinde alii totam eorum complexionem immutarunt, non respicientes sequi rursus παρὰ, quod stare amplius non posset, genitivis ante illatis. Παρὰ igitur residuum ex integra lectione mansisse nobisque certissimam factae hoc loco in libris corruptionis significationem dare concedam est: nam nemo id librariis originem suam debere suspicabitur, certe id ortum esse deberet ab iis, qui pro genitivis ante posuissent accusativos. Deinde, quod gravissimum est, si scripsisset hoc loco orator, quod illi codices habent et viri illi ex iis adsciverunt, id prorsus fuisset perversum, quia tum tantum de legibus, quae ad Areopagum pertinerent, neque de ipso Areopago eiusque institutis cogitandum fuisset, quamquam antegressa expositio demonstrat et iudicii ipsius auctoritatem et eius leges esse ab Aristocrate neglectas. Denique confirmant veritatem receptae scripturae cum quae ante §. 67. dicta sunt: ταύτην τοίνυν τὴν φυλακὴν καὶ τὰς ἐν ταύτῃ νομίμους τιμωρίας παραβὰς, tum quae infra §. 78. sequuntur, ubi cum Palladio rursus Areopagus indicatur: ταῦτα μὲν δὴ δύο τηλικαῦτα καὶ τοιαῦτα δικαστήρια καὶ νόμιμα ἐκ παντὸς τοῦ χρόνου παραδεδομένα οὕτως ἀναιδῶς ὑπερπεπήδηκεν. et §. 75. τρίτον τοντὶ δικαστήριον καὶ τὰ τούτου νόμιμα παραβεβηκὼς φαίνει. Quod autem Schaeferus existimat, esse insolens dictum εἴρηται τὸ ψήφισμα παρ' ἓν τοῦτο τὸ δικαστήριον, id quidem ab eo recte animadversum est, sed non observatum, quod debebat, istam insolentiam bene mitigari interpositis verbis παρὰ τοὺς γεγραμμένους νόμους, quae frequentissime cum εἴρηται coniunguntur. Neque hoc respexit Funkhaenelius in quaestionibus l. c., quamquam habuit operae pretium, allata simili ex Aristocratea dictione, qua tamen ad probandum nihil efficitur, Schaeferi commentum refutare. Sed in omisso ante proxima ἄγραφα νόμιμα articulo consentio cum Funkhaenelio, qui in ann. Darmstad. l. c. hunc usum exemplis

Digitized by Google

§. 70 ex Olynth. II. §. 9. τὰ χωρία καὶ λιμένας. et Lycurgi orat. in Leocrat. §. 80. ἐν τοῖς Λεωκράτους οἰκέταις καὶ θεραπαίναις, sumtis illustravit. Omiserunt articulum nostro loco codices si non omnes, at optimi tamen, sum etiam editiones veteres, neque necessitas loquendi nos premit, ut eum inferamus in orationem, quamquam substantivis νόμους et ἄγραφα νόμιμα diversae res significantur. Optimis enim scriptoribus lex est, ut duobus substantivis per καὶ coniunctis vel eiusdem vel diversi generis, ante alterum articulus non repetatur, ubi ea una notione comprehendi possunt. Ita h. l. νόμοι et ἄγραφα νόμιμα, quamvis per se diversae notionis, tamen in unum confluunt relata ad Areopagum: de qua lege bene disseruerunt Engelhardtus ad Platonis Menexem. p. 252. s. et Dissenius ad orat. de coron. p. 374. Etiam in edit. Turic. articulus deest.

Iudicium ἐπὶ Παλλαδίῳ.

§. 71. Δεύτερον δ' ἕτερον δικαστήριον. In his ἕτερον apponitur non e pleonasmo, sed significatur expresse hoc vocabulo, diversum esse hoc secundum iudicium ab Areopago. Vid. adnot. ad §. 74. Dicta esse etiam ἕτερος ἄλλος et ἄλλος ἕτερος observat Godofr. Hermannus ad Viger. p. 722. Cf. Maetzneri adnot. ad Lycurg. p. 198. — φανήσεται. Plenius alibi dictum est futuro his additis: ἐὰν σκοπῇτε, ἂν τις ὀρθῶς σκοπῇ, ἐὰν βούλῃ δικαίως σκοπεῖν, ἐάν τις βούληται σκοπεῖν. Vid. orat. c. Leptin. 30. p. 466. de coron. 317. p. 330. 299. p. 325. 303. p. 326. — τὸ ἐπὶ Παλλαδίῳ. De huius iudicii nomine, origine et muneribus vide quae refert Pausan. lib. I, 28, 9. et Eustathius ad Odyss. A. p. 1419, 52.: δικαστήριον ἱστοροῦσιν Ἀθήνησιν ἐπώνυμον τῆς Παλλάδος· Ἀριστοφάνης: Ἄκων κτενῶ σε τέκνον. ὁ δ' ὑπερίνατο, ἐπὶ Παλλαδίῳ τἄρ', ὦ πάτερ, δώσεις δίκην· ἐδίκαζον δὲ κατὰ Παυσανίαν ἐκεῖ ἀκουσίους φόνους ἐφέται. et de hoc Aristophanis fragmento Volkm. Fritsch. in comment. de Daedal. p. 129. Cf. Harpocrat. s. v. ἐπὶ Παλλαδίῳ, Phanodemi fragment. p. 11. et qui ibi a Car. Godofr. Siebeli citati sunt, Matthiaeus de iudiciis p. 149. s. Hefterus de re iudiciali Athen. p. 136. 385. Meierus et Schoemannus de ordine iudiciorum Athen. p. 15. s. et p. 143. Ottfr. Muellerus in addit. ad Aeschyli Eumenid. p. 155. Tittmannus de constitutione rer. publ. Graec. p. 223. Ioan. Dider. de Riemerus in specim. crit. in Demosth. orat. adv. Aristocr. p. 21. s. Wachsmuthius antiquitt. Hellen. II. I. p. 320. et C. Fr. Hermannus antiquitt. publ. §. 103. Constat, in hoc iudicio Ephetas iudicasse. De iis iam supra p. 198. nonnulla a me exposita sunt: alia bona venia lectorum cumulatiore mensura his addam, sed spero ea, quae dicturus sum copiosius, tenebris huius partis rerum antiquarum aliquam lucem allatura esse.

Digitized by Google

Ephetae sunt iudices numero quinquaginta et unus, ita dicti, quia iis §. 71
commissa erat cognitio causarum capitalium, i. e. *παρὰ τὸ ἐφεθῆναι αὐτοῖς τὰ τῆς κρίσεως*, ut Harpocratio s. v. *ἐπὶ Παλλαδίῳ* dicit, rem aliquam enarrans summae antiquitatis. Aliter acceperunt nomen Matthiaeus de iudiciis Athen. p. 146., C. Fr. Hermannus quaest. de iure et auctoritate magistrat. apud Athen. p. 62. et 63. et antiqq. publ. §. 103. n. 2., aliter Buttmannus gram. ampl. II, p. 326. et Ottfr. Muellerus in additt. ad Aeschyli Eumenid. p. 154. Cf. Meieri et Schoemanni adnot. in libr. de iudiciis Athen. p. 16. Non dubito tamen, quin passiva vocabuli significatio exemplis aptissimis iisque partim allatis bene defendatur. Ad demonstrandum, quo pacto se munus eorum diversis temporibus habuerit, magno momento sunt dicta Pollucis Onomast. VIII, 125, ad fidem optimorum, ut opinor, composita auctorum. Primus constituit Draco Ephetarum collegium eosque quinque illis foris (*τοῖς πέντε δικαστηρίοις*), in quibus antiquitus de rebus capitiis iudicabatur, praefecit. Ante Draconem cura rerum capitalium demandata erat *βασιλεῖ* sive archonti secundo, qui succederet vicarius optimatum muneri, quorum propria iuris capitalis administratio esset, quod in rebus divinis et caeremoniis, quas illi soli noverunt, niteretur. *Βασιλεὺς* causas nonnullas cum sociis vel solus cognoscebat, vel pro gravitate earum adhibito lectissimorum virorum concilio. Quum autem turbulenta inciderent tempora et certamina cruenta fierent, non sufficisse singulorum opera et cura videtur, neque poterant optimates frequenter in rebus peragendis interesse; quapropter in iis a Dracone vicaria fides Ephetarum supponebatur. In hanc rem interpretor extrema Pollucis l. c. verba *πρότερον τοῦ βασιλέως τοὺς ἐπ' ἀκουσίῳ φόνῳ κρινομένους ἐξετάζοντος ὁ Δράκων παρέδωκε τοῖς ἐφέταις τὴν κρίσιν, ἐφέσιμον ἀπὸ τοῦ βασιλέως πεποιηκώς*. i. e. iudicio a rege ad potestatem Ephetarum translato. Non enim reliquit res soli regi disceptandas, sed eas ad Ephetarum arbitrium reiecit. Quare noli ista verba cum Matthiaeo et C. Fr. Hermanno aliisque ita intelligere, ut, si litigantes acquiescere in regis sententia nollent, ab eo ad Ephetas provocandi veniam datam fuisse dicas: quo certe instituto non compositae et imminutae illius temporis turbae et lites, sed longius productae et auctae fuissent, quod a legislatoris consilio abhorrebat. Conferas cum grammatici verbis ea, quae ab oratore de Haloneso 9. p. 79. similiter dicta sunt: *ἐπειδὰν ὡς ἑαυτὸν ἐπανενεχθῇ, ἐφέσιμον τὴν παρ' ὑμῶν γενομένην γνῶσιν ὡς ἑαυτὸν ποιούμενος*, quae Meierus et Schoemannus de iudiciis Athen. p. 776. n. 9. recte exposuerunt.

Digitized by Google

§. 71 Ephetae et ipsi e gente optimatum electi sunt (ἀριστίνδην αἱρεθέντες), e singulis quatuor tribubus duodeni, ut rege addito cum duobus παρέδροις iudices quinquaginta et unus constarent. Cf. Ottf. Muelleri adnot. ad Eumenid. p. 151. Electio eorum qualis fuerit indicat scholiastes ad Aristophanis Plut. 277. init. et quo consilio et quo modo eam insequuta sit sortitio, de qua idem ille loquitur, facile coniectura assequi possumus. Vide tamen quae dicit Volkm. Fritschius in libr. de sortit. iudic. p. 18. Solon autem, leniter mutatis pro tempore rerum publicarum modis, reliquit Ephetis quatuor fora, praeposito Areopagitarum senatu, qui eo loco iudicabat, unde nomen accepit suum. Ubi igitur Areopagitarum collegii ante Solonem conformati mentio fit, scriptores ad antiquitatem posterioris temporis institutum transtulisse putandi sunt. Huic senatui, collecta in eo maxima optimatum et qui illo tempore fidem erant, opulentissimorum civium potestate, impertivit ille custodiam legum et curam honestatis in vita civium servandae, ut tanquam de specula prospiciens adiuvandae saluti publicae, quoties aliqua eius violatio fieret, non deesset, et quod convenientissimum erat, adiecit etiam iudicia de iis factis, quibus honestas vitae maxime laesa et turbata esset. Quo duplici munere concilium Areopagi tanta floruit auctoritate, ut id pro sanctissimo haberetur. Atque hac specie sanctitatis et excellentiae, quam illud haberet et tueretur, commotum esse puto legislatorem, ut eius iurisdictionem ab Ephetarum collegio seiungeret. Horum enim opera, quam in diversas officii partes conferre debebant, multa erat et magna: praeter cognitionem criminum ad eos etiam actiones placandi et explandi pertinebant; operam dabant homicidis patriam et relinquentibus et redeuntibus; nonnunquam ab urbe aberant, veluti si rem inanimam, sive lapidem, sive ligum, sive ferrum, quo quis occisus esset, auctore caedis non cognito, exterminarent, vel si in ripa maris de eo iudicarent, qui in exilio propter caedem non voluntariam viveus alterum consulto interfecisset; ii etiam reconciliationem homicidarum cum cognatis occisi confecisse videntur, et si nulli ex iis superessent, decem phratores ἀριστίνδην elegerunt. Vid. Dem. orat. c. Macart. 57. p. 1069. Alia his addi vel ex ipsa hac oratione possint, quibus appareat, quot et quanta negotia fuerint, quae Ephetae obire deberent. Quare si Areopagitae, praeterquam quod custodes legum et honestae vitae civium essent, etiam universa iudicia capitis exercuissent, multis et molestis et operosis negotiis implicati fuissent, quibus quum neglectio reliquorum munerum tum imminutio dignitatis effecta fuisset. Id quum vitare vellet legislator, illis eam causarum capitalium partem attribuit, quae una et simplicissima et venerationis plenissima erat. Ac verisimile est, eos

Digitized by Google

custodes Ephetis positos fuisse, certe id statui potest, siquidem penes §. 71
illos cura et tutela rerum sacrarum erat, eoque ducunt ipsa Grammatici verba: *αὐτοῖς προκατέστησε* (ne probes *προςκατέστησε*) *τὴν ἐξ Ἀρείου πάγου βουλήν*. Aliam hujus distinctionis iudiciorum rationem expromsit Ottfr. Muellerus, sed dubito, num ea vera dicenda sit.

Paulatim Ephetarum collegium vi et auctoritate imminutum est, id quod Pollux l. c. verbis *κατὰ μικρὸν δὲ κατεγελάσθη τὸ τῶν ἐφετῶν δικαστήριον* testatur. Hinc explicandum est, quod ipsi saepe non nominantur a scriptoribus, ubi tamen fora eorum commemorantur. Videlicet ea, praecipue *τὸ ἐπὶ Παλλαδίῳ* et *τὸ ἐπὶ Δελφινίῳ* hellaistici iudices, ut opinor, inde ab eo tempore, quo populare imperium valde auctum erat, occupaverant. Vid. V. Fritsch. in libr. de sortit. iud. p. 21. ss. Non tamen illi penitus foris suis exclusi sunt; etsi a iure dicundo prohiberentur, tamen non impediti sunt exsequendis caeremoniis, quas ius sacrum praescribebat. Sed ipso earum usu, quarum pars cultioribus temporibus non amplius conveniret, risum excitasse videntur. Post hanc iusto longiorem a proposita explicatione digressionem reliqua adiungam. — *τοὺς παρὰ τούτῳ νόμους*. Scripturae *τούτων* et *τούτου* haud dubie ortae sunt e dativo *τούτῳ*. Vid. supra §. 66. *τοῦ παρὰ τούτοις εὑρημένου δικαίου*. Non idem est dativus addatur praepositioni an genitivus. Hoc casu fons et origo indicatur legum, dativo autem leges, quibus quis iudex utitur. Plane inutilis est Reiskii coniectura *περὶ τούτων*, i. e. *περὶ τῶν ἀκουσίων*. — *καὶ γὰρ ἐνταῦθα. nam ibi quoque.* Haec vis *καὶ* particulae, propter *γὰρ* non suo loco collocatae, saepenumero in hac coniunctione praeterlit homines doctos: quare eam nonnunquam iterarunt. Vid. Schaeferi adnot. ad Dionys. Halic. de composit. vv. p. 228. et 335. — *ὑπόκειται*. Reiskius in indic. graecit. p. 516.: *hoc in foro certaturis proposita sunt istaec praestanda.* Sed si vim *ὑπὸ* praepositionis spectes, sic vertas: *fundamentum est*, *constitutum est*. Vid. adnot. ad §. 53. Demosthen. orat. de symmor. 4. p. 179. *καὶ τοῦθ' ὑποκεῖσθαι τῇ γνώμῃ*, *hoc constitutum esse animo*, vel ad sententiam accuratius: *in hac re fundamentum vestrae deliberationis positum esse.* Pindari Olymp. I, 84. *ἀλλ' ἐμοὶ οὗτος ἄεθλος ὑποκείσεται*, ubi Dissenius: *incumbam in hoc certamen*, rectius autem: *sed mihi hoc certamen certum erit.* Citat idem Plutarchi vit. Pericl. c. VI. *ὑπέκειτο γὰρ τῷ μὲν* (*τῷ φυσικῷ*) *ἐκ τίνων γέγονε καὶ πῶς πέφυκε θεωρῆσαι, τῷ δὲ* (*μάντιν* dicit) *πρὸς τί γέγονε καὶ τί σημαίνει προειπεῖν*. In his omnibus manifesta est notio fundamenti. — *διωμοσία*. Vid. Demosth. orat. c. Euerg. et Mnesib. 70. p. 1160. *διομεῖ ἐπὶ Παλλαδίῳ αὐτὸς καὶ ἡ γυνὴ καὶ τὰ παιδία καὶ καταράσεσθε αὐτοῖς καὶ*

Digitized by Google

§. 71 τῇ οἰκίᾳ. Cf. Aeschin. de fals. legat. 87. p. 89. — ἀλῷ καὶ δαπῇ. Vid. adnot. ad §. 28.

§. 72. τί οὖν ὁ νόμος κελεύει; verba ὁ νόμος omissa sunt in nonnullis codicibus, quoniam, ut opinor, eadem antecedunt. Omissio ista placuit Taylori. Sed faciunt illa numerosiorem orationem, neque eiusmodi repetitio quidquam iniucunditatis habet. — ἔν τισιν εἰρημένοις χρόνοις ἀπελθεῖν ταχτὴν ὁδόν. Scriptura εἰρημένοις, quae in plurimis et optimis codicibus est, bene defenditur orat. c. Polycl. 57. p. 1224. ἐν τῷ χρόνῳ τῷ εἰρημένῳ. Aliquot enim libri pro εἰρημένοις habent ὡρισμένοις, ex aperto glossemate. Etiam Hesychii verba, quibus nostrum locum respexit, videntur interpretantis esse. Dicit enim grammaticus: αἰδέσασθαι, τὸ ἔνοχον ὄντα φόνῳ ἀκουσίῳ καὶ πεφυγαδευμένον ἐφ' ὡρισμένῳ χρόνῳ τοῦ τετελευτηκότος ἐξιλᾶσθαι (ἐξιλάσασθαι) ὡς εἰληφότα ἤδη τιμωρίαν. Qua de causa autem eos, qui imprudentes occiderant, die praestituta patria excedere oportuerit, etsi non indicatur ullo veteris scriptoris loco, tamen id institutum fuisse existimo, ut praecaveretur, ne in ipso talium homicidarum exitu alii, qui integri essent, cum iis concurrerent et contaminarentur. Eadem cautionis ratione praescripta iis videtur fuisse certa quaedam via, qua exirent; ac verisimile est, in his quoque rebus gerendis ephetas negotiorum partes habuisse tum quod diem itineris eorum et ipsum iter publicarent, ut alii scirent, quibus locis et quando iis abstinerent, tum quod exeuntes usque ad Atticae fines ipsi comitarentur, ne quid iis violenti accideret. Itaque equidem fateor me prorsus non intelligere, qui potuerit Ioan. Dider. de Riemerus l. c. p. 41. n. 1. ταχτὴν non de loco, sed de tempore explicare, quum ὁδὸν nullam admittat h. l. nisi viae notionem et ταχτὴν certis limitibus circumscriptam viam significet. Apud Platon. de legg. lib. IX. p. 873. 3. τεταγμένη τροιὸδος in simili re commemoratur. Errat homo ille doctus iam in eo, quod verba ἔν τισιν εἰρημένοις χρόνοις de annuo exilio homicidae intellexit Petitum sequutus, qui in libro de legg. Attic. p. 615. pro iis ἐν ἐνιαυτῷ intulit in orationem, ut certius poenae ἀπενιαυτισμοῦ indicium haberemus. Istam tamen poenam orator h. l. non illis verbis indicavit, sed si eam indicare voluisset, id facere debuisset in proximis verbis. Non fecit autem, nihil dicens nisi φεύγειν, ἕως ἂν αἰδέσηταί τινα τῶν ἐν γένει τοῦ πεπονθότος. Num autem ex eo, quod ἀπενιαυτισμὸς h. l. non commemoratur, coniici licet, eam poenam apud Athenienses non fuisse usu receptam? Usitatam ibi fuisse non grammatici quidem veteres, qui eius mentionem faciunt, dicunt distincte, veluti Bekkeri anecdott. p. 421. 20. ἀπενιαυτισμός: φυγὴ ἐπὶ ἐνιαυτὸν διὰ φόνον ἀκούσιον, καὶ ὅλως ἀποδημία τοῦ τοσούτου χρόνου

Digitized by Google

ἀπαλλαγῆς ἔστιν μόνους ἢ ἔρωτός τινος. Scholiastes Euripid. Hippol. v. 35. ἔθος γὰρ ταῖς ἐφ' αἵματι φεύγουσιν ἐνιαυτὸν ποιεῖν ἐκτὸς τῆς πατρίδος. Isaacius Tzetzes ad Lycophr. v. 1039.: νόμος ἦν τὸν ἐργασάμενον φόνον φεύγειν ὅλον ἐνιαυτὸν, μὴ φαίνοντα τῆς πατρίδος. Hesychius t. I. p. 437.: ἀπενιαυτισμὸς ἡ εἰς ἐνιαυτὸν φυγὴ τοῖς φόνον δράσασιν., sed Plato eam pluribus locis legum suarum affert, ut dubitari nequeat, quin ea in Attica ex lege valuerit. Dicit philosophus de eo loquens, qui imprudens occidit, libr. IX. p. 865. E. διὸ δὴ χρεών ἐστιν ἄρα ὑπεξελθεῖν τῷ παθόντι τὸν δράσαντα τὰς ὥρας πάσας τοῦ ἐνιαυτοῦ καὶ ἐρημῶσαι πάντας τοὺς οἰκείους τόπους ξυμπάσης τῆς πατρίδος. et p. 869. E. ἐὰν ὅστις οὖν ὀτῳοῦν ἀφίῃ τοῦτο ἑκών, ὡς ἀκουσίου γεγονότος τοῦ φόνου, οἱ καθαρμοὶ γιγνέσθωσαν τῷ δράσαντι· καὶ ἐνιαυτὸς εἷς ἔστω τῆς ἐκδημίας ἐν νόμῳ. et p. 866. C. ἀπενιαυτίζειν verbo utitur. Cf. Meursius ad Lycophr. v. 1039. V. III. p. 1302. ed. Muell. et Ruhnken. ad Timaei lexic. p. 39. Matthiaeus de iudiciis p. 169. Otfr. Muellerus ad Aeschyli Eumenid. p. 128. et C. Fr. Hermannus disput. de Platonis legg. p. 51. Ex mea quidem sententia ἀπενιαυτισμὸς brevissimum tempus fuit, quod tales homines, ut partim irati manes occisi sedarentur, partim ipsi occasionem haberent cognatos occisi placandi, e patria abesse debebant; intra quod si illos non placassent, durabat exsilium neque prius redibant nisi veniam consequuti: nam quo maiorem cognati de caede occisi animo cepissent dolorem, eo tardiorem fuisse homicidarum reconciliationem cum illis credibile est. Quo modo conciliari possunt quae de ἀπενιαυτισμῷ referuntur et quae h. l. dicit orator, homicidam exulare, donec cum aliquo e familia occisi in gratiam redierit. Neque aliter res se habet, si Plato poenam ἀπενιαυτισμοῦ anno longiorem aut etiam supra protractam intellexerit. Cf. Hefterus l. c. p. 136. n. 12. Reconciliationem autem, quamvis tardatam, tamen confectam esse, pro certissimo haberi potest: legitima enim erat nec praeter naturam, quum annus satis sit ad leniendum vel summum dolorem nihilque homini dignius quam placabilitas et clementia: quae si facta non esset, facile fieri potuisset, ut ex annuo exsilio ἀειφυγία, quae voluntariorum esset homicidarum, exsisteret. Et si eam cognati vel denegare omnino vel in longiorem diem conferre voluissent, iis puto metuendum fuisse, ne, quod liceret voluntate facere, inviti et coacti facerent. Quare neutrum apud Athenienses humanissimos homines unquam factum esse puto, sin autem alterutrum, rarissime tantum, id quod etiam Demosthenes orat. in Mid. 43. et 44. p. 528. indicare videtur, ubi haec: ἔπειθ' οἱ φονικοὶ τοὺς μὲν ἐκ προνοίας ἀποκτιννύντας θανάτῳ καὶ ἀειφυγίᾳ καὶ δημεύσει τῶν ὑπαρχόντων §. 72

Digitized by Google

§. 72 ζημιοῦσι, τοὺς δ' ἀκουσίως αἰδέσεως καὶ φιλανθρωπίας πολλῆς ἠξίωσαν. Praeterea inclinato ad credendum sum animo, idque iam supra dixi, ipsos Ephetas placationi perficiendae intentos curasse, ut omnia, quoad liceret, rite et iusto tempore peragerentur. Satis autem erat, homicidam cum uno e cognatis, qui genere proximus erat, ceteris consentientibus, reconciliasse, de quo more optime disseruit Hefterus l. c. p. 142. In verbis αἰδέσηταί τινα aliquid offenderunt interpretes. Ego quidem ita scribendum esse putavi cum H. Wolfio, Taylore, Reiskio, Im. Bekkero, Dindorfio, quamquam αἰδέσηταί τις, ut quod Demosthenis dicendi usu confirmatum sit, a praeclaro Godofr. Hermanno ad Sophocl. Oedip. Colon. v. 1556. receptum videmus. Idque in nonnullis libris scriptum est. Non assentitur Schaeferus, αἰδέσῃ τινὰ scribi iubens: vitii enim, inquit, si quid hic lateat, non in pronominis casu latere, quem tutetur auctoritas tam Grammaticorum quam Codicum, sed in forma verbi, ac passiva forma uti ipsum Demosthenem p. 645, 28. μήπω τῶν ἐμβαλόντων αὐτὸν ᾐδεσμένων. At quis scriptori, si cuius verbi passiva forma usus fuerit, idcirco activae usum attribuet? Id certe hic nullo pacto fieri potuit, quum αἰδέσασθαι apud Demosthenem in eadem re positum orat. c. Macart. 57. p. 1069. vocabulum legis recitatae sit et duobus alteris locis, orat. c. Pantaenet. 59. p. 983. et c. Nausimach. 22. p. 991. ex illa sumtum usurpetur. Ex eodem fonte Plato de legg. lib. IX. p. 877. A. id videtur hausisse. Deinde non debebat Schaeferus pronomen τινα grammaticorum auctoritate fulcire et eandem in αἰδέσασθαι praeterire. Nam Hesychius t. I. c. 144. Harpocratio s. v., anecdota Bekkeri p. 355, 1. Zonaras c. 90. extr. Suidas, omnes, qui huic Aristocrateae locum interpretantur, non scribunt αἰδέσαι, sed αἰδέσασθαι. Quod porro praeter insolentiam structurae verbi notatur a Godofr. Hermanno etiam significatio, quam ei tribuunt grammatici, ἐξιλάσασθαι καὶ πεῖσαι, neque haec neque illa confessa damnatio est, siquidem in ipsa dictione nihil sit legibus linguae contrarium. Interpretor equidem: *donec aliquem cognatorum impleverit reverentia sui*, id est, *ad ignoscendum permoverit*. Forsitan addas licet: *per alios*, veluti ephetas, quum homicida exul ipse non posset exorare cognatos, ut sibi ignoscerent. In ceteris supra citatis locis dictum est de ipsis cognatis, qui reverentia et miseratione supplicis commoventur, qui permittunt, ut flectantur animo, ut placentur, qui ignoscunt, cuius loco Plato de legg. p. 866. A. ἔχειν συγγνώμην ponit. Tum saepe dicitur αἰδεῖσθαί τινα, ut sit reverentiam alicui habere, inprimis supplicibus, addito nonnunquam οἰκτείρειν. Vid. Matthiaei adnot. ad Euripid. Hecub. v. 790. Atque haec significare medium nemo negabit, qui

Digitized by Google

animadverterit, quam varius multiplexque eius sit usus. Activum, §. 72
quod tamen non exstat apud antiquiores, significaret *erubescere facere, implere pudore, reverentia*, ut aliquem misereat supplicis adversae conditionis. De componendis aliis discordiis usus est Homerus Il. XIX, v. 179. *ἀρέσασθαί τινα.* — De loquutione *τῶν ἐν γένει* vid. Godofr. Hermanni adnot. ad Viger. p. 858. et Pflugkii ad Euripid. Alcest. v. 904. Tales Plato de legg. IX. p. 866. A. dicit *τοὺς τοῦ τελευτήσαντος γένει ἐγγύτατα*, Antipho tetralog. IV. δ. 11. p. 129. *τοὺς ἔγγιστα*, et de caed. Herod. 48. p. 135. et 59. p. 136. *τοὺς προσήκοντας*, ut Demosth. orat. in Euerg. et Mnesib. 72. p. 1161. — *ἥκειν*, id est, *κατελθεῖν*. Orat. in Leptin. 78. p. 479. *ἐπειδὴ δ' οὐχ ἥκον οὗτοι, πέμπειν ἑτέρους παραινεῖν* (λέγεται). Vis redeundi tamen, non in ipso verbo sita, e contextu orationis intelligitur. — *οὐχ ὃν ἂν τύχῃ.* scil. *ἥκων, non quemadmodum fors tulerit, ut credat temere sibi redeundum esse. Τύχῃ* enim ad ipsum exulem referendum est. Orat. c. Leptin. 91. p. 484. *κατεσκεύασαν αὐτοῖς ἐξεῖναι νομοθετεῖν, ὅτὰν τις βούληται καὶ ὃν ἂν τύχῃ τρόπον.* sc. *νομοθετῶν.* Olynth. I, 3. p. 10. Olynth. II. 10. p. 21. Philipp. III. 54. p. 124. *ἥστινος ἂν τύχητε ἕνεκ' αἰτίας.* de Chersones. 68. p. 106. Impersonaliter dictum est orat. in Timocrat. 157. p. 749. *οὐ γὰρ ἁπλῶς, οὐδ' ὅπως ἔτυχε, ποιοῦσι κακῶς ὑμᾶς.* ubi tamen Im. Bekkerus librum Σ, licet unicum, audivit *ἔτυχον* scribens, ut idem primus ex eodem libro Philipp. I, 46. p. 53. *τύχητε* recepit. Sed orat. in Theocrin. 41. p. 1335. omnes codices in scripturam *τῶν ὅπως ἔτυχε λεγόντων* consentiunt. — *θῦσαι καὶ καθαρθῆναι.* Rediens ipse homicida piaculare sacrificium facere debebat, deinde sequebatur eius lustratio per alios. De his ritibus eorumque natura et indole bene disseruit Ottfr. Muellerus in additt. ad Aeschyl. Eumenid. p. 144. et aliis locis. Cf. Wachsmuthii antiquitt. Hellen. II. 1. p. 162., qui usitata in hac re verba *ἀγνεύειν, ἁγνίζειν* et prioribus probatum *ἀπολυμαίνεσθαι* affert. — *ἄλλ' ἄττα.* Orat. de fals. legat. 210. p. 406. *λοιδορεῖσθαι δὲ ἄλλ' ἄττα οὐδεὶς ἐκώλυεν οὐδὲ βλασφημεῖν.* in Androt. 8. p. 595. *ἔτερ' ἄττα λέγω.* Add. orat. c. Lacrit. 31. p. 933. His locis, ut alibi, in aliquot libris invenitur *ἅττα*, quod est *ἄτινα.* Sed vid. Etymol. magn. p. 152. 40. *σημαίνει μὲν τὸ τινά, φιλούμενον· δασύνεται δὲ τὸ ἅττινα.* Idem docent Bekkeri anecd. p. 197. 9. Cf. Buttmanni gr. ampl. §. 77, 2. — *διεῖρηκεν.* Orat. c. Leptin. 28. p. 465. *διεῖρηκεν ὁ νόμος*, uti Fr. Aug. Wolfius interpretatur, *lex diserte, clare dicit, λέγει διαῤῥήδην.* Hinc iam Schaeferus vitiosam scripturam *δὴ εἴρηκεν* bene damnavit.

§. 78. *τὸ παρασχόντ' ἀσφάλειαν ἀπελθεῖν οὕτω προστάττειν φεύγειν.* Reiskius interpretatur sic: *posteaquam lex dederit abeundi*

Digitized by Google

§. 73 *e patria securitatem, sic tandem* vel *tum demum imperare exilium.* De ἀπελθεῖν infinitivo cum substantivo iuncto vid. adnot. ad §. 67. p. 261. οὕτω post participium illatum cum vi repetit ante dicta: *data securitate abeundi.* Olynth. II. 7. p. 20. τὴν γὰρ ἑκάστων ἄνοιαν ἀεὶ τῶν ἀγνοούντων αὐτὸν ἐξαπατῶν καὶ προσλαμβάνων οὕτως ηὐξήθη. de coron. 7. p. 227. Παρασχὼν ἑαυτὸν ἴσον καὶ κοινὸν ἀμφοτέροις ἀκροάτην οὕτω τὴν διάγνωσιν ποιήσεται περὶ ἁπάντων. — ἐστὶν ἔχον. Haec circuitio verbum simplex circumscribens, a Demosthene numeri oratorii adjuvandi causa frequentatur. Olynth. II. 26. p. 25. ἀλλ' οὔτ' εὔλογον οὔτ' ἔχον ἐστὶ φύσιν τοῦτό γε. de fals. legat. 13. p. 229. οὔτε μὰ τοὺς θεοὺς ὀρθῶς ἔχον οὔτε πολιτικὸν οὔτε δίκαιόν ἐστιν. in Mid. 119. p. 553. τοῦτο γὰρ, τοῦτο οὐκ ἔχον ἐστὶν ὑπερβολὴν ἀκαθαρσίας. His a Fr. Frankio collectis in edit. Philippicarum p. 42. add. Philipp. IV. 28. p. 138., quae inter Demosthenicas est, ἐστὶ μὲν οὐκ ὀρθῶς ἔχον. orat. c. Aphob. 29. p. 858. ταῦθ' οὕτως ἔχοντ' ἐστίν. orat. II. c. Onetor. II. p. 879. καὶ γὰρ οὐδὲ λόγον τὸ πρᾶγμ' ἔχον ἐστί. Eodem pertinet ἐστὶ προσῆκον Olynth. III. 24. p. 35. et de coron. 62. p. 245. τί προσῆκον ἦν ἐλέσθαι πράττειν καὶ ποιεῖν τὴν πόλιν. Neque rarae sunt huius generis circumlocutiones apud alios scriptores, quemadmodum explicavit Goettlingius ad Aristot. polit. p. 287. — ὁσιοῦν. Cadit scripturae ὁσιοῦσθαι, quam Reiskius recepit, auctoritas, si e quo ea libro prodierit, spectes. Deinde apparere ait Schaeferus ὁσιοῦν, sumtum illud ex obsoleta legislatoris graecitate, vocem esse glossematicam, quam orator §. 72. θύειν (*piaculare, sacrificium facere*) interpretetur. Eadem voce de homicida explando utitur Euripides Orest. vs. 514. Φυγαῖσι δ' ὁσιοῦν, ἀνταποκτείνειν δὲ μή. Cf. Ottfr. Muellerus ad Aeschyl. Eumen. p. 144. n. 16., qui de usu explandi loquens exempla verbi ἀφοσιοῦσθαι attulit. — καὶ πάντα ταῦτα ἴχει καλῶς. *haec, inquam, omnia bene habent*, ut Schaeferus interpretatur ad p. 649, 1. — τηλικαῦτα καὶ τοιαῦτα. *tam gravia et tali iustitia insignia.* — ὑπερπεπῆδηκεν. Aeschin. orat. in Ctesiph. 12. p. 55. ὑπερπηδήσας τὸν νόμον τὸν περὶ τῶν ὑπευθύνων κείμενον. ibid. 201. p. 82. ὑπερπηδήσας τὴν δικαίαν ἀπολογίαν. et παραπηδᾶν τοὺς νόμους ibid. 192. p. 81. Bremius vol. II. p. 167. edit. suae ὑπερπηδᾶν levi pede aliquid praeterire et migrare, quasi rem parvi momenti.

§. 74. Τρίτον δ' ἕτερον — δικαστήριον. *tertium alterius generis*, i. e. *diversum a prioribus iudicium.* Vid. adnot. ad §. 71. Orat. in Theocrin. 14. p. 1326. ἕτερον δὲ τὸν τρίτον (νόμον). ubi Schaeferus affert ex eadem oratione. 19. p. 1327. τέταρτος τοίνυν ἕτερος νόμος ἐστὶν. Cf. Aelian. de natur. anim. lib. VIII. c. 1. καὶ τρίτον ἕτε-

Digitized by Google

ρον σκέλος. Qua diversitatis notione ἕτερον propriam tenet significa- §. 74
tionem, neque id cum Reiskio ind. graecit. p. 253. et Schaefero ad h. l. et ad p. 1068, 27. et cum Schoemanno ad Isaei oratt. p. 281. pro ἄλλο positum esse dicendum est: quod iam e coniunctis ἄλλος ἕτερος et ἕτερος ἄλλος apparet. — κτεῖναι, — δεδρακέναι. Apta est haec diversorum temporum coniunctio: aoristus rem cito et uno quasi temporis momento peractam ponit, perfectum autem quae in consequentibus etiamnum durat. Aliter grammaticus Harpocratio, qui nostrum locum exscripsit s. ἐπὶ Δελφινίῳ: δικάζονται δὲ ἐνταῦθα οἱ ὁμολογοῦντες μὲν ἀπεκτονέναι, δικαίως δὲ πεποιηκέναι τοῦτο λέγοντες. magis ad verbum Pollux: οὓς ὁμολόγει μὲν ἀποκτεῖναι, δικαίως δὲ ἔφη τοῦτο δεδρακέναι. — τὸ ἐπὶ Δελφινίῳ. Pausanias lib. I, 28, 10. Ἐπὶ Δελφινίῳ κρίσις καθίστηκεν ἐργάσασθαι φόνον σὺν τῷ δικαίῳ φαμένοις, in eoque primum Theseum. Pallante eiusque filiis interfectis iudicatum et iudicum sententiis liberatum fuisse. Ex his autem, quae paulo post in hac oratione commemorantur, Meursius in Areopago p. 2121. opinatus est, Demosthenem originem huius iudicii ex illa demum Orestis caede deduxisse. At orator nuspiam tale quid dicit et Orestis facinus supra §. 66. in Areopago iudicatum commemorat. Id tantum exponit, ex Orestis defensione coram diis iudicibus facta, quum caedem matris se patrasse non negasset, iure vero patrasse affirmasset absolutusque esset maiore numero suffragiorum, cognovisse homines, qui res capitales ordinarent, iustam quoque aliquam caedem fieri posse. Quare Orestis causam in constituendis rebus, quae singulorum essent iudiciorum, adhibitam fuisse arbitror, ut, si posterius similis casus accidisset, eum ad iudicium Delphinii referendum esse statutum esset. Id enim tenendum est, antiquis temporibus singulas caedes, quales quaeque essent, nondum satis distinctas et e natura sua et indole singulis iudiciis distributas fuisse. Cf. Ottfr. Muellerus ad Aeschyl. Eumenid. p. 158., qui ibi complura de nomine et ratione Delphinii probabilia docuit. Add. eiusdem Doriens. p. I. p. 243. 51. De eo veterum scriptorum et grammaticorum testimonia collegit Meursius in Areopag. l. c. et e recentioribus consulendi sunt Matthiaeus de iudic. p. 151. s. Hefterus de re iudicial. Atheniens. p. 137. s. Tittmannus de constitut. rerum public. graecar. p. 222. n. 60. Meierus et Schoemannus de ordine iudicior. Athen. p. 143. Ioan. Dider. de Riemerus pluribus locis l. c., Wachsmuthius antiquitt. Hellen. II. 1. p. 320. et C. Fr. Hermannus §. 104. — φόνον ὅσιον. Ὅσιον dicitur quod in tutela deorum est, purum et integrum et rationi humanae conveniens. Quare φόνος ὅσιος caedes est iure facta, quae legibus divinis non adversetur. Hinc Hesychius: Ὅσιος, γνήσιος, κα-

Digitized by Google

§. 74. θαρρῶ, δίκαιος, εὐσεβὴς, εἰρηνικὸς, ἀγνὸς. Idemque: *Ὅσιον — τὸ ἀφειμένον καὶ μὴ ἀπηγορευμένον. — μητέρα Ὀρέστης ἀπέκτονεν ὁμολογῶν θεῶν δικαστῶν τυχών.* Citant hunc locum scholia *εἰς στάσεις* apud Walzium vol. IV. p. 328. s., omisso *ὁμολογῶν*, eumque Aristides art. rhetor. ibid. vol. IX. p. 345., insignem exemplo *τῆς σεμνότητος* laudat, re e summa antiquitate petita. Ceterum haec Orestis causa rhetoribus maxime apposita erat ad rationes dicendi explicandas. Vid. auct. ad Herenn. lib. I, c. 10. Cicer. de invent. lib. I, c. 13. Deinde articulum ante *μητέρα* nemo desiderabit. Addito enim *ἀπέκτονεν* cogites circumscribi *μητροκτόνον*. Vid. Schaeferi melett. crit. p. 45. et p. 116. Stallbaum. ad Platon. Crit. p. 51. A. Sympos. p. 206. A. ad Lach. p. 179. A. Denique quod ad coniunctionem trium participiorum in una enunciatione attinet, duo eorum sic solvas: *ὅτι ἀπέκτονε μητέρα ὁμολογῶν, ἐπεὶ ἔτυχε θεῶν δικαστῶν*: qua tamen solutione vis et virtus graecae linguae minuitur in copulandis iis conspicua, quae cogitatione arctissime cohaerent. Vid. Schaeferi adnott. ad orat. de coron. p. 295, 29. Stallbaum. ad Eutyphr. p. 27. ad Gorg. p. 171. ad Phileb. p. 53. et alibi. Cf. Matthiaei gr. p. 1099. 3. In *ἀπεκτονὼς ὁμολογῶν* est quaedam breviloquentiae species attractionis usu profecta, quae hoc modo illustrari potest: *ὅτι ἀπέκτονε ὁμολογῶν ἀπεκτονέναι*. Alterum exemplum Buttmannus gram. §. 131, 4. c. n. 2. profert: *ἐαυτὸν οὐδεὶς ὁμολογεῖ κακοῦργος ὤν*. Add. Demosthen. orat. de fals. legat. 293. p. 435. *τοὺς δὲ ἔχοντας, ὁμολογοῦντας, ἐξελεγχομένους ἐπ' αὐτοφωρῷ ἐπὶ τῶν συμμάχων ὀλέθρῳ ταῦτα πεποιηκότας, τούτους οὐ κρίνεις* —; Demosth. c. Phaenipp. 22. p. 1045. *σὺ τοίνυν δεῖξον χαλκοῦν ἕνα μόνον εἰς τὴν πόλιν ἀνηλωκώς*. Sophocl. Antig. 995. *ἴχω πεπονθὼς μαρτυρεῖν ὀνήσιμα*. Frequentius est autem participium post *ὁμολογεῖσθαι*, idque ipsum non raro in participio exhibitum, sed saepe in libris per *ὁμολογουμένως* obliteratum. Pseudo-Demosth. orat. II. in Aristogit. 22. p. 807. *τὰ δ' ἐν τῇ πολιτείᾳ κοινὰ τοῖς ὁμολογουμένοις καὶ ἐξεληλεγμένοις οὖσι φαύλοις ἐπιτρέπειν*. orat. in Neaer. 107. p. 1381. *δεινὸν πρὸς μὲν τοὺς ἀστυγείτονας καὶ ὁμολογουμένους ἀριστοὺς τῶν Ἑλλήνων εἰς τὴν πόλιν γεγενημένους οὕτω καλῶς καὶ ἀκριβῶς διορίσασθαι περὶ ἑκάστου*. Isaeus orat. de Philoctem. heredit. 49. p. 61. *ἡ δὲ τούτων μήτηρ, οὕτως ὁμολογουμένη οὖσα δούλη καὶ ἅπαντα τὸν χρόνον αἰσχρῶς βιοῦσα*. Add. ibid. §. 56. ubi plura Schoemannus. Isocrat. Panegyric. 83. p. 47. Demosth. in Timocr. 74. p. 724. *τοὺς ἐξεληλεγμένους ἀδικοῦντας τὴν πόλιν*. c. Eubulid. 3. p. 1300. *ἐγὼ γὰρ οἶμαι δεῖν ὑμᾶς ταῖς μὲν ἐξελεγχομένοις ξένοις οὖσι χαλεπαίνειν*. ubi si *ὁμολογουμένοις* scriptum esset, haud dubie in libris etiam *ὁμολογουμένως* inveniretur. Nonnunquam

participio ὁμολογούμενος solum adiectivum additum est, ut orat. c. §. 74
Aphob. 39. p. 856. τοὺς ὁμολογουμένους δούλους παραβὰς τὸν ἐλεύθερον ἠξίου βασανίζειν. quocum contendas orat. de symmor. 11. p. 181. τί τοὺς ὁμολογοῦντας ἐχθροὺς ἔχοντες ἑτέρους ζητοῦμεν; orat. c. Lept. 39. p. 469. τοὺς ὁμολογουμένους ἀξίους χάριτος τὰ δοθέντ' ἀφαιρεῖσθαι. — ἀποφυγγάνει dictum ut ἀποφεύγειν de eo, qui iudicum sententiis absolutus poenam subterfugit, salvus evadit. Orat. I. in Stephan. 52. p. 1117. οὐ γὰρ, ἂν ἕτερον δείξῃ δεινότερα εἰργασμένον, ἀποφεύγειν αὐτῷ προσήκει. Plat. Apolog. p. 35. C. οὐδὲ δίκαιόν μοι δοκεῖ εἶναι δεῖσθαι τοῦ δικαστοῦ οὐδὲ δεόμενον ἀποφεύγειν. — ἐφ' οἷς ἐξεῖναι ἀποκτιννύναι. Vid. adnot. ad §. 53. p. 226. s.

§. 75. οὐδὲν ἀφεῖλεν, i. e. *nihil excepit, nihil cavit.* Vid. Reiskii ind. graecit. p. 97. — φησὶ post ἀποκτείνῃ in bonis libris omissum non exspectatur. Vid. §. 60 extrem. — Verba κἂν δικαίως, κἂν ὡς οἱ νόμοι διδόασιν explicata sunt supra p. 241. s. — δύο προσθῆκαι *duae accessiones, partes.* Reiskius ind. graecit. p. 442. interpretatur: jedes Ding, jeder Satz hat seine doppelte Seite. — ἡ τοῦ δικαίου καὶ ἀδίκου. Articulus non repetitur ante ἀδίκου, quo magis efferatur iusti notio. Vid. Bernhardyi synt. p. 318. Kruegeri adnot. ad Dionys. historiogr. p. 140. Engelhardt ad Platon. Menexem. p. 252. Quod in nonnullis libris scriptum est ἥ τε τοῦ δικαίου καὶ ἀδίκου, id iure damnavit Schaeferus dicens, ita non potuisse scribi, sed debuisse ἥ τε τοῦ δικαίου καὶ ἡ τοῦ ἀδίκου, collato indic. ad poet. gnomic. p. 566. s. Saepe librarii δύο praegresso, ubi sequitur divisio, τὲ καὶ posuerunt, veluti orat. c. Leptin. 25. p. 454. — οὐδὲν ἂν δύναιτο. Taylor secundum unum librum, in quo est οὐ δύναιτο, scribendum esse censet οὐκ ἂν δύναιτο. Id iure improbat Schaeferus, quoniam πρᾶγμα οὐδὲν dictum sit, ut statim λόγος οὐδείς. — τὴν ἑτέραν δ'. Duplex δὲ libri Σ profectum est ab ambigente grammatico, utrum h. l. melius τὴν δ' ἑτέραν an τὴν ἑτέραν δ' dicatur. Eodem modo in eodem libro scriptum est orat. de coron. 112. p. 264. εἰς δὲ συκοφάντας δὲ. Maiori tamen vi effertur τὴν ἑτέραν, sequente δὲ particula, id quod propter oppositionem necessarium est. Vid. Klotzii quaestt. crit. p. 67. — αἰτίαν post ἑκαστὸν in nonnullis libris insertum stare non potest praegresso voc. προσθήκη et προσέθηκας sequente. Id huc tractum est, quia paulo inferius sequitur, quamquam alia significatione atque hic apta est. Tuetur tamen αἰτίαν Reiskius contra Taylorem. — οὐδετέραν. Si divisim scriberetur, uti a Reiskio ad fidem veterum exemplarium vulgatum est, οὐδ' ἑτέραν, quod Schaeferus cum οὐδ' εἰς bene comparavit, nimia in eo vis sita esset, quae quam inepta h. l. sit, non opus est demonstretur. Cf.

Digitized by Google

§. 75 orat. de fals. legatt. 203. p. 404. *τούτων δ' οὐδέτερον δύναιτ' ἂν οὗτος ποιῆσαι.* orat. c. Leptin. 19. p. 462. *οὐκοῦν τούτων μὲν οὐδετέρων οὐδεὶς διὰ τὸν νόμον ἡμῖν προσίσται χορηγός.* Simul ex his duobus exemplis apparet *τούτων*, quod additum est, rectissimum esse, pro quo vitiosum *τοῦτον* in nonnullis libris exstat, quod tamen in duabus vett. editt. suffulcitur interpunctione sic mutata: *προσόθησας, τοῦτον ἄν τις ἀποκτείνῃ.* — *αὐτὴν τὴν αἰτίαν*: interpretatur Seagerus diar. classic. LVIII. p. 862. *merum crimen, merum nomen homicidii, sine additamento liciti vel illiciti*: de qua praepositionis *αὐτὴν* significatione vid. Godofr. Hermanni adnot. ad Viger. p. 734 et p. 861.

§. 76. *τοίνυν iam vero*, non est quod hanc particulam alicubi apud Demosthenem vel alium scriptorem *porro* significare dicas. Ubi ea vis valere videtur, indicatur id, quod proxime commemoretur, antecedentibus convenire aut certe cum iis aliquo modo cohaerere. Cf. Schaeferi adnot. ad Olynth. I. p. 16. v. 18. Kruegeri ad Anab. VII, 2, 29. Bornemanni ad Memorab. lib. I, c. 4, 13. — *τὸ ἐπὶ Πρυτανείῳ.* Pausanias lib. I, c. 28, 11. *Τὸ δὲ ἐν Πρυτανείῳ καλούμενον, ἔνθα τῷ σιδήρῳ καὶ πᾶσιν ὁμοίως τοῖς ἀψύχοις δικάζουσιν, ἐπὶ τῷ δὲ ἄρξασθαι νομίζω.* additique deinde originem huius iudicii. Idem lib. VI. c. 11, 2. *καὶ τὸν μὲν ὁ ἀνδριὰς ἐμπεσὼν ὕβρεως παίει· τοῦ ἀνθρώπου δὲ τοῦ ἀποθανόντος οἱ παῖδες τῇ εἰκόνι ἐπεξῆσαν φόνου. καὶ οἱ Θάσιοι καταπεντοῦσι τὴν εἰκόνα, ἐκκολουθήσαντες γνώμῃ τῇ Δράκοντος, ὃς Ἀθηναίοις θεσμοὺς γράψας φονικοὺς, ὑπερῆρισε καὶ τὰ ἄψυχα, εἴγε ἔμπεσόν τι ἐξ αὐτῶν ἀποκτείνειεν ἄνθρωπον.* Aeschines orat. in Ctesiphont. 214. p. 88. *καὶ γὰρ ἂν εἰ δεινόν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, εἰ τὰ μὲν ξύλα καὶ τοὺς λίθους καὶ τὸν σίδηρον, τὰ ἄφωνα καὶ ἀγνώμονα, ἐάν τῳ ἐμπεσόντα ἀποκτείνῃ, ὑπερορίζομεν, — Δημοσθένη δὲ τὸν γράψαντα μὲν τὴν παυστάσιμον ἔξοδον, προδόντα δὲ τοὺς στρατιώτας, τοῦτον ὑμεῖς τιμήσετε.* Cf. Plat. de legg. lib. IX. c. 12. p. 873. E. Addo veteres grammaticos, Harpocrationem s. v. *ἐπὶ Πρυτανείῳ*, qui oratoris verba exscripsisse videtur, Im. Bekkeri anecdot. I, p. 311, 20., Suidam in *Νίκων*, Zonaram. Maxime huc pertinent Pollucis verba Onomast. VIII. 120.: *Τὸ ἐπὶ Πρυτανείῳ· δικάζει δὲ περὶ τῶν ἀποκτεινάντων, κἂν ὦσιν ἄφανεῖς· καὶ περὶ τῶν ἀψύχων τῶν ἐμπεσόντων καὶ ἀποκτεινάντων· προεστήκεσαν δὲ τούτου τοῦ δικαστηρίου φυλοβασιλεῖς, οὗ ἔδει τὸ ἐμπεσὸν ἄψυχον ὑπερορίσαι.* et Etymolog. magn. p. 328. 54. *ἐπὶ Πρυτανείῳ. ὅταν τὸ μὲν ἀποκτεῖναν βέλος, ἢ λίθος, ἢ τοιοῦτον ἢ φανερὸν· ὁ δὲ δράσας μὴ ᾖ· ἀρχαῖον γὰρ ἔθος, τὸ καὶ τὰ ἄψυχα κρίνειν εἰ χρὴ ἐξορίζεσθαι.* E recentioribus qui de eo scripserunt

Digitized by Google

consulendi sunt Sigonius de rep. Athen. lib. I, c. 3. Meurpius Them. Attic. lib. I, c. 17., Kuehnius ad Pollux. l. c., Matthiaeus de iudiciis p. 152. ss. Heffterus de re iudicial. Atheniens. p. 138. ss., Titmannus de constitut. rerum public. graecar. p. 223. s. 63. Meierus et Schoemannus de ordine iudicior. p. 19. s. Ottfr. Muellerus in addit. ad Aeschyli Eumen. p. 156. s. Ioan. Dider. de Riemerus l. c. p. 64., Wachsmuthius antiquitt. Hellen. II. I. p. 320., Car. Frid. Hermannus in disput. de legg. Platon. p. 49., idemque in antiquitt. §. 104. Sed §.76 ita de hoc iudicio obscura sunt adhuc multa, de consilio eius, de rebus in eo iudicandis, de praesidibus, ut multum interpretationis lumen desiderent. Mihi nunc ad singula paucis respicere placet. In eo conveniunt omnes, ibi de rebus inanimatis, quibus illapsis mors hominis consequuta esset, quaestionem habitam easque, si damnatae essent, extra fines regionis proiectas esse. Sed ambigendum est, an ibi etiam de brutis, si vita hominem privassent, iudicatum sit; certe id non liquet, uti Heffterus opinatus est, ex Aeschinis verbis τὰ ἄφωνα καὶ ἀγνάμονα, quae sunt Demosthenis illa τὰ οὐ μετέχοντα τοῦ φρονεῖν, et si forte vocabulum ἄφωνα homo doctissimus de brutis valere putaverit, non vidit, id recte dici de rebus inanimatis propter ea, quae in opposita enunciatione de Demosthene sunt dicta. Potius in eam sententiam afferenda erant Platonis verba de legg. lib. IX, c. 12. p. 873., ubi iumenta et animalia, si mortis causam homini praebuissent, occidenda et exterminanda esse praecipit philosophus, haud dubie in hac re admonitus institutis Atticis. Nisi enim caedes ab animalibus factae in Prytaneo iudicatae sint, nescimus plane, ad quod aliud iudicium eius generis causae deferri potuerint. Deinde falsus est idem Heffterus, quod ipsam quaestionem de caede in Prytaneo inceptam esse contendit, si non perspicuum esset, an ad eam faciendam vis humana adiuvisset; neque iure Pollucem erroris coarguit, qui ibi quoque interfectoribus ignotis iudicium intentatum dixerit. Ego quidem, quae grammaticus ait, vera esse puto et naturae rerum consentanea. In duo enim tali casu in iudicium adducta inquirendum erat iudicibus, num caedes facta esset casu quodam, veluti statua, lapide vel ligno e superiore loco delapso, an iactu ferri, telli vel lapidis, ex quo de iaculatore coniecturam facere liceret. Si compertum haberent solo lapsu alicuius rei caedem consequutam esse, de ea iudicium habebant damnatamque exterminabant; sin autem auctorem caedis e re iacta et vulnere illato suspicarentur esse, eum investigare studebant, et si eum non invenissent et tamen adesse in civitate putarent, tum pronunciabant ei abstinendum esse a locis sacris et patria exeundum: ad quod quidem statuendum ducimur Platonis

Digitized by Google

§. 76 verbis de legg. lib. IX. c. 12. p. 874. A: telum autem funestum etiam tum e finibus terrae proiici iubebant, non aliter, ac si in eo auctorem caedis ulciscerentur. Sin vero diligenti investigatione facta occultum comperissent interfectorem, tum mihi videntur quaesiviasse, consultone caedem, an imprudens fecisset, resque, prout erat, ad iudicium, ad quod pertineret, deferebatur. Demosthenes hoc loco solam alteram causam caedis per telum alicui illatae respexit, utpote suae rei accommodatissimam, uti ex eius expositione apparet. Quae tota in hoc iudicio agendi ratio quum insolens nobis videatur esse, tam fixa et fundata fuit homicidiorum religionibus, siquidem nihil tantopere cautum erat apud veteres, nisi piaculum, quod e praetermissa de caede aliqua quaestione et lustratione fieret. Id indicari mihi visum est a scholiasta ad Aeschyli VII. c. Theb., ubi haec: *ὡς καὶ παρὰ Δράκοντι τῷ νομοθέτῃ· ἐκεῖνος γὰρ, ὑπὲρ τοῦ μηδὲν ἀφαιρεθέντα, φησὶ, κἂν ὄστρακον ἢ τὸ ἀκοντισθὲν κἂν ξύλον κἂν σίδηρος κἂν χαλκὸς, συναβάλλεσθαι.* Tum etiam ea erat ratio, quam sequendam putaverunt, nihil posse aut fieri aut factum esse, quod non iudicaretur legibus, ne quid in rebus publicis ex aliena libidine decerneretur: de qua re vid. inprimis Platnerum de cadsis et iudiciis Athenienss. p. II. p. 8. Nam quae Matthiael sententia est l. c. p. 154., hoc iudicium institutum esse eo consilio," ut homines, ad sensuum impetus maxime proclives, a caede facienda eo efficacius deterrerentur, quum a rebus etiam sensu et vita carentibus poenam repeti viderent", ea minime probanda est, nec magis ea, quam statim subiungit, caede facta per telum, auctore eius ignoto, illud in iudicium protractum esse, ut hoc modo is, qui caedem fecisset, vel investigaretur vel diris devoveretur. Denique quod apud Pollucem l. c. quatuor *φυλοβασιλεῖς* huic iudicio praefuisse et res inanimas damnatas exterminasse dicuntur, id oratorisne etiam aetate, qua Ephetae ibi iudicabant, an antiquis tantum temporibus, quibus solus *Βασιλεὺς* sociis illis adscitis iudicio praesidebat, usitatum fuerit, vix definere licet incertis de hac re testimoniis. Quamquam non negandum est, etiamsi illis inferiore tempore non amplius neque munus neque nomen ita, ut prius, relictum esset, homines tamen fuisse e tribubus constitutos, qui in proiiciendis rebus damnatis ad sacros ritus absolvendos Ephetis adessent. Etenim Plato, haud dubie ad Atticas leges identidem respiciens, commemoravit lib. IX, c. 12. p. 878. E. *ἀγρονόμους* sive agrorum curatores, qui, si ab animali homo occisus esset, indicarent, damnatumque interficerent et foras proiicerent. Cf. quae de *φυλοβασιλεῦσι* disputata sunt in Meieri et Schoemanni libro de ordine iudiciorum Athenienss, p. 115. s. — *ὑποσὰν κατὰξῃ* *illapsum par-*

Digitized by Google

cusserit. Reiskius indic. graecit. p. 391. interpretatur *occiderit,* ad sententiam non male, male ad proprietatem. *Πατάξῃ* enim, quod dubium est an ex ipsa lege Draconis sumtum sit, mortem significat ictu vel lapsu vel iactu teli strepitum facientis consequutam. Conferis cum nostro *erschlagen*, quemadmodum Latinorum *percutere* nonnunquam valet de eo, qui vita alterum privat. Omnes autem, qui de hoc iudicio loquuti sunt, *ἀκοντείνειν* vel simile quid usurpant. — *εἰδῇ*, i. e. *sciat*, in nonnullis libris *ἴδῃ*, i. e., *videat*; et Reiskius ambigit, utrum praeferat, sed praestat *εἰδῇ*, ut Schaeferus ait, propter oppositum *ἀγνοῇ*. Etiam apud Harpocrationem *εἰδῇ* exstat. — *τούτοις ἐντυθῆναι λαγχάνεται.* Hanc scripturam, bene firmatam librorum auctoritate, nihil causae adest, cur Schaeferus repudiarit. Proponit de coniectura *λαγχάνετε* primum, deinde *λαγχάνει* praefert, quod in nonnullis libris est, illud sic explicans: *vos* (Athenienses) *datis iudicis sorte ductos*, ad hoc censens intelligendum esse e praegressis *ὃ εἰδὼς καὶ ἔχων*. Reiskius, ut idem *λαγχάνει* fulciret, addidit cogitatione *ὁ νόμος δικαστάς*. Sed activum iam ideo non est ferendum, quod etiam post talem caedem, qualis hic indicatur, *ὁ προσήκων γένει* rei inanimatae litem intendere debebat, ut appareat e Platonis legg. lib. IX, c. 12. p. 874. ab init. Quare passivum *λαγχάνεται* aptissimum est, haud dubie a librariis remotum, insolentiori formae substituentibus usitatiorem *λαγχάνει*. Verum etiam passivam in usu fuisse apparet e Pollac. Onomast. VIII, 118. *ἐν τούτῳ λαγχάνεται περὶ τῶν ἀκουσίων φόνων.* ibid. 90. *δίκαι πρὸς αὐτὸν λαγχάνονται* et 91. *δίκαι πρὸς αὐτὸν λαγχάνονται.* ac ne quis grammatici auctoritatem esse minoris pretii suspicetur, addo Lysiam orat. de pecuniis public. 9. p. 149. *πρὸς οὓς αἱ δίκαι ἐληλύθησαν.* ubi conf. Taylor. Praeterea de *λαγχάνειν δίκην* vid. Meieri et Schoemanni libr. de ordine iudicior. p. 596. ss., Ruhnkenii ad Timaeum p. 81. s. et Funkhaenelii adnot. ad Androt. p. 73. — *τῶν ἀφύκτων καὶ μὴ ἐπεχόντων τοῦ φρονεῖν.* Reminiscens hoc loco supra citatorum Aeschinis verborum compares utrumque oratorem, quo artificio hanc legem in suam quisque rem adhibuerit. — *ἤ που*, *wahrlich wohl*, affirmationem ironicam apodosi adiungunt, particulis *εἰ* vel *ὅπου* plerumque ante positis. Vid. §. 79. Ut e compluribus exemplis, quae Wyttenbachius ad Plutarchi moral. t. I. p. 299. s. profert, unum eligam, quod cum nostro similitudinis aliquid habet, vide Plutarch. de Pythiae orat. p. 404.: *ὅπου γὰρ ἀφύκτοις χάσμασι καὶ παθ' αὑτὰ μονίμοις οὐκ ἔστι χρήσασθαι παρ' ὃ πίφυκε βαζόμενον — ἤ που τὸ ἔμφυχον καὶ αὐτοκίνητον ὁρμῆς τε καὶ λόγου μετέχον ἄλλως ἄν τις ἢ κατὰ τὸν ἑαυτῶν προϋπάρχουσαν ἕξιν ἢ δύναμιν ἢ φύσιν με-*

Digitized by Google

§. 76 ταχειρίσαντο; Cf. Stallbaum. adnot. ad Platon. Eutyph. p. 24. — τὸν γε ἀδικοῦντα μὲν οὐδέν, ἐὰν τύχῃ. Post particulas confirmativas γε vim augendi habet. Vid. §. 79. De ἐὰν τύχῃ vid. adnot. ad §. 72. — τῇ τύχῃ. Taylori τῇ τύχῃ utpote e praegresso ἐὰν τύχῃ exortum, invitis omnibus libris, delenti non assentior, neque Schaeferus debebat assentiri. Reiskius autem male sic interpretatus est: „homo tamen certe est communique nobiscum humanae naturae sorte usus est per fortunam. Potest hoc *per fortunam*, τῇ τύχῃ, significare aut *nascendi sorte* aut *per illud factum infortunium*. Humanum enim est hominem occidere, homineque alios ab aliis tolli seu fraude seu fortuito videmus quotidie." Etenim si contextum verborum spectamus, μετειλημφότα τῇ τύχῃ idem est quod εὐτετυχημότα. Praeditum enim esse ratione, quod verbis τῆς αὐτῆς ἡμῖν φύσεως indicatur, proprium est homini ornamentumque et donum fortunae, quo res inanimatae carent. Hinc apud Graecos etiam ἀτυχὴς stolidus et εὐτυχὴς sollers, prudens dicitur. Vid. Iacobsii additt. ad Athen. p. 241. Quae sententia etiam ex oppositis fit clarior. Respondent enim ἄνθρωπόν γε ὄντα verbis τῶν ἀψύχων et haec μετειλημφότα τῇ τύχῃ τῆς αὐτῆς ἡμῖν φύσεως illis μὴ μετεχόντων τοῦ φρονεῖν. Unde simul apparet, τῇ ψύχῃ pro τῇ τύχῃ, quae quidem saepe commutata sunt inter se, scribi non posse, uti Schaeferus existimabat.

Iudicium ἐν Φρεαττοῖ.

§. 77. δικαστήριον ἄλλο θεάσασθε οἷον ὑπερβέβηκε. Non convenit ingenio linguae graecae vv. θεάσασθε οἷον interpungendo secludere a ceteris, uti factum est in nonnullis editionibus. Vid. Lysiae orat. in Alcibiad. 80. p. 38. Σκέψασθε δὲ καὶ τὴν ἄλλην ἀποδημίαν αὐτῶν εἰς Ὀλυμπίαν ὡς διέθετο. Receptae interpunctionis auctor suasorque est Schaeferus, probante Dindorfio. Deinde nulla causa est, cur cum Baitero et Sauppio ἄλλο, quod in solo Σ abest, non suffragantibus ceteris bonis libris, eiciamus; quin adeo id a mente oratoris necessarium est, cui, ut antecedentia §. 71. Δεύτερον δ' ἕτερον δικ. §. 74. Τρίτον δ' ἕτερον, et §. 76. Τέταρτον τοίνυν ἄλλο docent, non modo singulorum iudiciorum enumeratio, sed etiam eorum diversitatis significatio congruat. Ἄλλο hoc loco casu vel negligentia librarii omissum esse potuit, aut etiam consilio remotum est: nam illum librum constat saepenumero vocabula non habere, quae in ceteris posita sunt. — τὸ ἐν Φρεαττοῖ. Cum Demosthenis de hoc iudicio expositione contendas Pausaniae Attic. lib. I. c. 28, 12. Ἔστι τοῦ Πειραιῶς πρὸς θαλάσσῃ Φρεαττύς· ἐνταῦθα οἱ πεφευγότες, ἢν ἀπελθόντας ἕνεκα ἐπιλάβῃ ἔγκλημα, πρὸς ἀκροσαμένους ἐκ τῆς γῆς

ἀπὸ νεὼς ἀπολογοῦνται. Adde Aristotelis polit. lib. IV, c. 13. p. 149. ed. Goettling.: τέταρτον δὲ, ὅσα τοῖς φεύγουσι φόνου ἐκ καθόδου ἐπιφέρεται, οἷον Ἀθήνησι λέγεται καὶ τὸ ἐν Φρεαττοῖ δικαστήριον. et veteres grammaticos, Harpocrationem, Hesychium, Suidam, Photium, Etymolog. magn. p. 344. 25., anecdot. Bekkeri I, p. 251. et p. 311. Inter recentiores de eo scripserunt Meursius in Areopag. p. 2122. s. vol. V. thesaur. Gron., ibid. Sigonius de republ. Atheniens. p. 1517. Petitus in legg. Attic. p. 517. Matthiaeus de iudiciis p. 155. s. Hefflerus de re iudicial. Atheniens. p. 138 et 965., Tittmannus de constitut. rerum public. graec. p. 223. n. 61. Meierus et Schoemannus de ordine iudicior. p. 11., Ottfr. Muellerus in additt. ad Aeschyli Eumen. p. 157., Ioan. Dider. de Riemerus l. c. p. 64. s., Wachsmuthius antiquitt. Hellen. II. 1. p. 320. Car. Frid. Hermannus in disputat. de legg. Platon. p. 50. s., idemque in antiquitt. publ. §. 104. Unde huius nominis iudicium sumtum sit, non certum est: Harpocratio, Suidas, Etymolog. m., testem et auctorem adhibentes Theophrastum, id derivatum putabant ab heroe quodam Phreato. Fallantur in eo iam idcirco, quod adverbia loci, quale Φρεαττοῖ est, derivari a personis non solent: cui quod addita sit ἐν praepositio, in eo non est haerendum, auctoribus Bastio in epistol. crit. p. 189. et Schaefero ad Gregor. Corinth. p. 369. Si quaerimus huius nominis formam nominativi, dubitari licet, eane sit Φρεαττύς, qua Pausanias usus est, an Φρέαττος, an alia: forsitan non opus est nominativum nominis peni. Tum dissentiunt homines docti etiam de scriptura nominis: num id per duplex τ, an per simplex scribendum sit. Invenitur in libris mss. apud Demosthenem et Aristotelem et in anecdotis Bekkeri ἐν Φρεαττοῖ, nisi quod apud illum paulo post §. 78. aliquot libri ἐν Φρεάττου, alii ἐν Φρεάτου habent, ut apud Hesychium scriptum est; ἐν Φρεαττοῖ est in Etymolog. magn., et apud Photium, apud Pollucem ἐν Φρεάττει, et apud Suidam Ἐμφρεάττοι et ἐν Φρεάττοις. Rectam ac veram esse eam scripturam puto, quae per simplex τ exhibetur, siquidem nominis origo a φρέαρ repetenda videtur. Vid. de diversitate scripturae interpretes ad Hesych. v. ἐν Φρεάτου et ad Pollucem lib. VIII, 120. vol. V. p. I. p. 786. s. ed. Dindorf. Ii, qui in hoc iudicio iudicabantur, ad oram advecti causam dicebant de navi, neque retinaculo neque anchoris terrae alligata, ut Pollux dicit, sed iis in profundo mari positis fixa et retenta, ut Photius indicat. Quae ad hunc morem illustrandum Car. Frid. Hermannus e Platonis legg. libr. IX. p. 866. C. D. attulit verba, ea haud scio an non huc referenda sint, quippe quibus vetetur, ne quis propter caedem in exsilium missus, si aliqua necessitate ad patriam oram defertur, terram tangat, sed commorans in mari, pe-

§. 77

Digitized by Google

§. 77 dibus demissis, navigandi opportunitatem exspectet. Ita enim exuli naviganti idem interdicitur, quod terra proficiscenti, ne in patriam regrediatur. Propius hunc morem attigit Pausanias Corinthiac. lib. II, c. 29, 7. *Αἰακὸς δὲ ἐς μὲν τὴν νῆσὸν ἀποβαίνειν αὐτὸν οὐκ εἶα, ἑστηκότα δὲ ἐπὶ νεὼς, εἰ δὲ ἐθέλει, χῶμα ἐν τῇ θαλάσσῃ χώσαντα ἐπέλευεν ἐντεῦθεν ἀπολογήσασθαι.* Quaestio autem, quae ibi instituebatur, examinandum est, ad solamne voluntariam caedem pertinuerit, an etiam ad imprudenter factam. Priorem illam Demosthenes statuere videtur, quocum Pollux consentit; mirabiliter autem ab eo Hesychius, Suidas et Etymologicum magn. discedunt, qui etsi eius testimonio usi sunt, (nam quod pro Aristocratea citarunt orationem in Aristogitonem, nihil refert, memoria enim sunt lapsi) tamen de *φόνῳ ἀκουσίῳ* sese defendentem faciunt navi advectum: quae eorum vox *ἀκούσιον* num cum Matthiaeo in *ἑκούσιον* mutanda sit, an retinenda, dubitari licet. Verissima esset ista mutatio, si constaret, solas caedes voluntarias in hoc iudicio iudicatas fuisse. Quid vero? si caedes in exsilio nova ab aliquo imprudenter facta esset, num de ea nulla quaestio habita est? Hoc ut statuamus, non permittit studium et religio Atheniensium in quamcunque caedem inquirendi. Sin autem habita est, ubinam commode haberi poterat, nisi in iudicio *ἐν Φρεαττοῖ*? Quare quod grammatici illi docent, per se non falsum esse puto; imo suppeditant id, quod alii praetermiserunt silentio, neque pro natura rerum ab hoc iudicio abesse potuit. Id autem opinionem Matthiaei sustentat, quod grammatici illi in hac re Demosthenis auctoritate usi sunt, isque de sola voluntaria caede loquutus est. Cur autem orator solam illam commemorat? quasi de non voluntaria non in eodem iudicio quaesitum sit. Non est oratorum, res et instituta perdiligenter et accurate explicare, sed ea tantum exponere solent, quae ipsorum consilio accommodatissima sunt. Ita Demostheni de hoc iudicio loquenti satis erat ad id docendum, quod vellet, unum caedis genus efferre idque gravissimum. Sed historici, quamvis breviter, res ita, ut sunt, explicant; quod quidem in hac re factum est a Pausania, qui indicat, de eo, qui aut consulto aut imprudenter novam caedem patrasset, *ἐν Φρεαττοῖ* iudices sedisse sententias ferentes, idemque confirmant anecdota Bekkeri p. 311., ubi haec: *ἐν Φρεαττοῖ, οἱ ἐπ' ἀκουσίῳ φόνῳ φεύγοντες, ἐπ' ἄλλῳ δέ τινι κρινόμενοι· οἱ ἐπὶ πλοίῳ ἑκόντες ἀπολογοῦνται.*

Alia difficultas in examinandis huius iudicii rebus oriatur oportet quaerentibus, quid factum sit cum homicida, qui reus in eo caedis voluntariae convictus est. Isne capiebatur, ut Heffterus censet, supplicioque tradebatur, an debebat *ἀειφυγίαν* pati? Hoc posterius equi-

Digitized by Google

dem tenendum esse arbitror. Nam si quis in patria caedis voluntariae §. 77
accusatus esset, ei licuit, si causae suae diffideret, re nondum peracta, sua sponte in exsilium ire, quod in perpetuum erat. Eum igitur, qui iam in exsilio esset, sed in aliquod tempus, si novae eiusque voluntariae caedis accusatus esset et condemnatus, verisimile est, perpetuo exsilio punitum et bonis, quae adhuc integra ei in patria essent, privatum fuisse. Id etiam Aristotelis verbis effici videtur, qui nihil amplius dicit, nisi haec: ὅσα τοῖς φεύγουσι φόνου ἐπὶ καθόδῳ ἐπιφέρεται. quae sic intelligas: *quae ob caedem exulibus ratione reditus imponuntur*, sive, ut Matthiaeus l. c. p. 157. explicuit, *ita intenduntur, ut eo iudicio definiatur, liceatne iis redire, nec ne.* Omnia igitur in hoc iudicio ad hoc referebantur, utrum exuli liceret in patriam redire, anno transacto, an perpetui exsilii poenam subiret. Accedit quaestio, quid factum sit, si, investigatione rei finita, pateret, aliquem caedis quidem, cuius accusatus esset, reum esse, sed imprudenter necasse. Patiebaturne solum prius exsilium, usque dum finitum esset, an, eo exacto, rursus alterum annum patria carebat? Mirum est, quod Demosthenes absolutum caede voluntaria tantum τὴν ἐπὶ τῷ προτέρῳ φόνῳ φυγὴν ὑπέχειν dicit. Exspectaveris potius, exsilium eius tum anno extensum fuisse: nam novam caedem eadem expiatio et reconciliatio cum cognatis occisi, quae in priore postulabatur, sequi debebat. Equidem puto non satis distincte loquutum esse oratorem, illis verbis significantem universe genus poenae, quod a damnato sumeretur, ipso modo exsequutionis non explicato. Praeterea raro accidisse videtur, ut ἐν Φρεαττοῖ iudices sederent, id quod Aristoteles ipse his verbis testatur: Συμβαίνει δὲ τὰ τοιαῦτα ἐν τῷ παντὶ χρόνῳ ὀλίγα καὶ ἐν ταῖς μεγάλαις πόλεσι.; ut non miremur, in iis, quae de hoc iudicio cognita sunt, obscuritatis aliquid inesse.

ἐνταῦθα. Im. Bekkerus ad Philipp. II. 30. p. 73. praestare dicit et hoc loco et Aristocratea §. 77. et orat. c. Spud. 24. p. 1035. ἐντανθοῖ, hoc tamen neque hic neque duobus aliis locis in ipsam orationem inferens. Et iure quidem; certe hic iusta mutandi causa nulla est. Cf. adnot. ad §. 51. p. 221. et Voemelii ad Philipp. II. p. 78. — τῶν ἐκβαλόντων. Praesentis participium, quod e Σ receptum est in edit. Baiteri et Sauppii et in pluribus veteribus editt. exstat, per se spernendum non esset, si modo maior librorum auctoritas accederet. Recte tuetur ille liber ἐκβάλλειν orat. in Mid. 115. p. 552., sed addicentibus aliis libris, de quo vide adnot. ad §. 12. p. 150. s., temere autem ibidem §. 109. p. 550. ἐκβάλλων et in Aristocratea §. 12. ἐκβάλλειν, neque dubito contendere, ἐκβάλλων Philipp. II. 20. p. 71., quod in Σ, in margine F et Bavarici et duobus aliis libris est, falsum

Digitized by Google

§. 77 esse. Quod e nostro loco Harpocratio citavit *τῶν ἐμβαλλόντων*, nullius momenti est; grammatici enim participia praesentis amant, ubi veteres scriptores aoristo vel futuro uti solent. Sic idem ille grammaticus pro *δικάσοντας* §. 78. habet *δικάζοντας*. — *ᾠδεσμένων*. De verbo *αἰδεῖσθαι* vid. adnot. ad §. 72. p. 274. — *διότι δεῦρο οὐχ οἷόν τε ἐλθεῖν αὐτῷ*. *Διότι propterea quod*, in Parisino et duobus aliis bonis libris inventum, recipiendum putavi. Confirmatur id etiam scriptura librorum F et Bavar. *οὐδ' ὅτι* quamquam correcta. Neque obstat quod sequitur *ὅτι*; nam ita optimi quique scriptores variant orationem. De *διότι*, etiam pro *ὅτι*, *dass*, nonnunquam a scriptoribus posito, vid. Viger. p. 549., Baiteri adnot. ad Isocrat. Panegyr. c. 13., Sauppii ad Xenophont. Memor. lib. I, c. 2, 53. Add. Schaeferi apparat. Demosth. t. II. p. 223. 255. Schoemann. ad Isaei oratt. p. 254. — *καὶ δὴ et iam*, *et statim*; non idem significant quod *ἤδη*, ut multi etiamnum censent: *καὶ* habet in hac coniunctione vim comparandi et refertur ad aliud quiddam, veluti hoc loco ad *καὶ πρότερον*. Philipp. I. 13. p. 46. *τἆλλα ὡς ἂν μοι βέλτιστα καὶ τάχιστα δοκεῖ παρασκευασθῆναι, καὶ δὴ πειράσομαι λέγειν*. orat. de pace 9. p. 59. *καὶ μόνον ἓν τοῦτ' εἰπὼν ἔτι καὶ δὴ περὶ ὧν παρελήλυθα ἐρῶ*. orat. de coron. 276. p. 318. *ὡς ἐὰν πρότερός τις εἴπῃ τὰ προσόντ' ἐαυτῷ περὶ ἄλλου, καὶ δὴ ταῦθ' οὕτως ἔχοντα*. Xenoph. Anab. lib. I. c. 10, 10. Cyrop. lib. II, c. 4, 17. *καὶ θηρᾴης καὶ δὴ δύο ἡμέρας*, quemadmodum prius faciebas. ibid. III, c. 1, 2. 6. 3, 43. lib. IV, c. 4. 11. Vid. Godofr. Hermann. ad Viger. p. 829.

§. 78. *τό τε εὐσεβὲς εὑρεῖν ὅπως ἔσται*. Ut religioni et officiis erga occisos satis fieri posset sine piaculo civium. — *τοὺς δικάσοντας*. Alteram scripturam *τοὺς δικάζοντας*, satis librorum auctoritate firmatam, ferri posse, exposui adnot. ad §. 27. Vid. Schaefer. ad h. l. — *οἷόν τε. ἦν* quod additum in editt. vett. Reiskius habet, tuentur etiam quinque lm. Bekkeri libri, sed inferioris ordinis; mihi cum Bekkero et Dindorfio optimorum omnium consensus potior videtur. Omissionem Schaeferus quoque probat, ad antecedentia §. 77. *διότι δεῦρο οὐχ οἷόν τε ἐλθεῖν αὐτῷ* attendens. — *ἐπὶ θαλάττῃ*. Scriptura *ἐποθαλάττιον* digna est quae grammaticorum commentum dicatur, ut Harpocrationi placuit. — *τῆς γῆς οὐχ ἁπτόμενος*. Religione deterriti non sinebant occisorem terram tangere. Itaque detinebant eum in mari *μήτε ἀποβάθραν μήτε ἄγκυραν εἰς τὴν γῆν βαλλόμενον*. Haec sunt Pollucis verba. — *δικαίως, id quod iustum est, merito*. Recte seiungitur interpunctione ab antecedentibus per se positum, hoc pacto iudicium de iis addens. Cf. orat. c. Leptin. 96. p. 486. Frequentius ita adiicitur *εἰκότως*, enunciatione causali

Digitized by Google

plerumque subsequente. Vid. Fr. Aug. Wolfii adnot. ad Leptin. p. 466. 25. ed. Reisk. — *ἐπὶ τῷ πρότερον φόνῳ.* Sic optimi libri; ante Im. Bekkerum *προτέρῳ* in editionibus vulgatum erat. Accedit, quod paulo post §. 79. *περὶ τῶν ὕστερον αἰτιῶν* in libris omnibus invenitur. Id tamen non satis est ad stabiliendum illud *πρότερον*: nam orat. de coron. 7. p. 227. item de auctoritate optimorum librorum scriptum est antea *ἐκ τοῦ πρότερος λέγειν*, deinde *τὰ τοῦ λέγοντος ὕστερον δίκαια* sequuntur. At utrumque loci natura nimium quantum differt: nostro enim omnia in hoc uno sita sunt, ut tempore caedes, ut quae prius et quae postea in exsilio consequuta est, accurate distinguantur; hinc *ὁ πρότερον φόνος* est quod *ὁ πρότερον εἰργασμένος φόνος*; illic autem, ubi *πρότερος λέγειν* accusator dicitur, maximi est discriminis ordo, quo ille antecedit in orando reum, qui, quoniam paulo post se defendit, iure poterat *ὕστερον λέγων* vocari. Recte editum est orat. c. Leptin. 81. p. 481. *τῶν ἐπὶ ταῖς πρότερον εὐεργεσίαις τι δοθέντων ἀφῃρημένοι φανήσεσθε*, ut antecedentia docent, ubi *μηδὲν ὧν ἔδοσαν πρότερον νῦν ἀφῄρηνται.* Non variant libri in Aristocrat. infra §. 161. *περὶ των ὑπαρχόντων γεγενῆσθαι μείζους τῶν πρότερον τοὺς κινδύνους.* et orat. de fals. legat. 84. p. 231. *καὶ ματαία μὲν ἡ πρότερον βοήθεια ἡ εἰς πύλας ὑμῖν γέγονεν.* praeferendum est cum solo Σ *πρότερον* etiam propter soni rationem; ceteri libri habent *προτέρα.* Orat. c. Leptin. 113. p. 491. haud in magno discrimine ponas, scribaturne *τῶν πρότερον* et *τῶν ὕστερον*, an *τῶν προτέρων* et *τῶν ὑστέρων*, sed secundum libros praeferas adiectivum. Ad quod librarii licet magis inclinent, quam ad adverbium, tamen, ubi diversitas scripturae notata est, certissimum esse videtur optimis ubique codicibus obtemperare, si modo rationes non negligas, quae e sua cuiusque loci natura proficiscuntur, ut altera forma alteram praestantiorem dicas. Cf. Wurmii adnot. ad Dinarch. p. 108. Wesselingius nonnulla dedit ad Diodor. Sicul. lib. XVII, c. 69., in quibus adverbiali structurae priores deferendae sunt. Atque egregie incepit Bremius in excursu XI. ad Lysiae oratt. disquirere de discrepantia scripturae codicum *μόνος* et *μόνον*, *πρῶτος* et *πρῶτον*, quidque harum formarum quoque loco aptissimum sit. Add. Fr. Aug. Wolfii adnot. ad Leptin. p. 492. 22. ed. Reisk.

§. 79. *φυγὴν ὑπέχει.* Sic rectissime plerique codices, etiam Σ, ac pauciores habent *δίκην ὑπέχει.* Sed hoc Schaefero non displicet, illud esse ab interprete profectum censenti. Imo *δίκην* dixerim potius e correctione natum, quum idem antecesserit et *δίκην ὑπέχειν* pervulgata sit loquutio. Neque parva est in hac re Harpocrationis fides, quippe qui alias ad generales voces proclivior sit, quam ad

Digitized by Google

§. 79 speciales. Praestat autem h. l. dici definite: *sustinet exsilium, quod ei ob caedem non voluntariam impositum erat:* nam certa exsilii poena iam antea dicta est, ut non aptum esset, si eadem hoc loco rursus universe indicaretur. Pariter orator suo consilio accommodatius usus est in orat. de coron. 2. p. 226. speciali voce τῇ ἀπολογίᾳ pro universali: de qua re vid. Dissenii adnot. ad h. l. p. 161. s. — De ἐᾶν vid. adnot. ad §. 48. p. 210. — τὸν ἀναίτιον *crimine vacantem, insontem.* Ita Hieron. Wolfius et Reiskius. Aliter cepit vocem Taylor, quasi scriptum sit ἐναίτιον, interpretatus: *partis impietatis — esse censuit, vel ad facinora connivere, vel insimulatum ante iudicium proscribere.* — τῶν ἤδη κεκριμένων, hoc est, τούτων οἳ κέκρινται ὄντες ἀνδροφόνοι. Deletum a Reiskio articulum, qui in nonnullis codicibus deest, recte revocarunt Im. Bekkerus, Dindorfius, probante Schaefero. Quod autem hic contra Reiskium monuit, dici non posse ea significatione, quae h. l. apta sit, κέκριται ἀνδροφόνος, sed κέκριται ὢν ἀνδροφόνος, id falsum est. Dicit enim Sophocles Oedip. tyr. 576. omisso participio ὤν: οὐ γὰρ δὴ φονεὺς ἁλώσομαι. Cf. Matthiaei adnot. ad Euripid. Hippol. 1191. et grammat. p. 1079. n. 3. Quare graecae linguae non contrarium est, quod idem contendit in appar. crit. t. III. p. 248., ἐξελήλεγκται ἀνδροφόνος. Sic apud Aeschinem orat. in Timarch. 141. p. 20. cum libris nonnullis scribendum est εἰς τοὺς ὁμολογουμένους ἀγαθοὺς καὶ χρηστοὺς ποιητάς. — γίγνεται omissum ante σπουδῇ non desideratur. Omisit etiam editio Turicensis. Id esse illatum in orationem ex eo apparere puto, quod in libris non eodem loco, sed in aliis ante σπουδῇ, in aliis post σπουδῇ invenitur. Cf. Philipp. III. 70. p. 128. ἐκείδεν δὲ ἡ θάλαττα ὑπέρρηγε, μάταιος ἡ σπουδή. orat. c. Leptin. 57. p. 474. οὐδὲ γὰρ περὶ τῶν αὐτῶν ἡ σκέψις. — ὅπως — τεύξονται. In plurimis antiquis editt. exstat τεύξωνται. Sed ὅπως cum futuro post vocabula curandi et similia de more positum est. Vid. Schaeferi appar. crit. t. I. p. 282. et p. 251. Frid. Aug. Wolfii adnot. ad Leptin. p. 470. 8. ed. R. Godofr. Hermann. ad Viger. p. 851. et Matthiaei gram. §. 623. — ἤ που. De usu harum particularum dictum est ad §. 76. — πότερον — πότερ'. Schaeferus h. l. adtendit ad πότερον et πότερα in duobus deinceps membris periodi coniuncta. Inter utrumque nihil est, quod ad sensum intersit: arbitrio suo variant vocem et mutant scriptores pro soni ratione et iunctura orationis. — τοῖς ἐγκαλοῦσιν. Quamvis post haec in libris deterioris notae additas voces αὐτοῖς πρὸ δίκης vel potius Reiskianum τοῖς πρὸ δίκης prorsus tollere Im. Bekkerus dubitaverit, recte eas a Dindorfio, assentiente Schaefero, deletas fuisse arbitror, optimis libris

Digitized by Google

volentibus. Redolent, praegressis ἐκδιδόναι πρὸ δίκης, librarii explicationem margini adscriptam, quae in orationem irrepsit. Omissae sunt etiam in editione Turicensi, nec sane necessariae sunt, imo molestae. Additionis enim αὐτοῖς causa qui constat? cuius molem quum sensisset Reiskius, pro eo dederat de suo εὐθύς, quod non minus inutile est. Satis erat enim e sententia scriptoris decreti dicere, occisorem tradendum esse potestati accusantium. §. 79

VI. Actio ἀπαγωγῆς εἰς τὸ δεσμωτήριον.

§. 80. Expositis variis in quinque iudiciis capitalibus homicidae persequendi rationibus, orator postremo ad casum attendit singularem, qui incidere potuit neque legislatoris prudentiam in legibus condendis fugerat. Etenim fieri potuit, ut quis, cui unus e cognatis occisus fuerat, occisorem eius quacunque de causa in iudicium non vocasset, eum tamen tanquam culpa vacantem in templis et in foro circumeuntem conspiceret. Contra eum ἀπαγωγὴ εἰς τὸ δεσμωτήριον concessa fuit lege, quam bene orator adhibuit hoc loco, ubi refutationem prioris psephismatis partis finiens ostendit, quemadmodum scriptor eius a regula et praescriptione iuris abeat, qui occisorem Charidemi causa incognita ἀγώγιμον esse voluerit. Lege eandem actionem continente, sed in homicidas convictos et exsilio in patriam reversos data, usus est orator supra §. 28. principio demonstrationis suae.

Hic locus est explicatus quidem a multis eruditis et rerum antiquarum peritis hominibus, sed a nullo tamen, ut mea fert opinio, usque adhuc ita, ut in eius explicatione acquiescere possimus. Copiosius quidem de eo, quam ab aliis, in libro Meieri et Schoemanni de ordine iudiciorum Atheniensium p. 230. ss. et p. 238. scriptum est, ut perspicuum fieret, caedem, propter quam ἀπαγωγὴ εἰς τὸ δεσμωτήριον instituenda esset, non simplicem intelligendam esse, sed cum latrocinio iunctam, sed auctor huius sententiae rem non pervidit necessariis rationibus, ab eaque speciosius quam verius disputatum esse censeo: simplicius et rectius de eo iudicarunt Hefterus de re iudiciali Atheniens. p. 206. ss. Platnerus de causis et iudiciis Atheniens. p. I. p. 68. et p. 262. s., Riemerus l. c. p. 32. ss. Laudandi sunt etiam hanc in rem Salmasius de usur. modo p. 779. ss. Heraldus animadvv. in ius Attic. et Roman. lib. IV. c. IX. p. 318. et lib. VII, c. XXVIII. p. 592. ss. Petitus legg. Attic. p. 622. Matthiaeus l. c. p. 160. 161. Ulrichius in disputat. de undecimviris p. 244. ss., quamquam non explanatius de ea scripserunt.

Digitized by Google

§. 80 Sumendum est, actionem ἀπαγωγῆς εἰς τὸ δεσμωτήριον, quae hoc loco commemoratur, civibus puris et insontibus opem tulisse ad arcendos sceleratos homines, ut incommodum sarciretur, quod civitati ex intermissa caedis accusatione factum esset. Quia enim scelere contaminatus, si templa et forum frequentaret, praesentia sua sedem deorum violare consortioque suo coetum hominum polluere putabatur, per apagogen licitum erat homicidam, qui quidem nondum accusatus et damnatus erat, sed tamen eo iverat, quo ei non licebat, undecimviris tradere atque in vincula conicere. Hoc accidit Agorato, qui quum, ut ex Lysiae in eum habita oratione apparet, favens triginta tyrannis multos cives perdidisset, postea demum, quum tempora dubia et iniqua praeterlissent, per apagogen in iudicio sistebatur, eademque sors aliis fuit, e quibus nonnulli in libro Meieri et Schoemanni p. 231. nominantur. Etsi tali homicidae non denunciatum fuerat, ut locis sacris et conventu civium abstineret, quod vel sententia eius, qui causam inquirebat, vel ab accusatore ipso fieri fere solebat, (vulgatae sunt huius rei voces προαγορεύειν, προειπεῖν, προαγόρευσις, πρόρρησις) id tamen non impedimento erat, quominus in eum ἀπαγωγὴ adhiberetur, quia loca illa frequentare ipsa lex vetabat atque pro tota civitate vetare censebatur, ut Plato dicit de legg. lib. IX. p. 871. A. Vid. Heraldus l. c. p. 591. et Hefflerus l. c. p. 207. Ipsam quaestionem non dubium est quin primo undecimviri instituerent et, si res postularet, thesmothetae susciperent: explorabatur, num, quod loca illa adlisset, ei crimini dari posset nec ne, non autem, num ea frequentasset, quia inde ἐπ' αὐτοφώρῳ ληφθεὶς abductus erat. Si reus negasset se iure abductum esse, quaerebatur de caede, quam patrasse putabatur, resque in Heliaea agebatur. Vid. orat. in Timocrat. 105. p. 733. Cf. etiam Platneri l. c. p. 67. s. Nunc accusatoris erat, argumenta afferre, quibus abductus caedis convinci posset, quae si firma essent et ad persuasionem iudicum satis certa, mortis condemnatio conficiebatur, sin minus, absolutio, et accusator mille drachmis mulctabatur. Eo referenda sunt Pollucis verba libr. VIII. 49. Ἡ δὲ ἀπαγωγή, ὅταν τις ὃν ἐστιν ἐνδείξασθαι μὴ παρόντα, τοῦτον παρόντα ἐπ' αὐτοφώρῳ λαβὼν ἀπάγῃ· ὁ δὲ κίνδυνος ἐν χιλίαις. Praeter hoc periculum, quo cautum erat, ne accusator parum cogitate ageret, imponi solebat etiam poena infamiae, qua ei potestas adimebatur aliquem in ius vocandi. Vid. infra adnot. Tota autem ἀπαγωγῆς actio satis dura nobis videri posset, quum, si post caedem factam γραφὴ φόνου instituta fuisset contra homicidam, is post primam defensionem sua sponte in exilium ire posset, nisi sciremus, violationem deorum cultus et religionum et

Digitized by Google

commaculationem hominum maximum scelus fuisse, quod sola morte §. 80
lui posset. Quare haec ἀπαγωγὴ pariter atque supra commemorata in rebus divinis sita erat, neque, quae quidem sententia est hominis doctissimi in libro de ordine iudicior. Atheniens. p. 233. proposita, e civilis prudentiae rationibus profecta.

Ἔτι τοίνυν ἐσὶν ἔκτη τιμωρία πρὸς ἁπάσαις ταύταις. Non recte coniecit Marklandus quae est etiam marginis editionis Lutetianae scriptura, *ἔστι τοίνυν ἕκτη τιμωρία πρὸς ἁπάσαις ταύταις*, neque eam Taylor improbavit: quae unde orta sit quis non videat? Etenim alii multi similes loci, velut orat. pro Megapol. 11. p. 204. *ἔστι τοίνυν καὶ τοιοῦτός τις λόγος.*, c. Leptin. 112. p. 491. *ἔστι τοίνυν τις πρόχειρος λόγος.*, reperiuntur apud Demosthenem, ad quorum exemplum interpretes hunc nostrum locum conformare potuerunt. Attulit ipse Marklandus ex Aristocratea §. 191. *ἔστι τοίνυν τις αὐτοῖς τοιοῦτος λόγος.* Sequuntur etiam *πρὸς ἁπάσαις ταύταις*, ut *ἔτι* plane supervacaneum videretur esse. Verumtamen per *ἔτι* aptissime ab initio statim ad ceteras sextae puniendi homicidae rationis accessio indicatur: quo modo Aristocratis negligentia scriptoris psephismatis admodum effertur. Simillimus locus, ut alios non addam, est orat. c. Zenothem. 31. p. 890. *Ἔτι τοίνυν ἑτέρα τίς ἐστιν ἐλαὶς αὐτοῖς τοῦ παραπρούσεσθαι καὶ φενακιεῖν ὑμᾶς.* Et si quis haeserit in additamento *πρὸς ἁπάσαις ταύταις*, is legat apud Platonem Protagor. p. 326. B. *ἔτι τοίνυν πρὸς τούτοις εἰς παιδοτρίβου πέμπουσιν·* quamquam ibi secundum duos libros *πρὸς τούτοις* omissum est ab Im. Bekkero. Adde orat. in Mid. 139. p. 560. *πρὸς ἔτι ἕτερος τούτοις.* — *πάντα ταῦτα.* Omnes has leges, quae ad quinque illa iudicia pertinent. — *παρεληλύθασιν οἱ χρόνοι.* i. e., quinquennio transacto, ultra quod accusatio caedis et actio forensis prolata locum in iure nullum amplius habebat. Hoc cautum erat lege, quam *τὸν τῆς προθεσμίας νόμον* appellabant: de qua scripserunt Petitus de legg. Attic. p. 430. ss. Hefterus de re iudiciali Atheniens. p. 298. n. 19. Platnerus de causis et iudiciis Atheniens. p. I. p. 148. Schoemannus et Meierus de ordine iudic. Atheniens. p. 637. n. 20. Car. Fr. Hermanni antiqq. publ. §. 141. n. 5. Demosth. orat. pro Phorm. 26. p. 952. c. Nausim. 17. p. 989. *νόμος διαρρήδην λέγει, ἐὰν πέντε ἔτη παρέλθῃ καὶ μὴ διώσωνται, μηκέτ' εἶναι τοῖς ὀρφανοῖς δίκην.* et 27. p. 998. *τοῦ νόμου πέντε ἔτη τὴν προθεσμίαν δεδωκότος.*, ubi quidem de rebus tutelaribus agitur, sed ex Lysiae orat. in Agorat. 88. p. 137. 88. p. 138. et c. Simon. 19. p. 98. *καὶ ἐξ ἐκείνου τοῦ χρόνου τεττάρων ἐτῶν παρεληλυθότων οὐδέν μοι πώποτ' ἐνεκάλεσεν οὐδείς.* et ibid. 89. p. 99. videmus hanc legem etiam ad causas capitales perti-

Digitized by Google

§. 80 nuisse. Id tamen statui posse negat Platnerus, quia Lysias in accusatione Agorati §. 83. dixerit: *οὐ γὰρ οἶμαι οὐδεμίαν τῶν τοιούτων ἀδικημάτων προθεσμίαν εἶναι.* sed non animadvertit ille, contendere quidem oratorem, reum, quoniam multa nefaria scelera fecerit, idcirco *τὴν προθεσμίαν* in suos usus adhibere non posse, non autem omnino negare, eam in rebus capitalibus usitatam fuisse. Cautius de hac *προθεσμίᾳ* disputatum est ab Hefftero l. c., et in libro Meieri et Schoemanni. Qui homines doctissimi si hunc Demosthenis locum in suas partes traxissent, nulla prorsus de hac re controversia extitisset. — *ἐν οἷς ἔδει τούτων ἕκαστα ποιεῖν.* Cf. Pollucis Onomast. VIII, 57. *Παραγραφὴ δ' ἦν ἡ αὐτὴ, καὶ παραμαρτυρία, ὅταν τις μὴ εἰσαγώγιμον εἶναι λέγῃ τὴν δίκην, ἢ ὡς κεκριμένος, ἢ ὡς ἀφειμένος, ἢ ὡς τῶν χρόνων ἐξηκόντων, ἐν οἷς ἔδει κρίνεσθαι.* — *ἢ δι' ἄλλο τι οὐχὶ βούλεται τούτους τοὺς τρόπους ἐπεξιέναι.* *aut alia quapiam de causa has rationes ius suum persequendi uiare non vult.* Veluti Agoratus, qui sub triginta tyrannis auctor fuerat caedis multorum civium, non prius iudicabatur, quam tempora illa periculosa praeterierant, ut Lysias ait orat. in Agorat. 93. p. 138. — *κεκριόντα.* More usitato in certis quibusdam libris, etiam optimis, scriptum est *κεριόντα.* Cf. Philipp. I. 10. p. 43. Olynth. I. 48. p. 54. Philipp. II. 14. p. 69. in Mid. 36. p. 525. — *ἀπάγειν — εἰς τὸ δεσμωτήριον.* Alibi dictum *ἀπάγειν τοῖς ἕνδεκα*, ut orat. in Timocr. 113. p. 736., aut *πρὸς τοὺς ἕνδεκα.* Similes loquutiones collegerunt Meierus in lib. de bonis damnat. p. 42. et Maetznerus ad Lycurg. p. 272., ubi idem observat, ex articulo *εἰς τὸ δεσμωτήριον* non posse colligi, unum carcerem fuisse Athenis; articulum enim ad genus pertinere. — *ὅσοι βούλεται.* Intellige *τις*, quod est initio enunciationis in verbis *εἰ πάντα ταῦτά τις ἠγνόηκεν.* In nonnullis libris id h. l. praeter necessitatem additum est.

§. 81. *ὁ ἀπαγαγών.* Participium praesentis *ὁ ἀπάγων* etiamsi praeter duos illos libros, in quibus exstat, plures bonae notae id haberent, h. l. non ferendum est. — *χιλίας πραξοφλήσει.* Quum actor quintam suffragiorum partem non tulisset, mille drachmis multabatur et infamia notabatur, ita ut posthac a iure eas actiones instituendi arceretur. Infamia tamen nonnunquam non videtur simul imposita fuisse; certe ut hic, sic etiam alibi iuxta illam non commemoratur. Vid. Meierus et Schoemannus de ordine iudicior. Atheniens. p. 784. sqq., Meierus de bonis damnat. p. 133. q., Boeckhii oecon. civ. I. p. 407. Hefftерus de re iudiciali Atheniens. p. 130 ss. Car. Fr. Hermanni antiquitt. publ. §. 144. n. 2. — *πραξοφλήσει* insuper, i. e. quod hominem maleficum non poterat quoquo modo tractare,

Digitized by Google

mulctabitur. — *τὸν μὲν — κλοπαχρῆμα ἐπιδίδοσθαι.* Haec Seagerus §. 81 diar. classic. LVIII, p. 362. sic interpretatur, probante Schaefero: *τὸν μὲν*, accusatorem. *ἀθῷον, μὴ προσοφλόντα* (vel potius *ὀφλόντα*) *χιλίας, ἐὰν μὴ μεταλάβῃ τὸ πέμπτον μέρος τῶν ψήφων· τὸν δὲ, τὸν ἀνθροφόνον.* — *ἐὰν δέ τις — ἔκσπονδον ἔγραψεν εἶναι.* Nunc incipit confutatio alterius decreti partis, quae haec est: *ἐὰν δέ τις τὸν ἀγόμενον ἀφέληται ἢ πόλις ἢ ἰδιώτης, ἔκσπονδος ἔστω.* — *ὅλη πόλις.* Articulum nonnullorum librorum recte iam Reiskius omisit, quia civitas quaecunque graeca intelligenda est. *ὅλη ἡ πόλις* Athenae sunt oration. de fals. legat. I. p. 341. 140. p. 384. c. Leptin. 167. p. 508. in Mid. 80. p. 540. — *κατέδειξαν.* Hac vi docendi seu instituendi frequentissimum. Uni exemplo, quod Schaeferus profert ex orat. I. in Aristogit. 11. p. 772., quae inter Demosthenicas est, *ὁ τὰς ἁγιωτάτας ἡμῖν τελετὰς καταδείξας Ὀρφεύς.* adde Isocratis Panegyr. 47. p. 50. *Φιλοσοφίαν — ἡ πόλις ἡμῶν κατέδειξε.* Diodor. Sicul. lib. I. c. 77. *τοῦτο τὸ νόμιμον πολλοὶ καὶ τῶν Ἑλλήνων κατέδειξαν*, ubi altera scriptura *κατεδείξαντο* exstat. Idem saepe *κατέδειξε θύειν* et *θύειν καὶ τιμᾶν.* Praeter Matthiaeum ad hymn. Homeri V. 478., quem citat Schaeferus, cf. Mitscherlich. ibid. et Luzac. exercitt. p. 180. — *καὶ μετὰ ταῦτα ἄνθρωποι χρῶνται.* Ad haec relativum alio casu repetendum est cogitatione, scilicet *οἷς*: qui usus apud Graecos frequentissimus prodit facilitatem eorum sermonis, quam nos non assequimur sine asperitate loquendi. Exempla collegerunt Godofr. Hermannus ad Vigerum p. 707. Matthiaeus gr. gr. ampl. §. 428. 2. p. 707. et §. 474. d. p. 888. — *λόγον — πεποίηνεν.* Vulgatissimum est *λόγον δοῦναί τινι potestatem dicendi facere alicui*, ut orat. c. Leptin. 167. p. 508. in Timocr. 65. p. 721., diversum illud a *λόγον ποιεῖσθαι verba facere*, quod de oratoribus valet, ut Olynth. II. 11. p. 31. ubi vid. Frid. Franckii adnot. Cf. Kuesterum de verb. med. I. 60., quem Schaeferus laudat, Voemelium ad Philipp. II. p. 78. §. 32. p. 45. In Leptinea 141. p. 500. ad codicum optimorum auctoritatem *ποιεῖτε* scribendum est. Nam *ποιεῖν λόγους ἐπιταφίους est auctorem esse, ut orationes funebres habeantur*, id quod etiam contextus verborum postulat.

§. 82. *Ἆρά τις ἡμῖν ἔτι λοιπός ἐστι νόμος;* Ad scribam conversus interrogando simulat se nescire, an supersit adhuc lex quaedam ad causam pertinens. Hac simulatione ignorationis suae artem texit oratoriam, qua ea, quae subiecit, quamvis bene praeparata et excogitata, fingantur tanquam sine studio et meditatione et ex oblata occasione fusa. Quae dicendi forma ut iucundam facit orationem et varietate delectat, ita etiam in animis eorum qui audiunt, levat suspi-

Digitized by Google

§. 82 cionem, se posse eloquentia decipi, quod postremum ad h. l. observat Ulpianus. In eandem rem praecepit Hermogenes περὶ μεθόδ. δεινότ. c. XVII. p. 422. vol. III. edit. Walz. ἐν τῇ δικανικῇ κἂν ἐσκεμμένος ἥκῃς, προςποιοῦ αὐτόθεν λέγειν, ὅπερ ποιοῦσι πάντες οἱ παλαιοί. γράψαντες γὰρ πάντες ὑποκρίνονται σχεδιάζειν. διὰ τί; ὅτι ὁ δικαστὴς ὑποπτεύει τὸν ῥήτορα καὶ δέδοικε μὴ ἐξαπατηθῇ τῇ δυνάμει τῆς ῥητορικῆς. αὐτὸ τοίνυν τοῦτό ἐστι τεχνίτου ῥήτορος, τὸ δοκεῖν αὐτόθεν λέγειν, ἵνα καὶ οὕτως ὁ δικαστὴς ταραχθῇ. Add. Gregorii Corinthii libr. εἰς τὸ περὶ μεθόδ. δεινότ. c. XVII. p. 1268. vol. VII. p. II. ed. Walz. Praeterea citavit hunc locum Alexander de figuris p. 432. edit. Walz., sed corrupte. ἔστι δὲ, inquit, διὰ τῶν σχημάτων δοκεῖν καὶ αὐτοσχεδίως λέγειν μηδὲ ἀπὸ παρασκευῆς, ὡς Δημοσθένης· „ἆρά τις ἡμῖν λοιπὸς λόγος;“ ἢ οὕτω (orat. in Mid. 110. p. 550.) „τουτὶ μικροῦ με παρῆλθεν εἰπεῖν.“ τὰ γὰρ τοιαῦτα τὴν τοῦ δοκεῖν αὐτόθεν λέγειν ἔμφασιν ποιεῖ, καὶ μὴν ποικιλίαν τινὰ τῷ λόγῳ παρέχει τὰ σχήματα, ὡς ὅ γε ὁμοειδὴς προΐσταται τρόπος· δεῖ δὲ τὴν ἡδονὴν διώκειν καὶ τὴν ποικιλίαν ἐν τῷ λόγῳ μετὰ τοῦ χρησίμου, καὶ μάλιστα ἐν τῷ δικανικῷ λόγῳ. Praeter hoc ab rhetore ex oratione Midiana allatum exemplum duo alia attulit Walzius in adnot. ad Tiberium de figuris p. 545. vol. VIII., unum ex orat. de fals. legat. 234. p. 414. μικροῦ γε, ἃ μάλιστα ἔδει πρὸς ὑμᾶς εἰπεῖν, παρῆλθον., alterum ex orat. II. c. Boeot. 58. p. 1025. ἀρτίως γὰρ καὶ τοῦτο ἀνεμνήσθην. Add. ex Aristocratea §. 87. et e Leptinea 84., p. 482., ubi orator iubet scribam accuratius inspicere, ut psephisma inveniat, quod ad orationem sibi opus sit. Vid. ad h. l. Fr. Aug. Wolfii et Spaldingii adnot. ad Midian. l. c. Cf. Dissenium ad orat. de coron. p. 218. In proximis δεῖξον. οὑτοσί. Reiskius e coniectura οὗτοι dedit, quia tres leges sequantur. Sed id maxime nunc curae est oratori, ut eligat, quae inter reliquas prima ad rem aptissime recitetur. Interrogat scribam: *estne adhuc superstes nobis lex quaedam? Monstra*, sc. fasciculum legum, quas e tabulis publicis describendas curaverat, eoque inspecto digitum intendit ad eam, quae recitanda sit, οὑτοσί dicens, et statim scribam admonet, ut eam recitet. Quod Reiskius praeterea scribam putat oratori respondere: οὑτοσί, talis interpellatio ridiculi aliquid haberet. Scribam malumus πρόσωπον κωφὸν καὶ ἄγλωσσον in suggestu post tergum oratoris stantem cogitare. Neque probari potest, οὑτοσί antecedente, quod Reiskius scripsit, τουτονί. Consimilem locum habemus apud Andocidem de mysteriis 87. p. 12. τί οὖν ἦν ἐπίλοιπον; οὑτοσὶ ὁ νόμος. Καί μοι ἀνάγνωθι τοῦτον.

Digitized by Google

Lex IX. §. 82

Haec ultima lex est e legibus capitalibus exscripta. Pertinet ad alteram Aristocratis psephismatis partem, qua iste decreverat, ut unusquisque vel privatus vel civitas, quae homicidam Charidemi abduci non sineret, ἔκπαστος esset. Quemadmodum priores illae supra allatae leges ad homicidas intra fines Atticae versantes referendae sunt, ita haec spectat ad caedem extra Atticam in alieno solo factam, ad quam ulciscendam cognatis occisi ius ἀνδροληψίου datum erat, propterea quod e veterum opinione sanguis ubicunque effusus vindictam flagitabat, qua omissa se sibi grave malum contracturi essent. De origine, natura et more ἀνδροληψίου multi cum inter veteres tum inter recentiores scripserunt. Grammaticorum testimonia, velut Harpocrationis s. v., Etymologici magn. s. ἀνδριάς, Suidae, Hesychii, anecdot. Im. Bekkeri vol. I. p. 395., lexici rhetorici p. 213., Pollucis Onomast. lib. VIII. 41. 50., scholiastae Demosthen. in cod. Bavar. t. II. p. 99. s. quamquam inter se discrepare partim manifestum est, idonea tamen ex iis doctrinae de ἀνδροληψίῳ firmandae praesidia petierunt inter recentiores Budaeus adnotat. in Digest. p. 114., Petitus ad legg. Attic. p. 623., ibique Wesselingius, Salmasius de modo usurar. p. 550., Schoemannus de comitiis Atheniens. p. 180. 284., Huellmannus de iure public. antiquitatis p. 76. ss., Wachsmuthius antiquitt. Hellen. vol. II. 1. p. 283. s. Car. Fr. Hermannus antiquitt. publ. §. 104. 7. et inprimis, qui ipsa legis verba interpretati sunt, Heraldus animadvers. in ius Attic. et Roman. lib. IV. 6. p. 307. ss., Hugo Grotius de iure belli et pacis lib. III. c. 2, 3., Heffterus de re iudiciali Atheniens. p. 427. ss., Meierus et Schoemannus de ordine iudiciorum Atheniens. p. 278—280. J. Dideric. de Riemerus specim. crit. inaug. etc. p. 65—67. Totus hic de ἀνδροληψίῳ locus latius patet, quam ut paucis explicari possit, praesertim quum nonnulla, quae de eo homines illi doctissimi exposuerunt, magis sint illustranda vel etiam emendanda.

Ἀνδροληψίαν sive ἀνδροληψιον esse e numero actionum publicarum Pollux l. c. indicat, qui eam inter γραφὰς post ἀπαγωγὴν, ἔνδειξιν et ἐφήγησιν retulit, eamque nomine ἐγκλημάτων εἰδους apud auctorem Etymolog. magn. significari optime ostenderunt Meierus et Schoemannus l. c. Cf. Schoemann. de comitiis Atheniens. p. 180. Apparet id etiam ex hac una de ea scripta lege, in qua singulae quaedam rationes explicantur, e quibus ἀνδροληψιον instituendum erat; nam nisi id tanquam subsidium iuris ad normam quandam directum fuisset, nesciremus plane, qua de causa, si quis morte violenta obiis-

Digitized by Google

§. 82 set, eius propinqui ex praescripto contra occisorem neque suo arbitratu suaque voluntate agere deberent. Probabile est autem, esse hanc a Demosthene servatam legem particulam earum legum, quae, et in quibus casibus et quo modo ἀνδροληψιον adhibendum esset, definirent, quod quidem mihi vel liquere videtur e numero plurali τὰς ἀνδροληψίας addito articulo. Veluti in iis non dubium est quin aliquid statutum fuerit etiam adversus eos, qui hominem rapuissent; certe raptis hominibus par pari relatum esse apparet ex oratione de coron. trierarch. 13. p. 1232., ubi haec: πάντας ἀνθρώπους ἄγει καὶ φέρει καὶ τὰς μὲν ἀφελείας ἴδιᾳ καρποῦται, τὰς δὲ δίκας τούτων ὁ τυχὼν δίδωσιν ὑμῶν, καὶ μόνος ὑμῖν συδαμόσε ἔστιν ἄνευ κηρυκείου βαδίσαι διὰ τὰς ὑπὸ τούτων ἀνδροληψίας καὶ σύλας κατεσκευασμένας. Praeterea quae grammatici de ἀνδροληψίᾳ tradunt, etsi admodum exilia sunt, tamen eos de ea plura cognovisse certum est, quam quae apud Demosthenem scripta inveniuntur: ut etiam idcirco coniecturam facere liceat, plures de eo exstitisse leges. Quod autem ad utramque formam ἀνδροληψία et ἀνδρολήψιον attinet, illam Meierus et Schoemannus antiquiorem, hanc esse posteriorem contendunt. Apud Demosthenem illa bis reperitur, in hac lege et in orat. trierarch. l. c., altera ter legitur in hac oratione §§. 83. 85. et 218. Ego vero ἀνδροληψίαν usu ita differre ab ἀνδρολήψιον existimo, ut illa Demosthenis aetate comprehensionem hominis significet, haec autem ius comprehensionis sive actionem publicam, quemadmodum ἀποστασίον δίκην, non ἀποστασίας dicunt, quamquam haec altera nominis forma exstat; deinde autem apud inferiores scriptores, ut apud Appianum de bellis civilib. lib. IV. c. 6. et 13. et Philostratum p. 915. et 937. ἀνδροληψιον de sola comprehensione hominum usitatum fuisse.

Hac iudicii forma provisum erat, ne laesi iniuriam per vim ulciscerentur, neve in eos, qui laesissent, gravius consuleretur, eamque nonnisi in iis populis assumtam puto, quibuscum foedere facto Atheniensibus commercium iuris praebendi et repetendi erat, ut ad τὰ σύμβολα περὶ τοῦ μὴ ἀδικεῖν pertinuisse videatur, quibus propria esset pacata iniuriarum compensatio. Vid. Harpocrationem s. v. Σύμβολα. τὰς συνθήκας, ἃς ἂν ἀλλήλαις αἱ πόλεις θέμεναι τύχωσι, τοῖς πολίταις ὥστε διδόναι καὶ λαμβάνειν τὰ δίκαια. ibique Valesium. Add. Voemelii disputationem de συμβόλοις in commentariis ad orat. in Halon. p. 115. ss. propositam. Hoc ipse orator videtur docere, quia hanc ἀνδροληψίου legem adhibuit ad refutandum Aristocratis dictum, e quo, si civitas homicidam Charidemi retineret, ἔκσπονδος sive foedere exclusa esset. Ostendit enim, si tale quid fieret, civitatem non licere excludi foedere, sed ad piaculum foederis tres ex ea homines

Digitized by Google

abdicendos esse; deinde ponit etiam, legi communi contrarium esse, quamvis hoc Aristocrates inserit, cum non amplius in numero foederatorum esse debere, qui homicidii reum profugum apud se receperit. §. 82

Grammatici occisum dicentes Atheniensem dubitationem apud nos relinquunt, quam ne Meierus et Schoemannus quidem tollere voluerunt, an etiam τοὺς μετοίκους et τοὺς ἰσοτελεῖς et τοὺς δούλους ius ἀνδροληψίου attigerit. Equidem affirmare ausim, μετοίκους de eo iure non exemtos fuisse, quamquam id non plenum habuisse statuendum est, quippe qui, iniuria accepta, suos προστάτας rogare deberent, ut sibi praesidium ferrent sibique in sua causa defendenda adessent. Cuius potius in hanc rem quam ipsius Aristotelis de polit. testimonio utamur? Eius verba sunt e libro III. c. I. init., ubi docet, cui nomen πολίτου tribuendum sit. Ὁ δὲ πολίτης, inquit, οὐ τῷ οἰκεῖν που πολίτης ἐστί· καὶ γὰρ μέτοικοι καὶ δοῦλοι κοινωνοῦσι τῆς οἰκήσεως. οὐδ' οἱ τῶν δικαίων μετέχοντες οὕτως, ὥστε καὶ δίκην ὑπέχειν καὶ διώκεσθαι· τοῦτο γὰρ ὑπάρχει καὶ τοῖς ἀπὸ συμβόλων κοινωνοῦσι· καὶ (γὰρ) τούτων τοῦτο ὑπάρχει. πολλαχοῦ μὲν οὖν οὐδὲ τούτων τελέως οἱ μέτοικοι μετέχουσι, ἀλλὰ νέμειν ἀνάγκη προστάτην. Hinc etiam conici licet, eadem iuris communione fructos fuisse eos, qui ἰσοτελεῖς dicuntur, etsi ignoramus, ipsine contulerint cum civibus eius urbis, in qua caedes patrata erat, an per vicarium census suam pertractaverint. Servorum autem occisorum dominos iniuriae satisfactionem accepisse putandum est.

Ii, apud quos Atheniensis occisus erat, ita stare conventis debebant, ut aut poenas darent homicidii aut homicidam poscentibus dederent ad supplicium, et utroque modo se nolle violare foedus initum significabant. ὑπέχειν δίκας idem est, quod διδόναι δίκας, ut apparet e §. 288., ubi eadem lex repetitur, idque confirmatur iis locis, quibus de pactis et conventis agitur, quae δίκας διδόναι sive ὑπέχειν et δίκας δέχεσθαι seu λαμβάνειν iubent, maximeque Aristotelis verbis de polit. l. c. οἱ τῶν δικαίων μετέχοντες οὕτως, ὥστε καὶ δίκην ὑπέχειν καὶ λαμβάνειν κ. τ. λ. Vid. adnot. Voemelii ad orat. in Halon. p. 118. Harpocratio, Etymologicum magn., Suidas de poena civibus subeunda nihil dicunt, sed commemorant tantum iussam homicidae deditionem. Ille dicit: Ἀνδροληψία, τὸ ἁρπάζειν ἄνδρας ἐκ τινος πόλεως. ἐνεχύραζον γὰρ τὴν ἔχουσαν πόλιν τὸν ἀνδροφόνον καὶ μὴ προιεμένην αὐτὸν εἰς τιμωρίαν. Etymologicum magn. haec: Ἀνδροληψία, ἐγκλήματος εἶδος. ἐὰν ἔξω τῆς Ἀττικῆς ἀνὴρ Ἀθηναῖος τελευτήσῃ καὶ μὴ ἐκδιδοῦσιν οἱ ἐν ἐκείνῃ τῇ πόλει ὄντες τὸν δοκοῦντα ἐν τῇ αἰτίᾳ εἶναι, ἐφεῖτο ἐκ τοῦ νόμου τρεῖς τῶν ἐκείνου πολιτῶν ἄγειν εἰς Ἀθήνας. quibuscum fere ad verbum consentit Suidas. Pollux au-

Digitized by Google

§. 82 tem ab illis et ipso oratore prorsus dissentit explicatione τοῦ ἀνδροληψίου, sic dicens: *Ἀνδροληψίου δὲ, ὅταν τις τοὺς ἀνδροφόνους καταφυγόντας ὡς τοὺς ἀκαιτῶν μὴ λαμβάνῃ, ἔξεστιν ἐκ τῶν οὐκ ἐκδιδόντων ἔχει τῶν τριῶν ἀναγαγεῖν.* Riemerus tamen l. c. diversas interpretationes consociare tentavit, sed ea ratione, qua impeditior facta est tota disceptatio neque in clariore luce posita. Neque verum puto, quod Meierus et Schoemannus cum Heraldo dicunt, Pollucis interpretationem ἀνδροληψίου falsam esse, siquidem grammatici verba ita explicari possunt, ut ad singularem casum referenda sint, qui incidere potuit, ut homicida convictus et mortis condemnatus fuga salutem petens in urbem Atheniensium foederatam sese conferret eique incolae rogarentur, ut sontem inventum dederent ad supplicium; quod si illi se facturos negarent, in eos quoque arbitror id ἀνδροληψίου institui potuisse. Nam secundum leges Atheniensium non licuit cuiquam mortis condemnatum apud se recipere et retinere, nisi si delictum in se ipsum admittere vellet, ut Demosthenes dicit in orat. c. Polycl. 49. p. 1222. *οἱ γὰρ νόμοι οὐκ ἐῶσιν ὑποδέχεσθαι τῶν φευγόντων οὐδένα ἢ ἐν τοῖς αὐτοῖς κελεύουσιν ἐνέχεσθαι τὸν ὑποδεχόμενον τοὺς φεύγοντας.* Quare οἱ ἀνδροφόνοι καταφεύγοντες ὡς τοὺς apud Pollucem intelligendi sunt ii, qui damnati fuga se poena liberare vellent, non qui ante latam sententiam exsilio voluntario patriam reliquissent.

Si legis verba eorumque explicationem oratoris spectamus, ad cives urbis primum pertinebat videre, quomodo expiarent iniuriam cognatis occisi illatam. Hi enim ab illis ius suum postulabant, non ab ipso occisore, qui apud eos versabatur: ut poenas dedisse cives dicantur, qui tamen causam rei apud se egisse et poenas a damnato expetiisse putandi sunt. Quare interpretibus Meiero et Schoemanno non assentior in eo, quod ὑπόσχωσι et ἐκδῶσι non idem subiectum habere censentes ad ὑπόσχωσι intellexerunt τοὺς ἀνδροφόνους et ad alterum eos, apud quos caedes facta erat; quod deinde illi addiderunt, fortasse δίκας ὑπέχειν significare *Busse geben lassen*, multo minus ferendum est. In simili errore versatur Heraldus l. c. p. 307. Num autem satisfactio, quae civibus danda erat, secundum certas foederis leges facta sit, an secundum leges, quae in quaque civitate valerent, deinde qua in re ea constiterit et cuiusmodi de ea actio fuerit, non potest nullis de his rebus exstantibus testimoniis dici, quamquam mihi verisimillimum videtur esse, caedem, si, ubi facta erat, indicaretur, ad leges, quae ibi constitutae essent, pertractatam fuisse. Et si homicida deditus erat poscentibus, iudicabatur ad eas leges, quae apud eos, qui

Digitized by Google

cum abduxerant, in usu erant, ut Athenas abductus in iudicio sisteretur, ad quod caedes ibi commissa pertinebat. §. 82

Si neutrum cognati consequuti erant, neque satisfactionem caedis neque deditionem homicidae, tres e civibus captos abducebant Athenas, caedis poenas daturos, auctoribus Etymologic. magn. et Suida, qui dicunt: *δίκην ὀφέξοντας τοῦ φόνου*. Hic quaerendum est, ad quos magistratus res eorum cognoscenda delata sit et in quod iudicium deducta ad decernendum. Meierus et Schoemannus opinati sunt, id factum esse intercessione novem archontum vel *βασιλέως*, sed illos rem cognovisse non ostenderunt homines doctissimi, minimeque *βασιλέα* id munus suscepisse credendum est, quum abducti non haberentur pro ipso homicida, sed illud efficere deberent, ut cognati ultionem caedis consequerentur. Potius res delata est ad thesmothetas, deinde instructa ab iis et constituta populi iudicio tradita. Vid. Platnerum p. I. p. 105. Quemadmodum enim populus in comitiis de *σύλαις* iudicabat, iure an iniuria captae essent et reddi an retineri deberent, de qua re vid. Schoemanni libr. de comitiis p. 285., ita penes eosdem erat arbitrium *ἀνδρολήψιον*, iustene an iniuste factum esset et si id iustum esse decernebant, capti retinebantur, donec civitas eorum id fecisset, quod facere deberet, id est, ius dedisset aut sontem tradidisset. Et si quaerimus, quae retentorum sors fuerit, non dura ea videtur fuisse: nam neque in custodiam eos includere neque vincire licebat, si Andocidem orat. in Alcibiad. 18. p. 31. audimus: *καὶ πρὸς μὲν τὰς ἄλλας πόλεις ἐν τοῖς συμβόλοις συντιθέμεθα μὴ ἐξεῖναι μηδ' εἰρξαι μήτε δῆσαι τὸν ἐλεύθερον· ἐὰν δέ τις παραβῇ, μεγάλην ζημίαν ἐπὶ τούτοις ἔθεμεν.* sed, uti Hugo Grotius l. c. censet, sola eorum libertas morandi, ubi vellent et agendi, quod vellent, obligata erat, ut tanquam obsides retinerentur. Sin autem iniustum *ἀνδρολήψιον* videbatur esse, actor sive, ut Pollux dicit, *ὁ ἀδίκως ἀνδρολημφία κεχρημένος οὐκ ἀνεύθυνος ἦν*. Suspicatur Hefterus l. c. p. 429., eum per *δίκην βιαίων* vel aliam actionem coactum fuisse, ut damnum acceptum abductis compensaret, et Riemerus l. c. opinatur, eum mulctam mille drachmarum solvisse. His expositis nunc ad verba oratoris transeamus.

De dictione *οὐκ οἶδ' εἰ* vid. adnot. §. 64. p. 254. — *νομίμως καὶ σφόδρα ἀνθρωπίνως*. Siquidem hac lege provisum erat, ut populi foederati mutuum in factis homicidiis iuris subsidium haberent atque omnis ulciscendi libido et crudelitas arceretur. Vid. Platneri libr. p. I. p. 105.

§. 83. *πρῶτον μὲν*. His respondent infra §. 84. *πρὸς δὲ τούτοις*, intercedente altero *πρῶτον μὲν*, ad quod proximum *εἶτα* referendum est. Similiter Xenophon memorab. lib. IV, 2, 1., ubi ad *πρῶτον μὲν*

Digitized by Google

§. 83 id quod §. 6. demum sequitur, pertinet et ad interpositum §. 2. καὶ πρῶτον μὲν id, quod init. §. 8. est. Vid. ad h. l. Guil. Alb. Sauppii adnot. — τοῦτο — τὸ βιαίως. Τούτῳ nonnullorum librorum nihil est. Recepi deinde βιαίως, tametsi addito articulo τὸ ipsius legis verbum exspectetur βιαίῳ, quod in multis libris scriptum est. Illud tamen optimi Bekkeri libri habent, defendente etiam Funkhaenelio in comment. litterar. Darmstad. an. 1841. n. 115. p. 958., sed reliciendibus novissimis editoribus Baitero et Sauppio, qui id haud dubie e proximo ἀδίκως ortum existimant. At non raro ipse orator submutat verba legis, ut §. 61. ἀδικῶν pro ἀδίκως, §. 62. ἄτιμος ἔστω καὶ οἱ παῖδες καὶ τὰ ἐκείνου, ubi in lege est ἄτιμον εἶναι καὶ παῖδας ἀτίμους etc., et §. 86. ἐφ' ἅπασιν Ἀθηναίοις pro ἐπὶ πᾶσιν Ἀθηναίοις, ut alia non addam. Ceterum e sententia Schaeferi ea mors intelligenda, quam quis intulerit βιασάμενος, hoc est, ἔρξας χειρῶν ἄδικον. — βούλωνται — ἐθέλωσι. Eodem modo utrumque coniunctum est Olynth. I. 1. p. 9. Olynth. II. 20. p. 24. de fals. legat. 23. p. 348. ὑμεῖς δ' ἐγελᾶτε καὶ οὔτ' ἀκούειν ἠθέλετε οὔτε πιστεύειν ἠβούλεσθε ἄλλα πλὴν ἃ οὗτος ἀπηγγέλκει. add. Leptin. 111. p. 490. Schaeferus in appar. crit. itemidem nullum amborum statuit discrimen, quamvis ea inter se differre perspicuum fecerit Buttmannus lexilog. t. I. p. 26. s., quem sequuti sunt Passovius in lexic. s. v. βούλεσθαι, Doederlinus synon. lat. t. I. p. 56. s., Voemelius ad Olynth. II. p. 93., et Frid. Frankius ad Olynth. I. p. 4. Enimvero βούλεσθαι est eorum, qui ex animi sui sensu aliquid faciunt, ἐθέλειν autem eorum, quibus certissimum est aliquid facere: quod quidem discrimen etiam in hunc locum cadit.

§. 84. παρὰ τοίνυν ὅλον. Rara esse τοίνυν particulae inter praepositionem et nomen interpositae exempla animadvertit Bernhardyus syntax. p. 198. Affert e Demosthene orat. de fals. legat. 72. p. 363. — ὅλως, id quod ἐνὶ λόγῳ, ὡς ἔπος εἰπεῖν, poni solere post plura enumerata in ultimo membro, fere ut lat. denique, ait Fr. Aug. Wolfius ad Leptin. p. 458. v. 7. Sic orat. in Mid. 64. p. 535. καὶ Χαβρίαν οὔτε τύπτοντα οὔτε ἀφαρπάζοντα τὸν στέφανον οὐθ' ὅλως προσιόνθ' ὅποι μὴ προσῆκεν αὐτῷ. — ὑπόσχωσι. Schaeferus ὑπίσχωσι, quod in deterioribus libris est, sequente praesenti tempore, praefert ex lege parallelismi. Sed vid. Funkhaenel. ad orat. in Androt. p. 50.

§. 85. τοὺς δὲ — ὑποδεξαμένους. Reiskius scribi voluit αὐτοὺς δὲ — τοὺς ὑποδεξαμένους solos illos, qui recepissent, postquam ipse sprevérat αὐτὸς coniecturam, quod esset sponte sua, iure suo, ultro sumto et arrogato, cuius ansam ei οὗτος scriptura August. I. dederat. Multo pelus lurinus αὐτὸν δὲ ἤδη πεφευγότα, qui tamen addit, magis arridere Benenati lectionem τοὺς δὲ τὸν ἤδη πεφευγότα, nisi paulo

Digitized by Google

post haberent codices τοὺς ὑποδεξαμένους. Et sane quod in com- §. 85
pluribus codicibus ita scriptum est, interpretes fefellit omnes praeter Taylorem et Schaeferum. Ille restituit scripturam, quam in libris nonnullis invenerat: τοὺς δὲ — ὑποδεξαμένους eamque probavit Schaeferus, Im. Bekkerum vituperans, quod articulum in libris quibusdam iteratum eumque perpetuitatem et cursum orationis turbantem non deleverit. Verissime. Nam haec graeci sermonis proprietas, qua articulo praecedente et participio vel infinitivo vel nomine insequente omnia ea, quae interposita sunt, una comprehensione colliguntur collectaque in unam quasi notionem totum aliquod efficiunt, articulo repetito prorsus tolleretur totaque oratio manca et hinica fieret. Etiam Dindorfius verum praetermisit, optimis codicibus obtemperans. Neque sua virgula, quae ante τοὺς ὑποδεξαμένους posita interruptam orationem iterato articulo hic recipi indicet, quidquam assequuti sunt editores Turicenses, quippe qui isto modo morem recentiorum in verba antiqui loquendi magi tri intulerint. Certum est, nullum huius generis in hac verborum coniunctione inveniri exemplum et si inveniretur uspiam, id librariorum incuriae deberemus. Maxime memorabile est illud quod in Philipp. II. 29. p. 72. τοὺς ὅτ' ἐγὼ γεγονὼς ἤδη τῆς εἰρήνης ἀπὸ τῆς ὑστέρας ἦκων πρεσβείας τῆς ἐπὶ τοὺς ὅρκους, αἰσθόμενος φενακιζομένην τὴν πόλιν, προὔλεγον καὶ διεμαρτυρόμην καὶ οὐκ εἶων προέσθαι Πύλας οὐδὲ Φωκέας, λέγοντας ὡς ἐγὼ μὲν ὕδωρ πίνων εἰκότως δύσκολος καὶ δυσχερὴς εἰμί τις ἄνθρωπος, Φίλιππος δ' —, ubi tam multis verbis inter articulum et participium positis ne ullum quidem in libris repetiti articuli vestigium apparet; idque nusquam, quoquot huius dicendi rationis e Demosthene collegi exemplo, veluti orat. de fals. legat. 44. p. 355. ἐκ τοῦ, ὅτε τοὺς ὅρκους ἤμελλε Φίλιππος ὀμνύναι τοὺς περὶ τῆς εἰρήνης, ἐκσπόνδους ἀποφανθῆναι τοὺς Φωκέας ὑπὸ τούτων. Olynth. II. 16. p. 22. τὴν τοῦ διαπράξασθαι ταῦτα, ἃ μηδεὶς πώποτε ἄλλος Μακεδόνων βασιλεύς, δόξαν ἀντὶ τοῦ ζῆν ἀσφαλῶς ᾑρημένος. Philipp. II. 2. p. 66. τὸ τί χρὴ ποιεῖν συμβουλεῦσαι. Weiskius ad orat. de Halones. haec Demosthenica attulit: orat. de reb. Cherson. 67. p. 106. de coron. 146. p. 276. de fals. legat. 1. p. 341. ubi cf. Schaefer., ibid. 17. p. 346. 27. p. 349. 186. p. 399. τῆς οἷα παρ' ἡμῖν ἐστὶ πολιτείας οὐ χρόνους ἀνήρηκεν οὗτος. ubi οἷας ex attractionis regula cum Schaefero non est scribendum. His adde orat. de fals. legat. 61. p. 360. μέγιστόν ἐστι σημεῖον τοῦ διὰ τούτους πεισθέντας αὐτοὺς, ὡς ὑπὸ τοῦ Φιλίππου ἀωθήσονται, ταῦτα παθεῖν. c. Leptin. 125. p. 495. τὸ μέν τινας, οἷς ὁ δῆμος ἔδωκεν, ἀτελεῖς εἶναι τούτων δίκαιον ἡγοῦμαι, in Aristocratea §§. 125. 148. et 190. ubi bis eadem constructio nobis

Digitized by Google

§. 85 occurrit. Cf. Matthiaeus gr. p. 568. Bernhardyus syntax. p. 312. a. — θήσω. Confirmatur plane a libris optimis, tum etiam ab usu loquendi. Vid. §. 76. θήσω δέ ἀδικοῦντα. orat. c. Leptin. 20. p. 463. θήσω τοίνυν ἐγὼ μὴ τοιοῦτον εἶναι τοῦτο. ibid. 21. δέκα θήσω. Saepe dicitur θῶμεν δ' οὕτω. — κατὰ τὸν κοινὸν ἁπάντων ἀνθρώπων νόμον. Vid. Wachsmuthii antiquitt. Hellen. t. I. 1. p. 79. s. Car. Fr. Hermannus antiquitt. publ. §. 10. p. 29. s. Num e iure gentium erat, ut supplices cuiuscunque generis, etiam qui caedem violentam fecissent, reciperentur? Hugo Grotius l. c. id ius ad eos tantum dicens pertinuisse, qui fortuito et imprudenter, non scelere et consilio occidissent, Demosthenem ait oratorie magis et argumenti causa quam ex vero et iure ita esse loquutum. At omnes homicidae, qui solum vertissent, aetate oratoris recipi et defendi debebant supplices, et nonnisi damnati et fuga elapsi aut nondum iudicati in ius vocandi erant ad cognoscendam eorum causam, aut dedendi poscentibus: — ἔκδοτον διδῶσιν. Non mira videri debebat loquutio ista Marklando. Ἔκδοτον ita additur, ut effectum verbi διδῶσιν significet: de quo proleptico adiectivi usu vid. Schaeferum appar. crit. p. 19. 18. Infra §. 217. δίδωσιν ἔκδοτον τὸν ἀθῷον. Lycurgus orat. in Leocrat. 85. p. 158. τὴν χώραν — οὐκ ἔκδοτον — τοῖς πολεμίοις παρέδοσαν. Exempla dat alia Reizius ad Lucian. t. II. p. 819. Vulgare est apud Demosthenem, Lycurgum, Aeschinem ἔκδοτον ποιεῖν. Cf. Soph. Aiac. 69. ἐγὼ γὰρ ὀμμάτων ἀποστρόφους αὐγὰς ἀπείρξω. ibique Godofr. Hermanni adnot. Aeschyl. Pers. 814. δαιμόνων ἰδρύματα πρόῤῥιζα φύρδην ἐξανίστραπται βάθρων. Vid. Lobeckii adnot. ad Sophocl. Aiac. vs. 517. — πῶς. id est, iniustene an violenter an alio modo occiderit. — οὑτωσί. male Boissonadus Nov. Addend. ad Eunap. p. LIV. οὐτοσί, quod in uno codice exstat. Neque Schaeferum offendit adverbium. Olynth. III. 11. p. 31. σαφῶς οὑτωσί. Isaeus de Hagn. heredit. 23. p. 86. ἀντικρὺς οὑτωσί.

Lex X.

§. 86. Duae sequuntur leges, quae etsi non e numero capitalium sunt, tamen commode ad finem demonstrationis suae, in qua τὸ παράνομον tractatur, apposuisse oratorem, supra p. 170. iam commemoratum est. Haec enim prior vetat, in privos homines leges ferri, quae non ad omnes aeque pertineant, id est, privilegia in privatorum gratiam aut damnum irrogari. Quod sicuti non licebat per leges fieri, ita multo minus per psephismata, quae illis non deberent contraria esse: quale fuit Aristocratis, ut quod Charidemo, ut dicunt, favorabile esset, damnosum autem eius interfectori et ipsi civitati. Nam in hac lege,

Digitized by Google

quae ab Aenea Gazaeo, Neoplatonico, in Theophrasto sive dialogo de immortalitate Solonis esse dicitur, situm erat τῆς πολιτείας fundamentum. Eandem Demosthenes adhibuit orat. in Timocr. p. 719. init. et Andocides orat. de mysteriis §. 87. p. 12., adiuncta hac exceptione: ἐὰν μὴ ἑξακισχιλίοις δόξῃ κρύβδην ψηφιζομένοις, cuius ope ille Demosthenicus locus ante corruptus nunc recte emendatus est. Recurrunt legis verba orat. II. in Stephan. 12. p. 1132., sed in media oratione, neque sub legis titulo allata: ἀλλὰ μὴν οἵ γε νόμοι ἀπαγορεύουσι μηδὲ νόμον ἐξεῖναι ἐπ' ἀνδρὶ θεῖναι, ἂν μὴ τὸν αὐτὸν ἐφ' ἅπασιν Ἀθηναίοις., in quibus omissa est pariter atque hoc loco illa exceptio. Non puto id hic esse factum ab oratore, ut causae suae serviret sive δουλεύσαι τῇ ὑποθέσει, quemadmodum Petitus dicit, quoniam nollet Aristocratem vel populum commonefacere, quod fieri debuisset, ut Charidemus privilegium nanciscceretur, sed potius ea omissa sunt, quia ad probandum psephismatis παράνομον non necessaria erant. Cf. quae de hac lege scripserunt Petitus legg. Attic. II, 1, 8. p. 188. ss., Schoemannus de comitiis Atheniensium p. 273. s. Tittmannus de constitutione civitatum graec. p. 7., Meierus et Schoemannus de ordine iudiciorum p. 284., Platnerus de causis et iudiciis Atheniensium II. p. 40. ss., Jo. Dider. de Riemerus l. c. p. 67—69. Add. Petri van Lelyveldi commentat. de infamia p. 278., Wachsmuthii antiquitt. Hellen. I, 1. p. 259. n. 22. C. Fr. Hermanni antiquitt. publ. §. 180. n. 6. §. 86

ἐπ' ἀνδρί. Ἀνήρ non raro et apud poetas et solutae orationis scriptores pro indefinito τις ponitur, in quam rem afferendi sunt Bergmannus et Benselerus ad Isocratis Panegyricum p. 149. s. — Ad ἐὰν μή Schaeferus θῇ intelligit; in ipsa lege p. 719. allata τιθῇ positum est. — ἐπὶ πᾶσιν Ἀθηναίοις. Nonnulli codices iique deteriores et omnes editiones veteres et Reiskius perperam hoc loco ἐφ' ἅπασιν Ἀθηναίοις habent, quod legislatoris esse utique negandum est. Nam apud Antiphontem et Demosthenem, ubi legem attulerunt, legitur sine scripturae diversitate ἐπὶ πᾶσιν Ἀθηναίοις, et in Timocratea in media oratione ἐπὶ πᾶσι 18. p. 705. 59. p. 719. 159. p. 749. et in Aristocratea §. 213.; ἐφ' ἅπασιν Ἀθ. tamen exstat orat. II. in Stephanum l. c., ubi haec lex per occasionem commemoratur, et hoc loco Aristocrateae in legis interpretatione. — ὦ ἄνδρες δικασταί. Recurrit haec alloquutio §. 87. et infra §. 215. Etiam in aliis orationibus, in quibus Demosthenes iudices hoc nomine ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι alloquitur, passim illud adhibet. Orat. de coron. 5. p. 227. 196. p. 293. Vid. Schaefer. appar. crit. vol. II. p. 21. et Maetzneri adnot. ad Lycurg. p. 72. — εἴπερ καὶ ἄλλος τις. Plenam orationem sic facit Schaeferus: εἴπερ καὶ ἄλλος τις οὐδ' ὁτιοῦν ἧττον ἔχει καλῶς, scilicet τῶν φονικῶν.

Digitized by Google

§. 86 Hier. Wolfius et Reiskius ἤπερ pro εἴπερ scribi voluerunt, comparativo antecedente decepti: nec minus vituperandum est, quod Reiskius praeterea proposuit ἢ εἴπερ. Formulam illam, qua summus rei gradus significatur, in novissimis editionibus recte restitutam confirmat Schaeferus altero Demosthenis loco orat. in Timocr. 96. p. 730. καλῶς, εἴπερ τις καὶ ἄλλος, κείμενος, id est ὡς ἄλλος οὐδείς. Adde ex eadem orat. 4. p. 701. ἐγὼ δ', εἴπερ τινὶ τοῦτο καὶ ἄλλῳ προσηκόντως εἴρηται, νομίζω κἀμοὶ νῦν ἁρμόττειν εἰπεῖν. Cf. orat. de Halon. 5. p. 77. Herod. III, 2. Platon. Phaedon. p. 58. E. p. 66. A. de legg. II. p. 663. D. Xenoph. Cyrop. V, 1, 6. Aristoph. Nub. 355. Simili modo Latini dicunt *si quis altus*, vid. Bremi adnot. ad Corn. Nepot. Epaminond. I, 3. De graecis loquutionibus εἴ τις, εἴ τις ἄλλος, εἴπερ τις ἄλλος et εἴπερ τις καὶ ἄλλος et ὡς ἄλλος οὐδείς vid. Valkenar. ad Euripid. Hippol. vs. 1589. 90., Blomfield. ad Aeschyl. Agam. vs. 907., Heindorf. ad Platon. Phaed. p. 66. A. Lobeck. ad Sophocl. Aiac. vs. 485., Jacobitz. ad Lucian. Piscat. p. 179. et Matthiaei gr. §. 617. c. p. 1250. — ὥσπερ — ὁ θεὶς αὐτόν. Eadem verba in orat. adv. Timocr. 59. p. 719., paucis mutatis, repetita sunt, cuius generis repetitiones apud Demosthenem saepe animadvertimus. Est enim, ut Hier. Wolfius cum Ulpiano ait, in more positum veteribus omnibus, in iisdem sententiis ut iisdem verbis utantur, ne mutatione eius quod natura fert inepti videantur. Neglexerunt hunc locum Christoph. Gotth. Gersdorfius in synopsi repetitorum Demosthenis locorum et Westermannus in epimetro de repetitis locis in orationibus Demosthenis, quod particulae III. quaestionum Demosthenicarum adiectum est. — τὰ ψηφίσματα δεῖν κατὰ τοὺς νόμους ὁμολογεῖται γράφειν· id est, da es allgemein anerkannt ist, dass man die Psephismen nach den Gesetzen abfassen müsse. Supplendum est, si placet, τινά. Nihil enim frequentius est, quam infinitivum cum verbo δεῖν et χρῆναι coniunctum sine subjecto poni. Olynth. I, 23. p. 15. ἡγεῖσθαι χρή. sc. ὑμᾶς. Olynth. II, 28. p. 26. εἰ δεῖ τι τῶν ὄντων καὶ περὶ τῶν ὑπαρχόντων εἰπεῖν. Philipp. II, 5. p. 66. δεῖ σκοπεῖν. Complura collegit Frid. Frankius ad Olynth. I. §. 22. p. 18. Olynth. II, 2. p. 18. 27. p. 25. 30. p. 26. Philipp. I, 8. p. 42. 16. p. 44. 32. p. 49. 36. p. 50. Philipp. II. 2. p. 66. de Cherson. 55. p. 103. 76. p. 108. Philipp. III. 73. p. 129. — ὃ μὴ πᾶσι καὶ ᾗδεν ἔσται. id est, εἰ μὴ τοῦτο πᾶσι κ. ᾗ. ἔσται. Vid. Hartungii partic. graec. p. II. p. 113. ss. — παρὰ τοῦτον. Καὶ particulam male hanc verba latuerunt etiam editores Turicenses, opinor, quod ea in libro Paris. Σ, quem illi in primis sequuntur, invenire putant, sed ibi καὶ non exstat, quamquam exstare testatur Im. Bekkerus. Si ea genuina est et ab ipso oratore profecta,

Digitized by Google

excidisse in libris optimis videtur antecedente e litera. Vid. Schaeferi indic. ad schol. Apollon. Rhod. p. 664. Sed omissa est particula etiam in proximis §. 87: περὶ τοῦ παρὰ τοῦτον εἰρῆσθαι τὸν νόμον τὸ ψήφισμα, certe in plurimis et praestantissimis libris. §. 86

§. 87. ἢ οὗτοι πάντες εἰσίν] Vide de hac specie extemporalitatis adnot. ad §. 82. p. 295. a.

Lex XL

Haec lex coniuncta cum superiore etiam apud Andocidem de mysteriis 87. p. 12. invenitur. Eam in transcursu attingit Demosthenes in oratione adv. Timocrat. 30. p. 709. Apud Andocidem scriptum est: ψήφισμα δὲ μηδὲν βουλῆς μήτε δήμου νόμου κυριώτερον εἶναι. Quare quae hoc Aristocrateae loco scripturae varietas est, (nam alii libri νόμου omittunt, alii, quos Petitus sequutus est, μήτε ante νόμου insertum habent) ex illis potest iudicari. Unum μήτε ante βουλῆς in lege apud Andocidem omissum est, exstat tamen paulo post §. 89. in textu oratoris, sed ibi contra fm. Bekkerus et Schillerus νόμου utpote non ab oratoris manu profectum, uncis incluserunt. — Quum Athenis omnes civilis administrationis partes lege et iure continerentur, psephisma nullum neque senatus neque populi leges latas auctoritate superare poterat. Inter leges enim et psephismata, ut Sigonius de rep. Atheniensium I, 5. dicit, illud interfuit, quod leges in universum latae sunt et summam reipublicae attigerunt; ita ut nec senatus, nec populus, nec iudices, nec magistratus, nec si qua alia in civitate consilia fuerint, quidquam, nisi ex praescripto legum, decernere potuerint; psephismata vero uni plerumque et de quotidianis rerum eventis scripta sint, ita tamen, ut neque latis legibus repugnarent et ex receptarum legum praescripto ad senatum populumque ferrentur. Ac leges quidem dictae sunt, quas Solo et ex Solonis instituto postea ad nomothetarum consilium praestantes aliquot cives tulerunt: psephismata vero, quae senatore aut cive aliquo scribente, aut senatus aut populus accepisset: quae ut omnem ab legibus Solonis vim et auctoritatem obtinuerunt, sic iis etiam multo minus firmitatis et virium habuerunt. Sed paulatim factum est crescente libertate immoderata ac licentia conclonum, ut multa plebes sciscceret, quae legibus repugnarent multaque nascerentur psephismata a legibus aliena. Nec tamen legi illi quidquam de auctoritate sua detractum est; etsi enim leges sibi invicem et veteribus contrariae datae sunt ipsarumque auctoritas multitudine psephismatum perturbata vel imminuta est, tamen quisque e civibus poterat eum, qui παράνομον quid rogaverat, in ius vocare et potestatem legum violatarum tueri, quod Euthycles in hac oratione

Digitized by Google

§. 87 ope Demosthenis adversus Aristocratem suscepit. Quod si non fiebat aut si, quum factum esset, accusator causam suam deserebat, tum illud, quod contra leges erat, tam diu valebat, donec in iudicio impugnatum et abrogatum esset: de qua re accurate docuit Ioann. Dider. de Riemerus in sua de hac lege expositione p. 70. s. Praeter hunc de hac lege scripserunt Petitus legg. Attic. p. 199. s., Tittmannus de constitutione civit. graec. p. 6. s., Platnerus de causis et iudiciis Atheniensium II. p. 44. s., C. Fr. Hermannus de iure et auctoritate magistratuum apud Athenienses p. 4., idem in antiquitt. publ. §. 67. n. 8., eamque obiter attigerunt Schoemannus de comitiis p. 167., Schoemannus et Meierus de ordine iudiciorum p. 283. ss., Wachsmuthius antiquitt. Hellen. I. 1. p. 260.

Πάνυ μικρὸν — τὸ ψήφισμα. Ex his verbis Aristides art. rhet. p. 376. vol. IX. ed. Walz. cepit documentum *τῆς ἀξιοπιστίας*, quae fit *κατὰ γνώμην*, siquidem oratorem praemuniente oratione significare dicit, causam suam iustam esse et facilem probatu. Sed ipsum audias rhetorem, quum dicit: *ἀξιοπιστία γίνεται κατὰ μὲν γνώμην οὕτως, ὅταν τις προσνίστησι τὰ ἑαυτοῦ δίκαια, ὡς ἀληθῆ ὄντα καὶ ῥάδια δειχθῆναι, ὡς ἐν τῷ κατὰ Ἀριστοκράτους „πάνυ μικρὸν ὑπέλιηφά μοι τὸν λόγον, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ ῥᾴδιον εἶναι περὶ τοῦ παρὰ τοῦτον εἰρῆσθαι τὸν νόμον τὸ ψήφισμα.* Rhetor habet, quod nonnulli libri, *Ἀθηναῖοι* pro *δικασταί*, de qua alloquutione vid. adnot. ad §. 86., sed tuetur ille *μοι* ante *τὸν λόγον* in uno Demosth. libro omissum, nec habet *καὶ* particulam ante *παρὰ τοῦτον*, quam cum optimis libris omisi. — *γέγραφεν.* Sic integram libri Σ scripturam retinui. In editione Turic. etsi *τι* post *γέγραφεν* omissum est, tamen *ν ἐφελκυστικὸν* excidit. Ego quidem servavi hanc literam saepenumero etiam alibi a libro Paris. suppeditatam, inprimis ante literas κ et τ; quae res accuratius exploranda erit, facta libri illius etiam minutiae consectante collatione. *Τι* si absit Schaeferus quoque dicit vix requiri. — *κατέκλεισεν — ψηφίσματι*, id est, *definivit in psephismate.* Cf. Philipp. I. 33. p. 49. *νόμῳ κατακλείσητε.* ibique Voemelii adnot. — *ποιεῖν.* Ex Reiskii mente abesse poterat, ut abest. in cod. Bavarico. Cf. orat. in Mid. 55. p. 582. *τοῦτον ἄλλο τι πλὴν ἀσεβεῖν φήσομεν;* Sed non raro in hac forma dicendi additum est, ut orat. de Cherson. 10. p. 92. *οὐδὲν ἄλλο ποιοῦσιν ἢ καθιστᾶσι τὴν πόλιν εἰς τὸν αὐτὸν τρόπον.* ibid. 27. p. 96. *οὐδὲν οὖν ἄλλο ποιοῦσιν οἱ κατηγοροῦντες ἐν ὑμῖν ἢ προλέγουσιν ἅπασι μηδ' ὁτιοῦν ἐκείνῳ δεδόναι.* ibid. 62. p. 105. *οὐδὲν γὰρ ἄλλο ἐμοιγε δοκεῖ ποιεῖν ἢ τοῦτο.* add. orat. in Mid. 124. p. 555: de qua re vid. Blumii adnot. ad Lycurg. orat. c. 21, 3. Maetzneri ibid. §. 92. et Wurmii ad Dinarch. p. 72. s.

Digitized by Google

Praeterea πλήν post οὐδὲν ἄλλο et sim. non magis insuitatum est ac §. 87
post comparativum. Vid. Dawesii miscell. p. 226. et Schaeferi appar. crit. vol. III, p. 462.

Psephismata.

§. 88. Finita legum violatarum expositione, commode addit orator, Aristocratis psephisma etiam ab aliis in re simili confectis discrepare. Ea enim scripta optime meritis de republica viris, qui honores et paria cum civibus iura nacti essent, nihil continere, ut Aristocratis psephisma, legibus contrarium, sed ubi singulis illis vitae securitas eiusque perditae vindicta promissa sit, istam tutandi rationem non differre ab illa, quae cuique civi in legibus destinata sit. Quum nonnulla recitanda essent similis vel eiusdem sententiae psephismata, (nam erant conceptis verbis ad solemnitatem quandam composita, de qua re vid. Schoemanni libr. de comitiis Atheniens. p. 131. ss.) ea non tota recitari iussit, sed omissis haud dubie praeter nomen eius, qui beneficia in civitatem contulerat, et alia quaedam, omnibus iis, quae ut nota in quoque psephismate recurrebant et facile reticeri poterant, scite ex iis, ne fatigaret auditores, eam praecipue elegit partem, cuius usus nunc quam maxime esse debuit. Ea est quam ipse post recitationem extulit orator: ἔστω ὑπὲρ αὐτοῦ ἡ αὐτὴ τιμωρία, καθάπερ ἂν τὸν Ἀθηναῖον ἀποκτείνῃ. Non est tamen negandum, exstitisse tempore oratoris inde a bello Peloponnesiaco plura psephismata non dissimili Aristocratei argumento composita, quae propter subitas necessitates lata violentiam probarent et de consuetudine iuris decederent: quae quum rata fuissent quamvis παράνομα et constitissent non impugnata, eorum ope si suum defendere posset, tentare potuit Aristocrates, quod ipse orator, ut e §. 95. apparet, bene sensit. Vid. dicta ad p. 169. et Platner. de causis et iudiciis Atheniens. I. p. 267. s.

De loquutione ἓν ἢ δύο vid. adnot. ad § 65. — τοῖς ὡς ἀληθῶς εὐεργέταις, ut apud Platon. Apolog. p. 41. A. τοὺς ὡς ἀληθῶς δικαστάς. Demosth. de coron. 212. p. 298. τῶν ὡς ἑτέρως συμβάντων. — αὐτοῦ τις ἕνεκα τούτου. Interposito τις pronomine, quod saepe notabilem habet sedem, ἕνεκα seiunctum est ab ea voce, ad quam pertinet, quamquam sequitur τούτου. Cf. Prooem. p. 1431. lin. 26. κατηγορίας με ἕνεκα ἡγεῖσθαι λέγειν. orat. pro Megapol. 10. p. 204. τοῦ δικαίου μᾶλλον ἕνεκα. orat. I. in Stephan. 84. p. 1112. οὐ ἀνέγνων εἵνεκα —, τοῦθ' ὑμᾶς ἀναμνήσω. etiam pluribus verbis a voce sua diremtum est ἕνεκα, ut orat. I. in Stephan. 11. p. 1104. τοῦ τις ἂν εἵνεκεν ἔφευγεν ἀνοίγειν τὸ γραμματεῖον; de fals. legat. 27. p. 349. πρώτου μὲν τούτου καὶ μάλισθ', οὗπερ εἶπον, ἕνεκα ταῦ-

Digitized by Google

§. 88 τα διεξῆλθον. orat. c. Leptin. 88. p. 483. οὐδὲν ἔσθ' ὅ τι τοῦ παρακρούσασθαι καὶ φενακίσαι λέγεται παρ' ἡμῶν εἵνεκα. ubi vid. Schaeferi not. Duo huius generis e Lysia affert exempla Foertschius in observatt. crit. p. 37., unum ex orat. in Alcibiad. I. 32. p. 142., καὶ μὲν δὴ, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, ἄλλων τε πολλῶν ἄξιον ἕνεκεν αὐτοῦ καταψηφίσασθαι καὶ ὅτι — —, alterum ex orat. pro Polystrato 30. p. 160. ἀλλ' ὧν μὲν ὁ πατὴρ διαβέβληται εἰς ἡμᾶς οὐ δικαίως, τούτων δεῖ ἡμᾶς ἕνεκα ἀπολέσθαι. — μεταδοῦναι. Intelligas ad μεταδοῦναι dativum αὐτῷ, quod margo Lutetianae addi vult. Sed Graeci scriptores, ut Schaeferus h. l. et alibi animadvertit, pronominibus aliquanto parcius utuntur, quam vulgus putat. Itidem αὐτῷ supplendum est ad δοῦναι in orat. c. Timoth. 29. p. 1192. — διὰ τοῦ ταῦτα δοκεῖν ποιεῖν, id est, per speciem honoribus ornandi. Vid. varietatem script. — αὐτὸ τοῦτο. Signaverat e psephismatis id ipsum, quod rem maxime continebat, ceteris non notatis. Orat. de fals. legat. 40. p. 354. λέγε μοι λαβὼν ἐκ τῆς προτέρας ἐπιστολῆς αὐτὸ τοῦτο, ἐνθένδε. c. Leptin. 27. p. 465. λαβὲ τὸν περὶ τῶν τριηραρχιῶν νόμον καὶ λέγε τοῦτο αὐτό. ad quae utriusque loci verba vid. interpretes. — περὶ οὗ τούτου κατηγορῶ. *de quo Aristocratem accuso.* — ΨΗΦΙΣΜΑΤΑ scribens obtemperavi optimis libris, quos etiam editores Turicenses sequuti sunt. Antecedunt verba λέγε τὰ ψηφίσματα ταυτί, quae quia primario loco posita adhortationem scribae ad recitandum continent, rectissimum esse putavi, ad ea cum libris illis ipsum titulum formari: nam quae sequuntur verba etsi indicant non tota psephismata continuo recitanda esse, sed electas ex iis particulas, tamen tota illa tradita scribam ante oculos habuisse existimandum est. Scripturam optimorum librorum firmant Augustanus I et duo alii Bekkeri libri, in quibus scriptum est λέγε ἐκ τῶν ψηφισμάτων, sequente ψηφίσματα, ubi verba ἐκ τῶν ψηφισμάτων pro glossemate ex antegressis nato facile habueris: nam mos est oratoris, ut, postulata iam per λέγε, ut h. l., vel similem vocem scribae praelectione, ubi id rursus fit, non aliter fiat nisi per solum λέγε. Vid. orat. de coron. 28. p. 234. 37. p. 237. 73. p. 249. 105. p. 261. 115. p. 265. 155. p. 279. 289. p. 322. de fals. legat. 38. p. 353. 168. p. 394. 270. p. 427. c. Leptin. 44. p. 470. 78. p. 480. 95. p. 486. et paullo post, orat. in Mid. 113. p. 551. Deinde in aliis libris vv. ἐκ τῶν ψηφισμάτων seiunctis interpunctione a λέγε et tituli locum obtinentibus plane omissum est ψηφίσματα, quod, uti iam dictum est, optima ratione defenditur. Denique quod est in F. et Bavarico ψήφισμα, recte facies, si pro scripturae compendio acceperis, ut idem sit quod ψηφίσματα.

Digitized by Google

§. 89. — De ὦ ante vocativum omisso vid. adnot. ad §. 180. §. 89 — φησὶν. Ne scribas φασὶν, ut Iurinus voluit, quamquam πάντες γεγράφασι praecedit et participia ἐῶντες et ἀποφαίνοντες insequuntur. Nos dicimus: *heißt es*, eiusdemque usus est Latinorum *ait*. Ita iam Reiskius h. l. et indic. graecit. p. 521, interpretatus est, intellecto ἕκαστος τῶν γραφάντων. Hoc loco dicit ille: *unusquisque eorum, qui eiusmodi plebiscita scripsere, ait, ut ipsis eius verbis utar.* — ὑπὲρ αὐτοῦ ἡ αὐτὴ τιμωρία pro eo (sc. interfecto) *eadem afficiatur poena.* In huius generis psephismatis τιμωρία aptissimum est. Gellius Noctt. Attic. VI, 14. dicit: Altera (causa puniendi) est, quam — τιμωρίαν appellant. Ea causa animadvertendi est, quum dignitas auctoritasque eius, in quem est peccatum, tuenda est, ne praetermissa animadversio contemptum eius pariat et honorem levet: idcirco id vocabulum a conservatione honoris (τιμῆς) factum putant. — De καθάπερ post ὁ αὐτὸς posito vid. adnot. ad §. 37. p. 200. — τινὶ post μεταδοῦναι recte iam Im. Bekkerus ad codd. auctoritatem omisit. Vid. adnot. ad §. 88. p. 310. — ἀλλ' οὐκ Ἀριστοκράτης, ἀλλὰ —. Proprius hic particulae ἀλλὰ in oppositione usus concitationis orationis est. Orat. in Mid. 166. p. 568. ἀλλ' οὐχ ὁ Ἱππαρχος Μειδίας, ἀλλὰ τὴν ἐκ τῶν νόμων τάξιν λιπών, οὗ δίκην ὀφείλει τῇ πάλει δοῦναι, τοῦτ' ἐν εὐεργεσίας ἀριθμήσει μέρει. ibid. 200. p. 578. ἀλλ' οὐ Μειδίας, ἀλλ' ἀπὸ τῆς ἡμέρας ταύτης λέγει, λοιδορεῖται, βοᾷ. orat. in Timocr. 115. p. 736. Vid. alia Maetzneri exempla ad Antiph. p. 137. Orat. l. in Stephan. 56. p. 1118. ἀλλ' οὐχ οὑτοσὶ Στέφανος, οὐκ ὤκνησε καθ' ἡμῶν ψευδῆ μαρτυρεῖν., ubi pro οὐκ ὤκνησε dici poterat ἀλλ' ἑτοιμότατος ἦν. Neque ubique verbum in priore enunciato deest, ut in hac orat. §. 185. ἀλλ' οὐ ταῦτα δοκεῖ τοῖς ῥήτορσιν, ἀλλὰ πολίτης —. Cf. orat. in Mid. 90. p. 543. — καθ' ὅσον δύνατα. Vehementer discrepant libri mss. et editi, e quibus enotatam scripturae diversitatem conf. Novissimi editores, optimorum, librorum exemplo ducti, in eo consentiunt, καθ' ὅσον δύναται, ut ex quo reliqua fluxerint, ab oratoris manu esse. Infra § 183. καθ' ὅσον δυνατόν. Lysias orat. in Philon. 8. p. 187. καθ' ὅσον ἕκαστος οἷός τ' ἦν, κατὰ τοσοῦτον ἐβοήθει τῇ πατρίδι. orat. I. in Aristogit. 33. p. 780., quae inter Demosthenicas est, τίς οὐκ ἂν ἕλοι ὅσον δυνατὸν φεύγοις; orat. in Mid. 31. p. 524. τοῦτο δ' ὅσον δύναται, γνοίητ' ἂν ἐκ τοῦδε. — ἀξίων. Non probavi receptam ex uno Σ a Dindorfio et editoribus Turicensibus lectionem ὡς γοῦν οὐδενὸς ἀξίων ἴδιον, ex qua genitivus ἀξίων, omisso ὄντων, quod in omnibus fere praeter illum libris est et in nonnullis locum mutavit, absolute capiendus est, ut sit *quasi hae nihili faciendae sint.* Ad hanc lectionem tuendam

Digitized by Google

§. 89 afferri licet orat. c. Leptin. 47. p. 471. ἡμεῖς δ' οἱ λόγῳ ταῦτ' ἀκούοντες ὡς ἀναξίων (sc. ὄντων) ἀφαιρησόμεθα, πῶς οὐχ ὑπὲρ δεινὸν ποιήσομεν; cf. Matthiael gr. §. 568. 5. n., sed rarissimus hic genitivi usus est nec satis exploratus, ut auctoritas unius quamvis optimi libri praevaleat ceteris. Acoedit, ut, ubi in aliis libris variata vocabulorum sedes est, Parisino tallum omissiones frequentes esse soleant. — ᾗ. Supra §. 23. τὴν γὰρ τοῦ δήμου δωρεάν, ἐν ᾗ πολίτης γέγονε. ad quae verba hic quoque ἐν ᾗ scribi posset, si maior librorum fides accederet. Vid. adnot. ad p. 176. — ὡς ἀγαπώντων τοῦθ' ὑμῶν. Schaeferus, improbata Reiskii coniectura ὡς ἀγαπώντων παραδεξαμένου τοῦθ' ὑμῶν, sic vertit: *quasi tus civitatis Charidemo dedisse vobis sit ἀγαπητόν τι, ut adeo debeatis gratiam illi, qui accipere dignatus sit.* Dionys. Halic. Antiquitt. Rom. H. οἵ τε ἀγαπῶντες καὶ τοῖς θεοῖς πολλὴν χάριν εἰδότες, εἴ τις αὐτοὺς εἴα τὴν ἑαυτῶν ἔχειν ἀσφαλῶς. Qui negationem addiderunt H. Wolfius, Marklandus, Iurinus, Taylor, ἀγαπᾶν, *contentum esse* significare putarunt. — προσφυλάττειν. Ita coniunctim scripserunt Im. Bekkerus et editores Turicenses compositum h. l. et ille ubique, ubi Schaeferus auctore Dindorfio praepositionem seiungit a verbo. Dicit: Vulgata si mutanda sit, scribam πρὸς φυλάττειν. Composito quidem προσφυλάττειν non magis videtur in Lexicis locus esse quam illi προσδοκεῖν, quod inde expulit Dindorfius praef. p. X. Sic infra p. 787, 3. idem dedit ἀλλὰ καὶ δίκην πρὸς ἔλαχεν. et p. 835, 1. ἀλλὰ καὶ πρὸς ἠτιμώμενος. Add. p. 842, 17. 884, 26. Ad eundemque modum p. 823, 18. scribi praestat: ἀλλὰ καὶ τῷ βουλομένῳ πρὸς ὠνεῖσθαι. item p. 877, 25. καὶ τὴν οἰκίαν — πρὸς ἕξεις." Idem orat. l. c. Boeot. de nom. 23. p. 1001. προσμισεῖν disiunctim scriptum commendat et orat. c. Lacrit. 46. p. 939. dubitanter πρὸς ὀφλόντας; in lexico Henric. Stephani p. 7993. ed. Londin. dedit ex Euripidis Helen. 962. ἀπόδος τε καὶ πρὸς σῶσον. Ita quoque apud Demosthenem orat. c. Synd. 27. p. 1036. πρὸς ἀπετίμησε scribi posset. Sed res est valde ambigua, neque certi quidquam afferri potest, quo seiunctio horum compositorum defendatur. Nam quod in codice Bavarico πρὸς, φυλάττειν scriptum est, eo librarius indicare voluit προσφυλάττειν significare hoc loco προσέτι φυλάττειν, quod etiam in nonnullis codd. invenitur. Et si dicat quispiam, ubi praepositio urgenda sit, ibi necessariam esse eius seiunctionem a verbo, nonne idem fieri potest sono pronunciantis? Praeterea non video, cur ea seiungantur scribendo, quae pronunciando vix possunt dirimi. Aliter res se habet orat. l. in Aphob. 68. p. 835. καὶ πρὸς ὑπὸ τούτων ὑβριζομένους,

Digitized by Google

ubi πρὸς verbis interpositis seiunctum est ab ὑβριζομένους et adver- §. 90
bii significationem habet.

OCCUPATIO.

§. 90. Nunc sequitur occupatio, quae mire in causis valet ad id, quod obiici potest ab adversario, praemonstrando dissolvendum. Ea dicitur a Cicerone de orat. III. c. 53. ante occupatio, a Quinctiliano institut. orat. IX, c. 2, 16. praesumtio et graece πρόληψις. Cf. Rutilii Lupi lib. II. §. 4. de fig. sentent. et elocut., Alexander de figuris vol. VIII. p. 486., Zonaeus de figuris ibid. p. 674. et anonymus de figuris ibid. p. 674., item anonymus de figuris ibid. p. 699. ed. Walz., inprimis Hermogenes de method. c. XXIII. vol. III. p. 427. s. Ubi autem occupant, fieri id solet tribus modis, auctore Hermogene: κατ' ἐπιστήμην, contendentes se compertum habere, quid adversarius dicturus sit pro sua causa, κατὰ δόξαν per coniecturam, opinionem et suspicionem, κατ' ἀκοήν per rumores, quando dicunt se aliquid de consiliis eius fama et auditione accepisse. Hinc triplex vocum et formularum ratio est, quas Demosthenes in suis orationibus aditum occupationis patefaciens usurpare solet, veluti *οἶδα τοίνυν, εἰσὶ δὲ καὶ περὶ τῶν ἄλλων αὐτῷ λόγοι πρὸς τὸ φενακίζειν ὑμᾶς, οἴομαι τοίνυν αὐτὸν οὐδ' ἐκείνων ἀφέξεσθαι τῶν λόγων, τάχα τοίνυν ἴσως ἐκεῖνο λέγειν ἂν ἐπιχειρήσειε, ἀκούω δ' αὐτὸν τοιοῦτον ἐρεῖν τινὰ ἐν ὑμῖν λόγον, ἀπήγγειλε τοίνυν τίς μοι.* et multa similia. Certum est autem, hâc arte utentem multum gravitatis ipsum tribuere suis argumentis, quum iudices cogitatione eo ducantur, ut nihil certi adversarium pro sua causa allaturum et quod allaturus sit, iam ante infirmatum et dilutum esse putent. Cf. A. S. Bekkeri disputat. de Demosthene oratore p. 196.

Primam ponit obiectionem sive ἀντίθεσιν ἀπὸ τοῦ ῥητοῦ, ut dicit Ulpianus. Nam quia monstraverat orator, esse imperfecte et obscure scriptum ἀγώγιμος ἔστω, idque significare sumserat homicidam ad necem abducendum esse, respondere poterat adversarius, hoc ambiguum non oportere existimari, quia id in consuetudine sermonis ita usurpari soleat, ut sit ἀγώγιμον εἶναι ἐπὶ κρίσιν, idque ex sua scriptoris sententia non alia vi accipiendum esse. Vide quae supra p. 169. dicta sunt. Ad haec orator scriptum illud non ultra pertentans breviter et concinne dicit, quid statuendum sit adversarium voluisse, quum scriberet ἀγώγιμος ἔστω, non obscurum esse, si consideretur altera psephismatis scriptura, ubi ille usus sit ἔκσπονδος ἔστω, rursus non adscripto, cur is qui homicidam asserait, foedere exclusus esse debeat, quum adscribendum fuisset, si eum non dediderit ad causam

Digitized by Google

§. 90 dicendum: ut ex his sententia scriptoris maxime perspicitur, ita colligi posse, quid senserit ille in superiore scriptura.

Οὐκ ἀγνοῶ τοίνυν — οὐχ ἕξει δεῖξαι. Similiter orat. in Androt. 59. p. 611. *Ταῦτα τοίνυν ὡς μὲν οὐ δεινὰ καὶ παρὰ πάντας τοὺς νόμους, οὐχ ἕξει λέγειν αὐτος.* Cf. ibid. 17. p. 598. in Aristocr. §. 100. — *ὑφαιρεῖσθαι.* Schaeferus sic: tanquam suffurari, h. e. facere ut vos lateat s. effugiat. Cf. orat. de fals. legat. 242. p. 416. *τοὺς δικαστὰς ἀπαγαγὼν ἀπὸ τῆς ὑποθέσεως ψήφισμ' τὸ πρᾶγμ' αὐτῶν ὑφελόμενος.*

§. 91. *τῷ τὴν αἰτίαν ἔχοντι* i. e. *crimen habenti, reo.* Nam *αἰτίαν ἔχειν* passiva potestate est *accusari, in crimen vocari.* Vid. Passovii lexic. s. v. *αἰτία.* Comparat hoc Schaeferus in appar. critic. p. 1306. v. 7. *cum ἔχειν ὑποψίαν*, i. e. *ὑποπτεύεσθαι.* — *πάλιν.* De varia scriptura *πολίτης* vid. adnot. ad argum. Libanii p. 3. s. — *Καὶ μὴ ἀφῃρεῖτο.* Dedit Schaeferus *ἢ μὴ*, quod in FΣ exstat, sententia sic expressa: si daret facultatem causae cognoscendae, aut, ut verius dicam, nisi datam a Legislatore eriperet." Sed in his plus verbis subiectum est, quam revera inest. Praetuli *καὶ μή*, uti praeter Im. Bekkerum et Dindorfium etiam editores Turicenses scripserunt, siquidem more graeco id quod antea affirmando expressum est, rursus per negationem exprimitur. Orat. c. Leptin. 138. p. 498. *εἰ δὲ τοῦτο φεύξονται καὶ μὴ ἐθελήσουσι ποιεῖν.* c. Lacrit. 42. p. 938. *δανείζεσθαι ἐν τῷ ἐμπορίῳ ναυτικὰ χρήματα καὶ ταῦτ' ἀποστερεῖν καὶ μὴ ἀποδιδόναι.* de coron. 265. p. 315. *Ἐξέτασον τοίνυν παρ' ἄλλῃλα τὰ περὶ κόμωι βεβιωμένα, πρόως καὶ μὴ πικρῶς, Αἰσχίνη.* Vid. adnot. ad §. 54. p. 229. *ἢ* profectum videtur ex *μὴ* vel a mire erudito grammatico, qualem saepe se praestat scriptor codicis Σ, et qui libri *ἢ καὶ μὴ* habent, utramque scripturam coniunxerunt. — *ἀφείλοντο.* Optimi libri, quos soli editores Turicenses secuti sunt, *ἐξείλοντο* habent, quod quamquam per se ferendum est, ferri tamen hoc loco non potest, quia *ἀφαιρεῖσθαι* vox psephismatis est. *ἐξείλοντο* orationis variandae causa ortum debetur librariis, qui nollent eandem ter repetitam vocem. Sed vid. adnot. ad §. 53. p. 225.

§. 92. Secundo loco obiicit id, quod Aristocratem dicturum putat, irritum esse psephisma; nam id esse a senatu quingentorum probatum et senatus consulta e legis praescriptione annum durare. Quod quum negare accusator non posset, sed concedere deberet, *ἄλυτον τὴν ἀντίθεσιν* sinit esse, atque hoc praecipue demonstrare studet, psephisma animo in rempublicam inimico factum esse eiusque relectione cavendum, ne alii ex Aristocrate sibi sumentes exemplum similia scripturi sint. Istam confutandi rationem magistri dicendi *ἐπιδρομὴν* dicunt vel etiam *συγχώρησιν*, de quibus vid. Ernesti lexic. rhetor. s.

Digitized by Google

his vv., eamque attigit Maximus apud Walzium vol. V. p. 586. hunc §. 92
oratoris locum probandi causa afferens. Συντρέχων δὲ τῇ ἀλύτῳ ἀντιθέσει ὡς λύσιν δή τινα τὴν κατηγορίαν τῆς γνώμης παρέχεσθαι, ὡς ἐν τῷ κατὰ Ἀριστοκράτους ὁ ῥήτωρ πεποίηκεν· μὴ δυνάμενος γὰρ δεῖξαι, ὅτι οὐκ ἔστι τὸ ψήφισμα τὸ γραφὲν τῷ Ἀριστοκράτει προβούλευμα, τὴν γνώμην τοῦ γράψαντος διαβάλλει· iam sequuntur oratoris verba ἐγὼ δὲ οἶμαι δεῖν ὑμᾶς ἐκεῖνο διαλαμβάνειν (pro ὑπολαμβάνειν) usque ad καὶ δι' οὓς ἀκυρόν ἐστιν, ἡμεῖς ἐσμεν; ad extremum repetit priora illa dicens: ἐνστῆναι γὰρ οὐ δυνάμενος, ὅτι οὐκ ἔστιν προβούλευμα, συνέδραμεν, καὶ συνδραμὼν τῆς γνώμης τοῦ γράψαντος κατηγόρησεν.

Aristocrates eo, quod ei dicere licebat, irritum esse psephisma, iudices decipere poterat et efficere, ut de re eius leviter expensa, quam quidem civitati non amplius noxiam esse opinarentur, prospere deciderent: quod si ei contigerat, proximum erat, ut legis poenam, quae in male rogatum psephisma usurparetur, effugeret. Idcirco opponit orator, quod sit psephisma irritum, id scriptori eius non posse utile esse, quum ipse sua intercessione rem huc deduxerit, ut illud nullius esset amplius auctoritatis, ille autem id composuerit, non ut eo irrito nihil civitati fieret incommodi, sed ut deceptis iudicibus quidam ea, quae cum publicis utilitatibus pugnant, consequerentur. Ut autem intelligamus, qua de causa psephisma irritum dici potuerit, tenenda sunt verba oratoris. Id enim ad senatum delatum approbatione eius προβούλευμα factum erat, neque quidquam restabat aliud, nisi ut a populo ferretur sententia. Vid. §. 14. Sed quum senatus in eo esset, ut populum de eo proposito in suffragia mitteret, statim surrexit Euthycles et se in iudicium vocaturum esse rogationis latorem et παρανόμων γραφὴν instituturum iuravit eoque modo rei cognitionem distulit. Vid. Schoemanni libr. de comitiis Atheniens. p. 159. ss. Heffterus de re iudiciali Atheniens. p. 159. Meierus et Schoemannus de ordine iudicior. Athen. p. 285. Platnerus de causis et iudiciis Athen. II. p. 58. s. C. Fr. Hermannus antiquitt. publ. §. 132. 8. Hac dilatione per Euthyclem facta praeteriit annus eius senatus, qui psephisma comprobaverat et cum eius decessione cessit etiam psephismatis auctoritas, ut apparet e Bekkeri anecdotis p. 289. s. v. προβούλευμα: τὸ τὴν βουλὴν τῶν πεντακοσίων πρότερον κρίνειν τὸ ψήφισμα, εἰ καλῶς ἔχει, καὶ οὕτως εἰςφέρεσθαι εἰς τὸν δῆμον· καὶ τοῦτο καλεῖται προβούλευμα· τὸ δὲ προβούλευμα κύριον ἦν ἄχρι ἐνιαυτοῦ, μεθ' ὃ ἄκυρον ἐγίνετο. neque id a novo senatu, iudicio adhuc pendente, denuo probari et in senatusconsulti formam redigi poterat, de qua re vid. Pollucis Onomast. VIII, 56. ὑπωμοσία δέ ἐστιν,

Digitized by Google

§. 92 ὅταν τις ἢ ψήφισμα ἢ νόμον γράφοντα γράψηται, ὡς ἀνεπιτήδειον· τοῦτο γὰρ ὑπομόσασθαι λέγουσι· καὶ οὐκ ἦν μετὰ τὴν ὑπωμοσίαν τὸ γραφὲν, πρὶν κριθῆναι, κύριον. Cf. Demosthen. orat. adv. Euerg et Mnesib. 34. p. 1149. Γενομένου τοίνυν τοῦ ψηφίσματος τούτου ἐν τῇ βουλῇ, καὶ οὐδενὸς γραφομένου παρανόμων, ἀλλὰ κυρίου ὄντος. Quamobrem verum quidem est, quod orator Aristocratem dicentem facit, psephismate, si absolvatur, nihil mali in rempublicam venturum esse, quia anno illius senatus, qui id fecerat προβούλευμα, praeterito non amplius valebat, attamen, si absolutum erat, facile evenire poterat, ut eadem res denuo recepta et ad senatum delata ab eoque probata tandem iussu populi eo promtius sanciretur, quo certius de ea iudices suam sententiam atque voluntatem iam declaraverant et quo plures in concione aderant, qui Charidemum in partes reipublicae trahi cuperent. Itaque fraus Aristocratis, si hac obiectione uteretur, in eo cernebatur, quod ea absolutionem adeptus non modo poenam legitimam effugiebat, sed etiam id, quod ipse eiusque socii vellent, ratum facere poterat. Ita pulchre cohaerebunt omnia. Longe tamen aliter totus hic locus acceptus est a Platnero l. c. p. II. p. 27., sed pessime, quippe Ulpiani verbis ad h. l., ut opinor, decepto, de quibus vid. Schoemann. de comitiis p. 157. n. 3. Interpretatur ille sic: Der Vorschlag des Aristocrates ist wegen der eingelegten Klage ohne gesetzliche Kraft; wird er von den Richtern bestätiget, so gilt er in Ermangelung der Volksgenehmigung, wie alle Senatsbeschlüsse, nur Ein Jahr. Derselbe hatte also an sich, wenn er weder von dem Volke, noch von den Richtern bestätiget wurde, durchaus keine rechtliche Wirksamkeit. Item aberrasse a vero Joan. Dider. de Riemeirum existimo, quum l. c. p. 14. Aristocratem hanc obiectionem excogitasse dicit: „Senatus decretum, quod mea rogatione προβούλευμα factum est et populo propositum, tua ὑπωμοσίᾳ iterum ψήφισμα βουλῆς factum est, ideoque ἐπέτειον simul et ἄκυρον, quod annus, per quem qua tale valuisset, actionis ἀνακρίσει etc. praeterîit, quare etiamsi id absolvitis, iudices, nullum ex eo detrimentum captura sit civitas.“ quamquam is p. 13. Platneri errores optime vidit et reiecit. Haec hactenus. Veniamus ad singula.

ταύτῃ, id est, *hac ratione, in dieser Hinsicht.* Vid. §. 100. ταύτῃ διαξόμενον. Olynth. II. 22. p. 24. τὸν Φίλιππον ὁρῶν εὐτυχοῦντα ταύτῃ φοβερὸν εἶναι νομίζει. Cf. Psendo-Demosth. adv. epistol. Philipp. 15. p. 156. Quod in aliquot libris legitur ταυτὶ, eius origo non obscura est. Hoc enim plane non differt a ταύτῃ, quoniam η in pronuntiando apud quosdam librarios idem cum ι sonabat. — Κατὰ τοῦτο τὸ ψήφισμα. Sic de auctoritate libri optimi, quam bona

Digitized by Google

fides Appendicis Francof. sustentat, scripsi, quia haec collocatio pro- §. 92
nomisis hic mihi magis apta visa est quam vulgata. Idem liber paulo post habet τὸ ψήφισμα τοῦτο, sed utroque loco nihil inde notatum est ab Im. Bekkero. Deinde non debebat Reiskius παρὰ desiderare pro κατά; hoc enim *secundum* significans optimum est, illud h. l. ne graecum quidem, siquidem, quum proprie sit *iuxta* et hinc causae notionem adsciscat, significaret, *dum hoc psephisma valet*, quod abhorret a mente oratoris, cuius potius sententia haec est *dum non valet*. Cf. de vi praepositionis παρὰ quae optime disputaverunt Orellius ad Brem. edit. Aeschin. t. II. p. XXIII. et Volk. Fritschius in quaestt. Lucian. p. 124. s.

§. 93, ἵνα — συμβῇ, — διαπράξαιντο. Coniunctivus post ἵνα aoristo antecedente recte se habet; eo res talis exprimitur, quae vere fiat, optativo autem merum consilium Aristocratis, quum psephisma scriberet. Vid. Bremii excurs. IX. et I. ad Lysiae orationes eiusdemque adnot. ad Isocratis Panegyr. p. 56. Matthiaei gram. §. 518. 4. p. 994. s. et Bernhardyi synt. p. 401. — τὴν ἀρχὴν γὰρ ἐξῆν αὐτῷ μὴ γράφειν. Prius scriptum erat ἐξῆν γὰρ αὐτῷ τὴν ἀρχὴν, sed Im. Bekkerus e Σ et libris melioribus, quibuscum consentit Maximus apud Walsium vol. V. p. 586., τὴν ἀρχὴν ut voci graviori primum locum tribuit. Quam recte, docet consuetudo dicendi. Orat. in Androt. 9. p. 596. τὴν ἀρχὴν οὐδ' ἐκφωνῶν προσῆκεν. ibid. 5. p. 595. c. Leptin. 56. p. 474. Aeschin. in Ctesiph. 117. p. 70. ἀρχὴν δέ γε, ἔφη, ὦ ἄνδρες Ἕλληνες, εἰ ἐσωφρονεῖτε, οὐδ' ἂν ὠνομάζετε τοῦνομα τοῦ δήμου τοῦ Ἀθηναίων. Plat. Apolog. p. 29. C. τὴν ἀρχὴν οὐ δεῖν ἐμὲ δεῦρο εἰσελθεῖν. Xenoph. Cyrop. 1, 6, 16. τὸ γὰρ ἀρχὴν μὴ κάμνειν τὸ στράτευμα, τούτου σοι δεῖ μέλειν. Sophocl. Antig. 92. ἀρχὴν δὲ θηρῶν οὐ πρέπει τἀμήχανα. Philoct. 1239. ἀρχὴν κλύειν ἂν οὐδ' ἅπαξ ἐβουλόμην. Ex his simul apparet, articulum in hac formula et addi et omitti. — οἱ δὲ γραψάμενοι, sc. παρανόμων. — χρόνους ἐμποιήσαντες. *moram inferentes*. Demosth. pro Phorm. 2. p. 944. ἵν' ὀκρούοντες χρόνους ἐμποιῶμεν. Adde Prooem. p. 1432. l. 17. δεηθεὶς ὑμῶν μὴ θορυβῆσαι μηδ' ἀναβαλεῖν νομίσαι με καὶ χρόνον ἐμποιεῖν. Philipp. III. 71. p. 129. ibique Rüdig., etiam ποιεῖν χρόνον de fals. legat. 168. p. 292. Quod ad rem ipsam attinet, si scriptor psephismatis παρανόμων accusatus erat, illud ipsum non valebat, donec res in concione iudicata esset. Id autem fieri solebat sacramento interposito ὑπομοσίᾳ; de qua re scriptores qui consulendi sunt, supra p. 315. commemoravi. — καὶ δι' οὗς ἄκυρόν ἐστιν. Schaefero καὶ delere placet ut nutum ex ultima litera participii antecedentis. Sed non est idonea delendi causa. Imo necessarium est

Digitized by Google

§. 93. *καὶ*, ut quod non explicationem participie, sed novum orationi argumentum addat simulque fervorem quendam afferat. Tria enim sunt, quae maxime urgere vult orator, dicens, se non solum accusasse et rem distulisse, sed etiam intercessione sua effectum esse, ne ratum esset psephisma. Alii idem non efficiebant: intercedebant quidem probuleumatis, sed ea non irrita faciebant. De hoc usu loquens Maetznerus ad Lycurgi orat. in Leocrat. 16. p. 104. duo alia e Demosthene citavit exempla: orat. de coron. 85. p. 287. *τίνες οὖν ἦσαν οἱ παρὰ τούτου λόγοι τότε ῥηθέντες καὶ δι' ὧς ἅπαντ' ἀκούετε.* e. Leptin. 121. p. 493. *μεγάλων μὲν οὖν εὐεργεσιῶν —. μειρίων δὲ καὶ ὧν ἐν εἰρήνῃ τις καὶ πολιτείᾳ δύναιτ' ἂν ἐφικέσθαι.* Lycurg. orat. in Leocrat. 16. p. 147. *Δέομαι δ' ὑμῶν — μὴ ἄχθεσθαι —, ἀλλὰ τοῖς αἰτίοις ὀργίζεσθαι καὶ δι' ὧς ἀναγκάζομαι νῦν μεμνῆσθαι περὶ αὐτῶν.* — Post haec verba id, quod prius additum erat τὸ ψήφισμα, de auctoritate librorum primus lm. Bekkerus recte omisit ut supervacaneum. Accedit eodem testis locuples, Maximus apud Walzium l. c. — *ταῦτα τούτοις.* Frequenter idem pronomen, sed diversis casibus, coniungunt. Demosth. orat. I. c. Onetor. 24. p. 870. *τοῦτο τοῦτον*, in Aristogit. I. 14. p. 718. *τούτου τοῦτον*, ibid. 86. p. 795. *ὑπὲρ τούτου τοῦτον.* et 91. p. 797. *τούτῳ διὰ τοῦτον.* c. Aphob. 7. p. 846. *παρὰ τούτου τούτῳ.* Vid. Foertschii comment. crit. de locis nonnullis Lysiae et Demosthenis p. 48. s. — *εἰς σωτηρίαν.* Poena, quae *παρανόμων* accusato, cuius causa cecidisset, imponebatur, diversa erat pro rei natura. Vid. Meierus et Schoemannus de ordine iudicior. p. 288. Platnerus de causis et iudiciis Atheniens. II. p. 62. s.

§. 94. *οὐδὲ ἁπλοῦν τοῦθ' οὕτως ἐστίν. Neque istud tam simplex est*, i. e. neque res ita composita est, ut nihil inde mali consequuturum sit. Scholiastes *ἁπλοῦν* interpretatur *ἄνευ δόλου, καθαρὸν, δίκαιον.* — *ἴσως ἂν ἧττον ἦν δεινόν.* Pro his primus posuit Funkhaenelius *ἴσως ἂν ἦν τοῦτο* in annal. Darmstad. 1841. n. 116. p. 961., atque illud haud levem isti scripturae gratiam conciliat, quod editores Turicenses sequuti sunt. Scripserunt ita, quoniam unus liber Σ *ἧττον* omisit et pro *δεινόν* quinque e bonis libris dederunt *τοῦτο*, inter eos etiam Σ. Hoc quid sibi velit, et an oratoris sententiae possit adaptari, iam disquirendum erit. Diceret orator e mente hominum illorum doctissimorum, psephisma Aristocratis fortasse valere posse, si nullus alius existeret, qui pariter atque ille contra publicas utilitates scripturus esset. Probaret igitur aliqua ex parte eius auctoritatem. At num talia apte dicere ei licuit summa ope in antecedentibus molienti, ut psephisma contra leges esse ostenderet? Meius eorum, qui simile quiddam denuo conatusi essent, cum inprimis per-

Digitized by Google

moviaset ad iudices hortandos, ut id tolleretur? Nonne ista ratione §. 94
nimium tribueret tempori, leges violatas parvi faciens? Nam integra in hac sententia maneret eius iustitia? Meta quidem hominum perniciosorum se tolli velle psephisma dicere poterat, sed debebat de eo etiam iudicium ferre, quod congrueret cum ante dictis, nec probare quodammodo, quod ipse iam dissolverat. Accedit autem, id quod aeque magno est argumento ad suspectam faciendam Funkhaenelii scripturam, ut prorsus nihil ei ex commendatione usus loquendi apud Demosthenem dari queat. Nam qui scit, quomodo orator in tali enunciationum formatione, qualem hic habemus, loquutus sit, is in exilitate istiusmodi loquutionis ἴσως ἂν ἦν τοῦτο vel maxime debet offendi et haerere. Affert quidem Funkhaenelius e Demosthene orat. I. Philipp. 41. p. 52. ταῦτα δ' ἴσως πρότερον μὲν ἐνῆν· νῦν δὲ ἐπ' αὐτὴν ἥκει τὴν ἀκμήν, ὥστ' οὐκέτ' ἐγχωρεῖ. sed ibi non scriptum est ἦν; afferre ille poterat congruentius suae scripturae Aeschyleum illud Sept. adv. Theb. 868. s. εἰ δ' ἡ Διὸς παῖς, παρθένος Δίκη, παῖδι ἔργοις ἐκείνου καὶ φρονεῖν, τάχ' ἂν τόδ' ἦν. verumtamen tale quid esse Demosthenicum utique nego. En exempla, quae sunt de illis maxime, quae verum et sincerum Demosthenem produnt, quaeque referas ad illud genus τῶν ἐνθυμημάτων, de quo copiose agit Apsines art. rhet. c. X. p. 522. ss. vol. IX. ed. Walz. Orat. in Aristocr. §. 128. εἰ μὲν γὰρ ἐπ' ἄλλο τι ταύτην τὴν ἄδειαν ἐλάμβανε, τὴν ἐκ τοῦ ψηφίσματος, ἦ τὰ Κερσοβλέπτου πράγματα, ἧττον ἂν ἦν δεινόν· νῦν δ', ὑπὲρ οὗ καταχρήσεται τῇ διὰ τοῦ ψηφίσματος πλεονεξίᾳ, οὐκ ἀξιόπιστον οὐδ' ἡμῖν οὔτ' ἐκείνῳ λογιζόμενος εὐφίσκω. in Mid. 214. p. 588. εἰ μὲν — τὰ πεπραγμένα ὁ δῆμος ἀκούσας ἀπεχειροτόνησε Μειδίου, οὐκ ἂν ὁμοίως ἦν δεινόν· — νῦν δὲ τοῦτο καὶ πάντων ἂν μοι δεινότατον συμβαίη, εἰ —. de coron. trierarch. 6. p. 1229. οὗτοι δ' εἰ μὲν εἶχον χείρονα ἡμῶν, οὐδὲν ἂν ἦν δεινόν· νῦν δ' οὐδ' ὁποιαντινοῦν μεμίσθωνται, περὶ τοῦ πλείονος ἀντιλέγοντες. Adde alia id genus exempla, velut orat. in Aphob. 58. p. 861. καὶ εἰ μὲν μὴ — τούτους ἐποιεῖτο τοὺς λόγους, ἧττον ἂν ἦν ἄξιον θαυμάζειν· νῦν δ' —. c. Phorm. 36. p. 917. Εἰ μὲν οὖν, ὦ ἄνδρες δικασταί, ἐμοῦ μόνου κατεφρόνει Λάμπις, οὐδὲν ἂν ἦν θαυμαστόν· νῦν δὲ πολλῷ δεινότερα τούτου πέπραχταί αὐτῷ πρὸς πάντας ὑμᾶς. add. orat. de coron. 272. p. 317. de fals. legat. 97. p. 372. Ex his, quae multis aliis cumulare possum, iam manifesta erit intelligentibus Demosthenis dicendi ratio: at alium ex ipsa Aristocratea locum afferam, quo unicuique, opinor, etiam iis, qui bonis libris supra modum adhaerent, persuadebo, receptam e Σ scripturam falsam esse et ex corruptela ortam. Similiter loquitur infra §. 188.,

Digitized by Google

§. 94 paulo immutata quidem oratione, sed ita, ut videamus saltem, eum noluisse nec potuisse in ore habere, quod bonus librarius hoc loco in eius orationem intulit. *Εἰ μὲν γὰρ*, inquit, *ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, πόλιν οἰκοῦντι τῷ καὶ νόμοις πολιτευομένῳ τὸ ψήφισμα ἐγέγραπτο, δεινὸν ὂν ἦττον ἂν ἦν αἰσχρόν· νῦν δὲ γέγραπται Χαριδήμῳ τῷ πόλιν μὲν οὐδ' ἡντινοῦν οἰκοῦντι, Θρᾳκὶ δὲ ἀνθρώπῳ βασιλεῖ στρατηγοῦντι καὶ διὰ τῆς ἐκείνου βασιλείας πολλοὺς ἀδικοῦντι.* deinde, ut hoc loco dicit *οὐχὶ καλῶς ἔχει μὴ λῦσαι τὸ ψήφισμα ὑμῖν*, interrogando addit: *ἆρ' οὖν — καλὸν ἦ πρέπον ὑμῖν τοιαύτην φυλακὴν ἐφηρισμένους φαίνεσθαι —*; Apparet igitur, quomodo orator de Aristocratis psephismate cogitaverit, ut ei non posset ullo loco in mentem venire dicere, id fortasse auctoritatem habere posse. Idcirco nemo mirabitur, quod scripturam reliquorum librorum cum Reiskio, Im. Bekkero, Dindorfio recipiendam duxi. Sic tantummodo habemus sententiam oratore dignissimam, sic sermonem vere Demosthenicum. Et si quis praeterea auctore ad istam scripturam optimo uti velit, scito eam Sopatrum, sophistam seculi sexti, in commentariis, quos ad Hermogenis primam partem artis rhetoricae composuit, quamquam ex memoria, quod Demosthenes hoc loco scripsit, exposuisse videatur, fideliter custodivisse, nisi quod *ἴσως* omisit et propter hanc omissionem *ἄν* particulam post *ἦττον* collocavit. Dicit ille apud Walzium vol. V. p. 36. ita: *καὶ ὅταν λέγῃ, ὡς ἄδικα τεθήσεται τοῦ παρανομεῖν, ὡς ἐν τῷ κατὰ Ἀριστοκράτους λέγει· „εἰ μὲν γὰρ μηδεὶς ἦν, ὃς ἤμελλεν ὁμοίως τῶν ὑμετέρων νόμων καταφρονήσας τὰ αὐτὰ γρᾴφειν, ἧττον ἂν ἦν δεινόν· νῦν δὲ ὄντων οὐκ ὀλίγων.“ Ταῦτα πάντα συνεχομένως ἐξετάζεται, ἀρίστη οὖν ἂν εἴη αὕτη ἡ ἀπολογία.* Ut autem postremo originem falsae illius scripturae explicem, ea haud dubie ex corruptela pervetusti exemplaris, unde lib. Σ. descriptus est, fluxit. In eo enim puto verba *ἴσως ἄν* integra fuisse, sed reliqua obliterata, ut librarius cod. Parisini, quamvis intelligens, tamen paulo frigidior grammaticus, de suo ingenio adderet *ἦν τοῦτο*, quippe id ratus optime convenire iis, quae opposita sunt *οὐχὶ καλῶς ἔχει μὴ λῦσαι τὸ ψήφισμα*: nam id mirum, quod in uno libro Σ *ἧττον* deest, ceteri omnes, etsi pro *δεινὸν* posuerunt *τοῦτο*, *ἧττον* tenent, quod non debebant, *δεινὸν* omisso; id ipsum autem indicio nobis est, in ipsorum exemplari *δεινὸν* fuisse, sed itidem obscuratum. Manifestum est autem glossema *τοῦτο*, aut alio quodam errore illatum est in Demosthenis orationem. Addiderunt id librarii, ut ne h. l. subiectum deesset, non cogitantes, id supervacaneum esse, quia ad extremum *τὸ ψήφισμα* sequitur. Signum eius corruptelae etiam inde perspicitur, quod id quatuor libri cum unioe vera coniunxerunt scriptura, non tamen certa et fixa sede,

Digitized by Google

quum liber Obsop. et Italic. id ante δεινὸν et duae editiones, Herwagiana et Paulina, post δεινὸν posuerint. — γράψει θαῤῥῶν. Sic scriptum est in libro Σ, id quod Im. Bekkerus denotare praetermisit: quod si scivissent editores Toricenses, eos puto non dubitaturos fuisse γὲ particulam sua restringendi et efferendi vi molestam hoc loco efficere. Eam primus recte omisit de auctoritate aliorum librorum Dindorfius, probante Schaefero, neque stare potest, quod ex opinione oratoris psephismate Aristocratis absoluto alius excitabitur ad aliud eiusdem argumenti scribendum, quod omnes suffragio suo comprobabunt et nemo accusabit, ut scriptor eius bono animo esse possit. Addita particula significatum esset, alium fretum absolutione illius scripturum quidem esse denuo psephisma, etiamsi non haberet spem victoriae. At qui eam habere non possit, habens assentatores et neminem accusatorem? — De ἀποπεφευγός vid. adnot. ad §. 58. p. 237. — οὐ τοίνυν τοῦτο σκεπτέον, — ἀλλ' ἐκεῖνο. Post ἐκεῖνο in nonnullis libris, etiam bonis, ὁρᾶν, ad quod δεῖ supplendum esset, additum est, in aliis recte omissum. Atque ita recentiores editiones. Talem enim ubertatem in dicendo aspernatur concinnitas oratoris. Vid. orat. c. Leptin. 10. p. 459. οὐ γὰρ εἰ μὴ χρήματ' ἀπόλλυτε μόνον σκεπτέον, ἀλλ' εἰ καὶ δόξαν χρήστην. ibid. 41. p. 469. in Mid. 46. p. 529. οὐ γὰρ ὅστις ὁ πάσχων ᾤετο δεῖν σκοπεῖν, ἀλλὰ τὸ πρᾶγμα ὁποῖόν τι τὸ γιγνόμενον. — νῦν praepositum enunciato suo explicavi ad §. 42. p. 209. Adde exemplis ibi allatis orat. in Mid. 199. p. 578. νῦν ἂν ἀποφύγῃ. ibid. 201. p. 579. ποῦ ληφθήσεται, νῦν ἂν διακρούσηται; — τοῖς ἀδικεῖν βουλησομένοις. Etsi praeter alios libros etiam Σ βουλομένοις repraesentavit, tamen in hac verborum complexione rectissimum est βουλησομένοις. Vid. orat. c. Leptin. 50. p. 472, ἐὰν τέ τι συμβῇ ποτέ, ἔρημον τῶν ἐθελησόντων ἀγαθόν τι ποιεῖν αὐτὴν κατασήσει. ibid. 166. p. 508. κἂν τις ἄρ' ἔλθῃ ποτὲ καιρός, οὐκ ἀπορήσετε τῶν ἐθελησόντων ὑπὲρ ὑμῶν κινδυνεύειν. de falsa legat. 284. p. 432. ἀλλ' ἐκεῖνο ὁρᾶν, ὅτι εἰ προήσεσθέ τὰ τῶν νόμων καὶ τῆς πολιτείας, οὐχ εὑρήσετε τοὺς ὑμᾶς αὐτοὺς ἐλεήσοντας. Contra recte se habet participium praesentis orat. in Timocr. 85. p. 727. ἀλλ' ὡς ἀληθῶς ὥςπερ ἀλεξιφάρμακόν ἐστι τοῖς ἀδικεῖν βουλομένοις. — ἄδειαν. De hac voce egerunt Boeckhius Oecón. publ. Atheniens. p. II. p. 184. s. et interpretes ad Luciani tyrannic. p. 704. s.

§. 95. Tertia obiectio a consuetudine sive ἀντίθεσις ἀπὸ τοῦ ἔθους, ut dicit Ulpianus. Quia enim Aristocrates, inquit, non iustam habebit suae causae defensionem, assumet, ut iudices decipiat, argumentum extrinsecus idque ducet ex auctoritate dicens, multa huius generis, quale suum, multis iam facta esse psephismata. Quod etsi

Digitized by Google

§. 95 negari non poterat, de quo vide supra p. 309., tamen hoc orator respondet nullo argumento esse, istum consentanea scripsisse legibus, praetereaque magnae esse impudentiae tale quid dicere: nam si alios imitatus sit pariter atque illi legibus repugnantia scribens, eum absolvi non decere, sed contra tanto magis damnari propterea, quod si alii ante damnati fuissent, ipse monitus simili conatu abstinuisset, ideoque alius dehortandi causa istum nunc damnandum esse. — *Οὐ τοίνυν οὐδὲ ἐκεῖνό με, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, λέληθεν.* Ita, iubentibus optimis libris mss., cum Im. Bekkero et Dindorfio, quos etiam editores Turicenses sequuti sunt, edidi, ut omnium consensu scriptum est orat. c. Leptin. 65. p. 476. *καὶ μὴν μηδ' ἐκεῖνο ὑμᾶς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, λανθανέτω, ὅτι —.* Multo deterior Reiskii ordo *λέληθεν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι*, qui est in nonnullis libris et editionibus antiquis. Saepe librarios hoc modo peccasse animadvertit Krügerus in adnott. ad Demosth. Philipp. I. §. 1., ubi interpositis vocabulis disiuncta viderent quae coniungenda essent. Vid. orat. c. Leptin. 28. p. 465. 93. p. 485. — *ὅτι ἁπλῆν μὲν οὐδὲ δικαίαν οὐδ' ἡντινοῦν ἀπολογίαν Ἀριστοκράτης ἔξει λέγειν, παραγωγὰς δὲ.* Consimilis locus est orat. in Androt. 4. p. 594. *νῦν δ' οἶδα σαφῶς, ὅτι οὗτος ἁπλοῦν μὲν οὐδὲ δίκαιον οὐδὲν ἂν εἰπεῖν ἔχοι, ἐξαπατᾶν δ' ὑμᾶς πειράσεται πλάττων καὶ παράγων πρὸς ἕκαστα τούτων κακούργους λόγους.* Ibi Funkhaenelius Schaeferi rationem, *οὐδὲ* ante *δίκαιον* vice fungi particulae *καὶ* dicentis, sibi probari profitetur, non satis consulte; neque ab omni parte rectum est, quod idem Schaeferus ad p. 404. v. 6. censet, negationem non tantum ad sequentem vocem, sed etiam ad antecedentem reflecti. Imo ut *ἁπλοῦν* integra vi sua emineat et fortius opponatur vocabulo *ἐξαπατᾶν*, negatio non ante illud posita est, sed sequitur demum in altera enunciati parte ita, ut haec ad *ἁπλοῦν μὲν* applicetur. Vernacule haec sic notare possis: *einfaches auch nicht gerechtes wird er sagen können, aber zu täuschen euch versuchen.* Alia res est orat. de fals. legat. 201. p. 404. ubi, antegressis *πρὸς δὲ οὐδ' ὁτιοῦν τούτων ἀπολογήσεται*, sequuntur verba *οὐδ' ἕξει δικαίαν οὐδ' ἁπλῆν εἰπεῖν ἀπολογίαν οὐδεμίαν.* Vide de *δὲ οὐδ' ὁτιοῦν* quae supra §. 70. p. 265. a. dicta sunt. Hinc vitiosum est, quod hoc Aristocrateae loco margo Lutet. dedit *οὐχ ἁπλῆν. — — παραγωγάς.* Reiskius ind. graec. p. 376. a. v.: *versutia forensis, tricae, offuciae, cavillatio, quibus a recta via aut a re praesente iudex abducitur.* Vid. Aristocrat. §. 219. orat. c. Boeot. de dot. 21. p. 1014. Suidas et Ulpianus ad h. l. *παραγωγὰς* interpretantur per *ἐξαπάτας*, et Pollux Onomast. IX, 132. coniungit haec: *Ἀπάτη, ἐξαπάτη, στροφή, ὑποστροφή, διάδυσις, παραλογισμὸς, παραγωγή, πλάσμα, φενακισμός.* Cf.

Digitized by Google

eundem IV, 50. Hinc apud Demosthenem saepe lecta παφάγειν et §. 96
φενακίζειν, ut orat. in Androt. 34. p. 604. Vid. Fr. Aug. Wolf. adnot. p. 497. v. 6. — ὡς ἄρα bene quidem vertit Schaeferus *dass ja*, sed ad intelligendum aptius reddes: *dass nämlich*. Per ἄρα enim explicatur, qua in re fallacise dicturi consistant, quamquam propria eius concludendi ratio in hac coniunctione non perit; quod quidem apparebit, si sententiarum complexionem sic indicaveris: quod Aristocrates prorsus nullam defensionem, quae ex ipsa causa procedat, habiturus sit, sequi, ut is ad rem externam se convertens iudicum fallendorum causa dicturus sit, multa huius generis psephismata iam multis facta esse. Est autem ὡς ἄρα usitatissimum, ubi orator occupat argumenta adversarii, velut orat. c. Leptin. 145. p. 501. καίτοι καὶ τοῦτ' ἀκούω σε λέγειν, ὡς ἄρα ψεῖς σέ τινες γραφάμενοι πρότεροι τοῦδε οὐκ ἐπεξῆλθον. ibid. 24. p. 464. 112. p. 491. de fals. legat. 202. p. 404. Philipp. III. 47. p. 123. de coron. 22. p. 232. Vid. Klotzium ad Devarii libr. de gr. ling. particulis vol. II. sect. 1. p. 174. s. — προφάσεως hic non praetextus, sed causas significare supra adnotatum est ad §. 49. p. 216. — παρ' ἡμῖν. Etsi praecessit ὑμῶν et commutatio pronominis secundae et primae personae a librariis saepe facta est, hic tamen ipsos adeo non curans editores Turicenses ab optimorum codd. auctoritate standum puto, quia causa quoque adest, cur orans exemerit se numero eorum, qui se decipi passi sint. Neque deest fides exemplorum, ubi ista pronomina alterum post alterum posita se excipiunt. Vid. orat. c. Leptin. 51. p. 472. 53, p. 473. ibique Fr. Aug. Wolfius ideinque ad p. 468. v. 21. — κύριον ἂν δήπουθεν ἦν. Ita primus scripsit Im. Bekkerus, suffragantibus plurimis et optimis libris. Commendat illam scripturam etiam consuetudo Demosthenis verbi auxiliaris uno et altero vocabulo seiuncti a praedicato in fine enunciationis collocandi. Orat. de coron. 199. p. 295. ἀποστατέον τῇ πόλει τούτων ἦν. c. Phaenipp. 25. p. 1046. ἄξιόν γε ἀφεῖναι νῦν αὐτόν ἐστιν. c. Boeot. 13. p. 998. πολὺ γὰρ χαλεπώτερα ταῦτα ἐν ἀκριβεῖ ἐστίν. et sic sexcenties.

§. 96. καθυφέντων. Est h. l. Latinorum *praevaricari*, maxime de iis dictum, qui, ut bene Reiskius indic. graec. p. 285., remittunt aliquid de studio suo patiunturque seu per mollitiem segnitiemque suam seu in gratiam alterius aliquid suorum sibi eripi aut elabi. Saepe hac vi apud Demosthenem, ut orat. de coron. 107. p. 282. de fals. legat. 6. p. 343. in Theocrin. 6. p. 1323. 12. p. 1225. in Mid. 39. p. 526. ibid. 151. p. 563. καθυφεῖναι τὸν ἀγῶνα *deserere litem*. Hinc δίκη καθυφέσεως, de qua Pollux. — De ἀπέφυγε vid. adnot. ad §. 58. p. 237. — οὐκ ἄρα νενοκώσιν οἱ δικάσαντες αὐτό; *Non igitur rebus*

Digitized by Google

§. 96 *Ita comparatis religiosi sunt, qui de eo iudicarunt?* Mitigare et corrigere adgreditur isto modo ante dicta, quibus in offensionem iudicum incurrere potuit. Haec est *θεραπεία* quam rhetores dicunt, ut h. l. Ulpianus. — *αὐτὸ*, id est, *τὸ παράνομον ψήφισμα.* — *γνώμῃ τῇ δικαιοτάτῃ δικάσειν.* Haec verba non ex annuo Heliastarum iureiurando, quod totum in orat. adv. Timocr. 149. p. 746. invenitur, sumta sunt, sed haud dubie e singulari illo, quod in quoque iudicio, antequam iudicarent, iurare solebant. Eadem recurrunt in orat. c. Leptin. 118. p. 492. *περὶ ὧν ἂν νόμοι μὴ ὦσι, γνώμῃ τῇ δικαιοτάτῃ κρινεῖν.* i. e. *ex aequo et bono nulloque cuiusquam amore aut odio.* Adde orat. l. c. Boeot. de nomin. 40. p. 1006. et c. Eubul. 63. p. 1318. Cf. Pollucis Onomast. VIII, 122. *ὁ ὅρκος ἦν τῶν δικαστῶν περὶ μὲν ὧν νόμοι εἰσί, κατὰ τοὺς νόμους ψηφιεῖσθαι· περὶ δὲ ὧν μή εἰσι, σὺν γνώμῃ τῇ δικαιοτάτῃ.* cuius tamen verba, quae paulo antecedunt, ad Heliastarum iusiurandum referas, ut ille utriusque formulam commiscuisse putandus sit. Vid. Petitus de legg. Attic. p. 414. Fr. Aug. Wolfii adnot. ad Leptin. p. 492. v. 25. Schoemannus de sortitione iudic. p. 4. et Volkm. Fritschius in comment. de sortitione iudic. apud Atheniens. p. 7. ss. Ab his tamen dissentit Platnerus in libro de causis et iudiciis Atheniens. p. I. p. 80. ss., Heliastarum et iudicum unum iusiurandum inter se non differre opinans, formulam autem illam *γνώμῃ τῇ δικαιοτάτῃ* post Solonem ei additam fuisse. Cf. Meieri et Schoemanni libr. de ordine iudic. Athen. p. 135. n. 20. — *ἡ δὲ τῆς γνώμης δόξα.* Ulpianus sic interpretatur: *ἡ ὑπόνοια καὶ τὸ οὕτως ὡς ἔφησαν νομίσαι δίκαιον.* Reiskius index graec. p. 121.: *ἡ δὲ τῆς γνώμης δόξα* (id est *δόξασις*) visum illud mentis, quod sententiam pronuntiandam concipit quasi et format in mente, exsistit ex iis, quae auribus accipiuntur." Cf. ibidem p. 170. Orat. c. Leptin. 118. p. 498. dicit Demosthenes *τὸ τῆς γνώμης πρὸς ἅπαντα ἀνενέγκατε τὸν νόμον.* ubi verba *τὸ τῆς γνώμης* cave e ratione Schaeferi interpreteris, quae rectius ex hoc Aristocrateae loco intelligenda sunt. — *εὐσεβοῦσιν.* Ut *ἀδικοῦσι* alibi, ita h. l. usurpatur praesens statum animorum significans: *sunt et habentur pii iudices.* Vid. adnot. ad §. 27. p. 180. Quare *εὐσέβουν* quod Reiskius maluit, quia *ἔθεντο* praecesserit, non est accipiendum. Praecedit *εὐορκοῦσι* et sequitur *εὐσεβεῖ*, ut Schaeferus animadvertit.

§. 97. *πᾶς γὰρ — εὐσεβεῖ.* Ad haec pertinent quae dicit Ulpianus, oratorem *πρὸς τὴν εὐκρίνειαν τοῦ λόγου* deflaire, quid sit *εὐορκεῖν*, ut docciliores faciat eos qui audiunt. Cf. orat. c. Eubul. 63. p. 1318. *ἔκ τε γὰρ τοῦ ὁρκοῦ ἐξήλειψαν τὸ ψηφιεῖσθαι γνώμῃ τῇ δικαιοτάτῃ καὶ οὔτε χάριτος ἕνεκ' οὔτε ἔχθρας.* — *παρ' ἃ γιγνώσκω.* id

Digitized by Google

est, παρὰ ταῦτα, ἃ γεγράφασι, παρὰ τὴν γνώμην. — διδασκόμενος. §. 97
Ante hoc participium Taylor et Marklandus μὴ addi volunt, Reiskius loquitur de οὐ addendo, quod tamen vitiosum est; idem sine ulla causa legendum esse censet: εἰ γὰρ ἠγνόησε παράνομον (vel ἀδικόν) τι διδασκόμενος. Et quivis videt, negationi hic locum esse nullum. Nam iudex, qui non docebatur de re, de qua iudicandum erat, ne iudicare quidem poterat, nedum ut ignorantiae poenas dare deberet. Sententia est: *si iudex quamvis edoctus partium contentione rem ignoravit, quam aut male audiverit aut non recte cognoverit et perceperit, ei ignorantia ista veri non debet male verti; e sua certe animi sententia iudicavit.* Perperam igitur Schaeferus sic interpretatur: *si quid eum latuit, quod tacitum teneret qui causam exponeret.* Nam de vitio litigantis non cogitandum est, qui potius id egerit, ut plane doceret iudices, nihil taceret. Imo de eo cogitat orator in proximis. ἀλλ' εἴ τις εἰδὼς ἐκείνους προδίδωκεν ἢ ἐξαπατᾷ: *sed si quis sciens prudensque illos docendo deserit vel decipit.* Nam προδιδόναί τινα nonnunquam est deserere, desistere aliquem auxilio suo; hic de eo dicitur, qui transit vel dissimulat et occultat dicenda vel cursim et breviter attingit, quae longam orationem multasque rationes desiderant, ut adimat iudicibus causae recte iudicandae facultatem. Hinc etiam προδοῦναι δίκην, cf. orat. in Mid. 120. p. 553., ut καθυφεῖναι, quocum illud, etsi in alia re, coniunctum orat. de coron. 6. p. 343.; et Pollux Onomast. VIII, 43. in explicanda δίκῃ καθυφέσεως post καθυφῆκε, καθυφήκατο, καθυφέσθαι posuit προῦδωκεν, ἐνέδωκε, καταπροήκατο τὴν κατηγορίαν, postremo haec addens: κατὰ συνθήκας εἶπεν· ἐθελοκακῶν, ὑποχωρῶν, καταλιπόμενος. Sed Schaeferus tuetur ἐκεῖνο, a Reiskio ex editionibus antiquis sumtum inventumque in deterioribus Bekkeri libris, id referens tam ad εἰδὼς quam ad προδίδωκεν, hac addita explicatione: *ἐκεῖνο, τὸ ἀγνοηθέν. sed si quis rem iudici ignoratam, cum ipse habeat cognitam, prodiderit, tacendo tanquam perdiderit.* ἐκεῖνο haud dubie librarii pro ἐκείνους, qui sunt οἱ συνομνύντες, dederunt, aegre ferentes pluralem, quum antecesserit πᾶς — εὐσεβεῖ et ἠγνόησέ τι διδασκόμενος: qua mutatione modorum nihil frequentius, maxime post nomina vi collectiva praedita. Quod autem Taylor scripsit ἐκεῖνος hoc modo: εἴ τις εἰδὼς, ἐκεῖνος προῦδωκεν, ut cum vehementia et δεινότητι dictum sit, id perversissimum est. Verum προδίδωκεν, quod cum editionibus antiquis rursus tenuit Reiskius, recte defendit Schaeferus propter praesens quod sequitur ἐξαπατᾷ. — τῇ ἀρᾷ. Sunt preces et imprecationes, quae in populi concionibus ab initio per praeconem fiebant. In omnibus rebus agendis, quod bonum faustum felix salutareque esset

Digitized by Google

§. 97 populo, praefabatur, simulque non tantum hostibus hostilia in rempublicam animi male precabatur, sed etiam iis, qui pecunia corrupti populum fallerent et in errorem inducerent. Vid. Petitum de legg. Attic. p. 288. ss., Schoemannum de comitiis Athen. p. 91. ss., qui opinatur, summam eorum, quae in veris comitiis praeco pronuntiare solebat, verti in iis, quae Aristophanes Thesmophor. 295—351. festive tractavit. Eius precationis formulae Demosthenes etiam alibi meminit, ut orat. de coron. 282. p. 319. *καίτοι τίς ὁ τὴν πόλιν ἐξαπατῶν; οὐχ ὁ μὴ λέγων ἃ φρονεῖ; τῷ δ' ὁ πήρυξ καταρᾶται καθ' ἑκάστην ἐκκλησίαν δικαίως;* ibid. 130. p. 270. de fals. legat. 70. p. 363. *λέγε τὴν ἀρὰν καὶ ἀνάγνωθι λαβὼν τὴν ἐκ τοῦ νόμου ταυτηνί. ΑΡΑ. Ταῦθ' ὑπὲρ ὑμῶν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καθ' ἑκάστην τὴν ἐκκλησίαν ὁ πήρυξ εὔχεται νόμῳ προστεταγμένα, καὶ ὅταν ἡ βουλὴ καθῆται, παρ' ἐκείνῃ πάλιν.* ubi Im. Bekkerus primus recte scripsit cum bonis libris *τὴν ἐκκλησίαν* propter ea, quae sequuntur *ὅταν ἡ βουλὴ καθῆται.* Adde Aeschinis orat. in Timarch. 23. p. 4., Dinarch. orat. in Aristogit. 16. p. 107. *πρῶτον μὲν καθ' ἑκάστην δημοσίᾳ ἀρὰς ποιούμενοι κατὰ τῶν πονηρῶν, εἴ τις δῶρα λαμβάνων μετὰ ταῦτα λέγει καὶ γινώσκει περὶ τῶν πραγμάτων, ἀξιοῦν τοῦτον εἶναι.* eiusque orat. in Demosth. 46 et 47. p. 96.— *πήρυξ* paroxytonon fieri, non perispomenon suadet Godofr. Hermannus de emendand. gr. gr. rat. p. 71. et ad Sophocl. Oedip. tyr. v. 746.; idem docet Barnesius ad Euripid. Hecub. v. 458. Cf. Buttmannus ampl. gram. I. p. 170. Passorii lexic. s. v. et Goettlingius libr. de accentu gr. ling. p. 254.— *λέγων* pertinet ad *καταρᾶται*, non ad *ἐξαπατᾷ*. Ad hoc enim positum indicat, id ipsum esse precationis verbum proprium. Non aliter Reiskius intellexit, distinctione ante et post *λέγων* posita, sed Herm. Schellingius in dissertat. de Solonis legibus p. 25. n. 4. id ad *ἐξαπατᾷ* referendum censet, ut sit „*si quis concionando populum decipiat*" provocans ad verba orat. de coron. et ad Dinarch. in Aristogit. ll. citt. Malori poterat iure Aristophan. Thesmoph. v. 343. afferre, ubi haec: *εἴ τις ἐξαπατᾷ, ψευδῆ λέγων*, et Dinarch. in Demosth. 47. p. 96. *ἐξηπατηκὼς δὲ καὶ τὸν δῆμον καὶ τὴν βουλὴν παρὰ τὴν ἀρὰν, καὶ ἕτερα μὲν λέγων ἕτερα δὲ φρονῶν.* Nihilominus tamen hoc loco *λέγων* in hac coniunctione supervacaneum esse contendo.— *ἢ βουλὴν ἢ δῆμον ἢ τὴν ἡλιαίαν.* Ad vocabula *βουλὴν* et *δῆμον* ne quis articulum requirat, animadvertendum est, esse haec in iis numeranda, quae quia semel in certis quibusdam vitae rationibus adsint, articulo nonnunquam careant. Ita in orat. c. Leptin. 100. p. 487. *ἐάν τις ὑποσχόμενός τι τὸν δῆμον ἢ βουλὴν ἢ δικαστήριον ἐξαπατήσῃ, τὰ ἴσα τὰ αὐτὰ πάσχειν.* ante *βουλὴν*, qui est senatus quingentorum, recte

Digitized by Google

omisit Im. Bekkerus cum optimis libris articulum, quem Fr. Aug. Wolfio consuetudo dicendi poscere videbatur, uti additus est apud Dinarchum orat. in Demosth. 47. p. 96. ἐξηπατηκὼς δὲ καὶ τὸν δῆμον καὶ τὴν βουλὴν παρὰ τὴν ἀρὰν. Praeterea tenendum est, non raro in concursu plurium nominum vel soli ei, quod principio, vel quod ultimo loco positum est, articulum praefigi, ubi tali modo insignitum nomen prae ceteris in animo scriptoris effertur, ad quam elationem ipsa eius collocatio invitat, et in primis numerus orationis. Id hoc loco factum est in v. τὴν ἡλιαίαν. Cf. orat. c. Lacrit. 48. p. 940. οὐκοῦν ἐπιλήρων καὶ ὀρφανῶν καὶ τῶν τοιέων τῷ ἄρχοντι προστέτακται ἐπιμελεῖσθαι. de Rhodior. libert. 17. p. 195. πρὸς μὲν τοὺς δήμους (ἔσθ' ὑμῖν ὁ πόλεμος) — ἢ περὶ γῆς μέρους ἢ ὅρων ἢ φιλονεικίας ἢ τῆς ἡγεμονίας. Xenoph. Anabas. VII, 8, 22. καὶ λαμβάνουσιν αὐτὸν καὶ γυναῖκα καὶ παῖδας καὶ τοὺς ἵππους. Cyropaed. VIII, 5, 21. δᾶρα δὲ ἦγεν — οἷα δὲ ἔπρεπε ἀρχαῖς καὶ γεραιτέροις καὶ τοῖς ὁμοτίμοις πᾶσιν. Thucyd. I, 89. διεκομίζοντο εὐθύς, ὅθεν ὑπεξέθεντο, παῖδας καὶ γυναῖκας καὶ τὴν περιοῦσαν κατασκευήν. Adde haec duo Lucianea Piscatoris c. 31. καὶ τὸ πρᾶγμα ὅμοιον ἐδόκει μοι, καθάπερ ἂν εἴ τις ὑποκριτὴς τραγῳδίας, μαλθακὸς αὐτὸς ὢν καὶ γυναικεῖος, Ἀχιλλέα ἢ Θησέα ἢ τὸν Ἡρακλέα ὑποκρίνοιτο αὐτόν. et c. 33. ἐπεὶ καὶ οἱ ἀθλοθέται μαστιγοῦν εἰώθασιν, ἤν τις ὑποκριτὴς Ἀθηνᾶν ἢ Ποσειδῶνα ἢ τὸν Δία ὑποδεδυκὼς μὴ καλῶς ὑποκρίνοιτο. Accipe etiam exempla articuli ad primum nomen additi, ad cetera praetermissi, unum e Diodor. Sicul. XV, 79. τοὺς μὲν ἄνδρας ἀπέκτειναν, τέκνα δὲ καὶ γυναῖκας ἐξηνδραποδίσαντο. et duo a Schaefero exprompta ad Demosth. t. II. p. 285. Herodoti I, 75, 10. τῆς κνπαρίσσου καὶ κέδρου καὶ λιβάνου ξύλου. et IV, 71, 22. τὸν οἰνοχόον καὶ μάγειρον καὶ ἱπποκόμον καὶ διήκονον καὶ ἀγγελιηφόρον. Alia suppeditabit Bernhardyus syntax. p. 318. Ceterum de ἡλιαίᾳ videndus Platneri liber de causis et iudiciis Atheniens. p. 1. p. 79.

§. 97

§. 98. μὴ δὴ τοῦθ' ὑμῖν ἔστ' εἰπεῖν κ. τ. λ. Haec sunt, ut Tauri philosophi apud Gellium Noctt. Attic. X, 19. verbis utar, adversus eum dicta, qui peccatum suum peccatis alienis exemtum purgatumque ibat. Affertur quidem ibi non hic locus, sed alter ex oratione in Androt. 7. p. 595., qui tamen nonnullis verbis mutatis hic repetitus est. Cuius generis repetitiones frequentes esse apud Demosthenem aliosque, notavi supra ad §. 86. et Ulpianus ad hunc locum indicavit, causa, cur ita factum sit, adiecta. Adtendit etiam in hanc rem Theo in progymnasmatis apud Walzium vol. I. p. 155., ubi, postquam de similitudine earundem sententiarum apud varios scripto-

Digitized by Google

§. 98 res expressa praecepit, ita pergit dicere: Ἀλλὰ μὲν καὶ αὐτὸς ὁ Δημοσθένης πολλάκις ἑαυτὸν παραφράζει (i. e. sua ipsius verba reddit verbis aliis), οὐ μόνον τὰ ἐν ἄλλοις λόγοις αὐτῷ εἰρημένα ἀλλαχόσε μεταφέρων, ἀλλὰ καὶ ἐν ἑνὶ λόγῳ πολλάκις φαίνεται ταὐτὰ ἀνριάκις εἰρηκώς· τῇ δὲ τῆς ἑρμηνείας ποικιλίᾳ λανθάνει τοὺς ἀκούοντας. — οὐχὶ καλῶς ἔχειν ὑμῖν. Optime primus ὑμῖν Im. Bekkerus addidit e libris suis, quem novissimi editores sequuti sunt, Pronomine omisso universe loqueretur orator, quod vix ferendum, antegressis μὴ τοῦθ' ὑμῖν ἔᾶτε λέγειν et ὑμᾶς αὐτοὺς ἀξιοῦτε διδάσκειν. Cf. §. 94. οὐχὶ καλῶς ἔχει μὴ λῦσαι τὸ ψήφισμα ὑμῖν.

§. 99. οὐ γὰρ εἴ τι πώποτε — ἄλλος οὐ γράψει. Exposuit ad exemplum hoc enthymematis genus, in quo proposito dissimili vel contrario ratio subiungitur, Quinctilianus instit. orat. V, 14, 4. idque latinis verbis sic interpretatus est: *Non enim, si quid unquam contra leges factum est, idque tu es imitatus, idcirco te convenit poena liberari: quin e contrario damnari multo magis. Nam ut, si quis eorum damnatus esset, tu haec non scripsisses: ita, damnatus tu si fueris, non scribet alius.* Vides ex his, qua arte insectetur orator et instet adversario, idque eo accommodatius, quod iam in eo est, ut finem primae parti orationis imponat. Vim autem sententiarum gravitate et dignitate efficit elocutio brevibus et rotundis numeris cum quadam aequabili circumactione devincta. In eandem virtutem duobus in locis digitum intendit Demetrius in libr. περὶ ἑρμηνείας, apud Walzium vol. IX. p. 105. στρογγύλην et δεινὴν horum verborum docens compositionem, et ibidem p. 19. ostendens, extremam periodum de vi sua deperdere multum, si, salvo quidem et integro enthymemate, formam eius sic solveris: μὴ ἐπιτρέπετε τοῖς τὰ παράνομα γράφουσιν· εἰ γὰρ ἐκωλύοντο, οὐκ ἂν νῦν οὗτος ταῦτα ἔγραφεν, οὐδ' ἕτερος ἔτι γράψει, τούτου νῦν ἁλόντος. Cf. vol. VIII. p. 618. s. Commemorat hunc locum etiam Apsines in arte rhet. p. 524. vol. IX, vol. III. p. 704. incertus rhetor in libro περὶ σχημάτων, atque Theo in progymnasm. vol. I. p. 156. non quidem, ut pariter atque illi eius artem demonstret, sed ut doceat, quemadmodum Demosthenes eandem sententiam non tantum iisdem fere verbis repetierit, sed aliis etiam expresserit, in hanc rem nostrum et Androtianeae locum iuxta Midian. orat. 37. p. 526. collocans, ubi haec: τίς γὰρ οὐκ οἶδεν ὑμῶν τοῦ μὲν πολλὰ τοιαῦτα γίγνεσθαι τὸ μὴ κολάζεσθαι τοὺς ἐξαμαρτάνοντας αἴτιον ὄν, τοῦ δὲ μηδένα ὑβρίζειν τὸ λοιπὸν τὸ δίκην τὰν ἀεὶ ληφθέντα, ἣν προσήκει, διδόναι μόνον αἴτιον ἂν γενόμενον; εἰ μὲν τοίνυν ἀποτρέψαι συμφέρει τοὺς ἄλλους, τοῦτον καὶ δι' ἐκεῖνα κολαστέον. — ἀποφεύγειν. Infinitivum praesentis tem-

Digitized by Google

poris pro ἀποφυγεῖν posui, non qui conspiraret cum proximo ἁλίσκεσθαι, nam non infrequens, ut supra ad §. 7. vidimus, praesentis et aoristi conjunctio est, sed quia illum praeter nonnullos deterioris notae libros mss. et editiones antiquas testatur optimus Parisinus liber. In Androtiana, ubi in pluribus optimis libris ἀποφεύγοις exstat, retinuerunt ἀποφύγοις, quod etiam Theo l. c. habet, Im. Bekkerus, Dindorfius atque Funkhaenelius adeo, scilicet eo tempore, quo editionem suam adornabat, nondum plenus admirationis Parisini libri. Contra laudabiliter ibi editores Turicenses praesens tempus receperunt; iidem constantiae serviissent nostro loco, si ἀποφεύγειν firmatum gravissima auctoritate scivissent. §. 99

§. 100. Ὡς μὲν τοίνυν κ. τ. λ. Iam sequitur primae orationis partis conclusio. Atque ut nunc commode transire ad secundam partem possit, refert se hominem quendam violatarum legum reum vidisse, qui, quum legibus convinceretur, se utilia civitati scripsisse dicere aggrederetur, et ab hac parte pervincere studeret. Stultam vel impudentem potius hanc excusationem dicens, monet, iudicibus, qui ex praescripto legum se iudicaturos esse iuraverint, spreta et contemta utilitate, nihil tantopere expetendum et conservandum esse, nisi sanctitatem iurisiurandi. Quae admonitio quo gravior esse debebat iis, qui in causa Aristocratis iudices sederent, quippe quorum non parvam partem Charidemo favisse existimandum sit, quum omnino illo tempore plurimi e civibus magis de utilitatibus et commodis suis, quam de honestate vitae et dignitate legum cogitarent, de qua re vid. C. Fr. Hermannus antiquitt. publ. §. 171. n. 6.; eo acrius intenderet animos eorum promissio illa, quam subiungit, oportebat, se ostensurum, psephisma illud μᾶλλον ἀσύμφορον esse quam παράνομον. — ταύτῃ βιαζόμενον. *hac ratione urgentem, pervincentem sive pervincere conantem.* Demosth. orat. de fals. legat. 238. p. 415. βιάσονται τοίνυν ἴσως, μεγαλόφωνοι καὶ ἀναιδεῖς ὄντες. c. Leptin. 144. p. 501. μηδὲν οὖν φιλονείκει, Λεπτίνη, μηδὲ βιάζου τοιοῦτον μηδέν. in Mid. 40. p. 527. μηδ' ἂν βιάζηται πείθεσθ' ὡς δίκαιόν τι λέγοντι. Coniunxit Demosthenes etiam πείθειν καὶ βιάζεσθαι, ut Lucianus πειθοῖ βιάζεσθαι dixit. — εὐήθη μέν. Μὲν particulae respondere quae §. 101. sequuntur οὐ μὴν ἀλλ' ait Schaeferus. Vid. §. 111. cf. not. Benseleri ad Isocrat. Areopag. p. 111. ss. et Hartungium de particulis l. gr. p. II. p. 48. Quod post hanc particulam in nonnullis libris additum est τοῖς ἅπασιν iure meritoque habuit Taylor pro glossemate verborum subsequentium κατὰ τἆλλα πάντα — λόγον. Reiskius: „Subaudi a communi ex antecedentibus λέγειν ἐπιχειροῦν-

Digitized by Google

§. 100 τα." Non tamen obstat quidquam, quin etiam βιαζόμενον assumas, siquidem βιάζεσθαι λόγον recte dici poterit.

§. 101. ᾗ γε, id quod *quatenus quidem*, Im. Bekkerus in lucem protulit, probante Schaefero. Εἴ γε, uti prius scriptum erat, modestius cum quadam dubitatione dictum esset, quod ab hoc loco alienum est. Frequens est autem in libris syllabarum εἶ et ῆ confusio. — δικάσειν. Ita iam Taylor pro vulgata δικάζειν scribi iussit. Ea est enim, inquit, iurisiurandi formula: Ψηφιοῦμαι κατὰ τοὺς νόμους. Supra §. 96. γνώμῃ τῇ δικαιοτάτῃ δικάσειν ὀμωμόκασιν. et orat. in Mid. 42. p. 527. κατὰ γὰρ τούτους δικάσειν ὀμωμόκατε. sine diversitate scripturae; orat. in Timocr. 188. p. 759. καθ' οὓς οὗτοι δικάσειν ὀμωμόκασιν. in uno libro est δικάζειν; in Leptinea 118. p. 492., ubi ὀμωμοκότες κατὰ τοὺς νόμους δικάσειν — καὶ — γνώμῃ τῇ δικαιοτάτῃ κρινεῖν scriptum est, nonnulli libri mss. κρίνειν testantur, receptum ab editt. antiquis, et orat. I. c. Boeot. de nomin. 40. p. 1006. δικάσειν ὀμωμόκατε omnes libri dederunt, nisi quod unus Bekkeri liber r et Augustan. I. δικάζετε exhibent, cuius nulla ratio habenda est. Rectissimum est in his futurum tempus, indicans consilium iudicandi a praesentia remotum. Alia res est in orat. c. Phaenipp. II. p. 1042. ὀμόσας γὰρ τῇ ἑνδεκάτῃ τοῦ Βοηδρομιῶνος μηνὸς ἀποφαίνειν ὀρθῶς καὶ δικαίως τὴν οὐσίαν. ubi infinitivus praesentis de re non postea demum futura valet, sed quae post datum iusiurandum proxime insequutura sit. Bene tuetur Bernhardyus synt. p. 371. praesens tempus a correctione Schneideri apud Xenophontem Hellen. V, 3, 26. καὶ ὀμόσαντες ταύταις (ταῖς σονθήκαις) ἐμμένειν, οὕτος ἀπῆλθον οἴκαδε. Ibi enim legati inde ab hoc ipso tempore, ut iurarunt, continuo fidem pactorum servaturi dicuntur. Nemo tamen probabit, quod idem grammaticus voluit in iureiurando iuvenum apud Lycurgum in Leocrat. 76. p. 157. commemorato omnium librorum scripturam καταισχύνειν et ἀμύνειν vulgari, quo loco cur ab eo dissentiendum sit, ex iis, quae supra posita sunt, exemplis apparebit. Optime de hoc discrimine infinitivi futuri et praesentis disseruit eruditissimus Sommerus in biblioth. critic. an. 1829. p. II. n. 143. — δικαίως δεῖξαι γεγραμμένα. Haec adverbii δικαίως collocatio non solum auctoritate codd., verum etiam usu oratoris praestat. Id enim ut fortius efferatur, interposito δεῖξαι seiunctum est a participio suo. Orat. de coron. 144. p. 275. καὶ γὰρ εὖ πρᾶγμα συντεθὲν ὄψεσθε. ubi vid. Dissenii adnot. — ἀσύμφορον ἂν εἴη. sc. κυροῦν ταῦτα vel τὸ ψήφισμα, ὃ γέγραφε. Ita Im. Bekkerus cum suis libris et recentiores editores omnes praeter Reiskium et Schaeferum, quibus ἀσύμφορα ἂν εἴη placet, quomodo sane in aliqua codd. parte legitur. Sed isti libri,

Digitized by Google

quibus obtemperarunt illi, in rebus quam plurimis deteriores sunt. §. 101 Nempe pluralem librarii finxerint, singulari offensi propter neutra, quae antecedunt in numero plurali, — ἔχει τινὰ — *λόγον. habet nonnihil excusationis, non est sine aliqua ratione.* Nam homines utilitatis specie ducuntur. Vid. §. 113. orat. II. c. Onet. 11. p. 879. καὶ γὰρ οὐδὲ λόγον τὸ πρᾶγμ' ἔχον ἐστί, — τούτῳ τοίνυν οὐδ' οὗτος ἐνέσται πρὸς ὑμᾶς ὁ λόγος. Haec ultima vv. ὁ λόγος editores Turicenses sine idonea causa tanquam subditicia deletum iverunt, me dissentiente id facientes. Praeterquam enim quod ὁ articulus a libro *E* et duobus deterioribus abest et substantivum λόγος praegressum iteratur, nihil est, quod tam levem suspicionem confirmet. Opponas eadem vocabula parvo intervallo non raro repeti et scribam illius libri ab omittendis istius generis voculis non abhorrere, sive id hoc loco prudens ac sciens fecerit sive cum negligentia. Certe satis firmatum censeo ὁ λόγος cum omnium fere codicum praesidio, tum potissimum oratoris in hac re dicendi consuetudine. Similiter loquutus est Demosthenes in Timocrat. 188. p. 759. ἐγὼ δὲ τὸν λόγον ἡγοῦμαι τοῦτον οὐδὲ καθ' ἓν λέγειν ἐνεῖναι τούτῳ. et Philipp. II. 13. p. 69. ἀλλὰ τοῦτον καὶ μόνον πάντων τῶν λόγων οὐκ ἔνεστ' αὐτῷ νῦν εἰπεῖν. pro Megapolit. 18. p. 206. οὐ γὰρ ἂν ἡγοῦμαι περὶ τούτου μόνον ἡμῖν εἶναι τὸν λόγον πρὸς ἐκείνους. in Mid. 38. p. 526. ἀλλ' οὐ Μειδίᾳ τούτων οὐδὲν ἔστιν εἰπεῖν. ibid. 41. p. 527. οὐκ ἐνέσται αὐτῷ λόγος οὐδὲ εἷς. Atqui sunt hae tam firmae et constantes loquutiones, ut, λόγος licet praegressum sit, non potuerit idem sermonis vocabulum in hoc genere dicendi recte omitti. — οὕτω γὰρ — μᾶλλον ἀσύμφορόν ἐστιν ἢ παράνομον. Est hoc aptum quoddam praemunitionis genus ad futuram orationem. Dum enim dicit, quamvis psephisma Aristocratis legibus repugnet, tamen id perniciosius esse quam iniquum, artificium singulare in eo agnoscimus, quod, postquam insolentiam eius et vitiositatem in omnes partes exposuit egregie, eam nunc declarat non tam apertam et perspicuam esse, quam detrimenta, quae ex eo civitati nascitura sint. Isto modo statim iis, quae nunc in secundo capite orationis demonstrare aggreditur, auctoritatem affert et fidem maximam: in quam rem legas quae admonet Aristides art. rhetor. p. 377. vol. IX. ed. Walz. Ἀποδείξας, inquit, τὸ παράνομον, ὑπολιπομένου ἐξετασθῆναι τοῦ ἀσυμφόρου, ἀξιοπίστως προσλαβὼν προεποιήσατο ἔτι καὶ τοῦ παρανόμου φανερώτερον τὸ ἀσύμφορον, τὸ ζητούμενον τοῦ ἀποδεδειγμένου ἐν οἷς λέγει „οὕτω γὰρ σφόδρα ἐναντίον τοῖς νόμοις τὸ ψήφισμα μᾶλλον ἀσύμφορόν ἐστιν ἢ παράνομον."

Digitized by Google

CONFIRMATIO CAPITIS SECUNDI.

§. 102—143.

§. 102 Postquam aptissima et gravissima primi capitis conclusione viam ad secundum sibi patefecit commode, nunc ex deliberationis partibus ostendit, inutile et turpe esse concedi eam rem, quae ab Aristocrate postulata sit; permagnum enim esse et magno civitati futurum detrimento, si, data Charidemo vitae tutela, res et facultates Cersobleptis, cuius ille dux sit, augeantur auctoque unius regno aequalitas potentiae in reges Thraciae divisa tollatur. Quod argumentum quum non sit e causa profectum, sed foris assumtum, id Demosthenes sua ipse arte et facultate oratoria invenit, quemadmodum supra p. 123. s. secundum praecepta veterum rhetorum exposui.

Ut autem in primo capite versatur genus iudiciale, quod in se accusationem violatarum legum habet, ita in hoc deliberativum: nam tria illa diversa genera dicendi nonnunquam in una oratione commixta sunt, ut in hac, quum in tertio capite accedat etiam demonstrativum: in quam rem dicendi magistri attenderunt, ut Aristides art. rhet. vol. IX. p. 398. *ὁ τοῦ Δημοσθένους λόγος ὁ τὴν φυλακὴν δοὺς Χαριδήμῳ τῶν τριῶν που μετέχει γενῶν· τὸ μὲν γὰρ τῶν παφανόμων μέρος ἄντικρυς ἐφ' ἑαυτοῦ δικανικόν ἐστιν, ἐλέγχοντος τὸν Ἀριστοκράτην, ὅτι παρὰ τοὺς νόμους εἴρηκε· τὸ δὲ αὖ περὶ τοῦ συμφέροντος συμβουλευτικόν τινα ἔχει τύπον, ὡς οὐ χρὴ Κερσοβλέπτην ἐᾶν μείζω γενέσθαι· τρίτον δὲ ἐπὶ τούτοις ἐστὶ τῷ ἐγκωμιαστικῷ τρόπῳ προσῆκον, Χαριδήμου φόγος ταῦτα πάντα εἰς ἓν περιΐσταται τὸ δικανικὸν γέγονέ τις αὐτῶν κρᾶσις καὶ μίξις τοιαύτη καὶ οὔτε τὸ ἕτερόν ἐστιν οἷον τὸ ἕτερον, ἀλλ' ὅσον τὸ πρᾶγμα ἐθέλει, τοσοῦτον διαφέρει, καὶ οὐδὲν ἀπέῤῥωγεν ἀλλήλων τὰ εἴδη, ὡς μὴ ὁμολογούμενον αὐτὸν ἑαυτῷ τὸν ἅπαντα εἶναι λόγον.* Jam quum deliberationis genus vel suadendo constet vel dissuadendo, quid aut possit fieri aut non possit, et eius finis sit utilitas, ut Aristoteli placet, ut Ciceroni, quocum consentit Quinctilianus, et utilitas et honestas, haec partim in hunc locum quam maxime cadunt, videlicet oratore dissuadente, quia psephisma Aristocratis non utile sit, ne comprobetur, quo facto Chersonesus incolumis non amplius intactaque permansura sit, deinde passim etiam maximeque ad extremum considerante, quae ex eo probato turpitudo sit consequutura, quod Athenienses Charidemum ad consilia sua conficienda tanquam satellites tutaturos eumque securum et Cersobleptem imperio auctum Graecos aggressuros esse exspectandum sit. Deliberativi generis rationes si cui libet cognoscere, legendi sunt Aristoteles art. rhet. I. c. 3. s.

Digitized by Google

auctor rhetor. ad Herennium III, 2. ss. Cicero de invent. II, 50. ss. §. 102
partitt. 20. ss. Quinctilianus institutt. orat. III, c. 8, denique Aristides art. rhet. vol. IX. p. 399, qui consultationis civilis has utilitatis partes constituit. *Τὸ δὲ συμφέρον*, inquit, *συνίσταται ἐκ τόκων τεσσάρων· οὗτοι δέ εἰσιν οἵδε, τήρησις ὧν ἔχομεν ἀγαθῶν, ἐκλῆψις ὧν οὐκ ἔχομεν ἀγαθῶν, ἀποφυγὴ τῶν περιστώντων κακῶν, κώλυσις τῶν ἐπιφερομένων κακῶν.*

Hunc autem orator servat ordinem confirmandi. Probe sciens, in qua re vis sit argumentationis suae, exorditur §. 102. et 103 a re ex intima Graecorum civitatum statu sumta, ex qua audientibus statim aperta fiat non dissimilis ratio Chersonesi. Docet enim, quemadmodum potentia in Graecia aeque divisa et quod singulos ibi potentes populos habere adversarios suos oporteat, Atheniensium securitati et auctoritati conducat, ita esse summum et firmissimum Chersonesi praesidium, si reges Thraciae inter se discordes sint ac nullus imperio praeponderet, quod futurum sit, si psephisma Aristocratis ratum fecerint, quo quidem opes et facultates unius Cersobleptis ad interitum ceterorum amplificentur. Quanta autem psephismatum sit vis atque auctoritas, demonstrat §. 104. exemplo Miltocydis, qui oppressus sit a Cotye, postquam a se animos Atheniensium alienatos viderit. Idem dicit §. 105 accidere posse regibus Thraciae eorumque ducibus, explicatque §. 106, si cesserint illi potentiae Cersobleptis atque hic invaserit ipsos Athenienses, neminem rebus eorum afflictis affuturum auxilio suo.

Quod si factum sit, pergit ostendere, civibus non esse utendum excusatione, se deceptos esse et circumventos. Si enim non essent in ceteris rebus prudentes neque per se ipsos res Thracum intelligerent, tamen considerare posse, quemadmodum Olynthii in Philippum agerent, qui initio ab hoc liberalius donati quam ipse a Cersoblepte, ei, quamdiu magnitudini eius confidere possent, favissent, nunc autem, quum eum ad iusto maiorem potentiam evectum viderint, longe absint a decernendo propter eius usum tale aliquid, quale ab Aristocrate decretum sit, ut adeo eius partibus relictis ad Athenienses se converterint. Turpe autem esse Athenienses rerum publicarum scientia inferiores deprehendi Olynthiis. Haec §§ 107. 108 et 109. exposuit.

Deinde refutat §. 110. id, quod Aristocrates forte opponat, nunquam Cersobleptem occupanda Chersoneso inimicitias Atheniensium susceptorum, quoniam bello cum iis impeditus parvos e suis possessionibus habiturus sit reditus, sed maiores, cum iis coniunctus. Refutat §. 111—114 ab exemplo Philippi Macedonis et Cotyis, qui duo

Digitized by Google

testes sint; homines cupiditate plura habendi neque veros amicos spectare, neque pericula refugere, sed hoc solum moliri, quomodo quae appetant prospere consequantur, non reputantes, tali se consilio facile in perniciem ruere. Denique suadet §. 115., ut in eam consultationem venerint, quomodo Cersobleptl, si eo, quo deceat, erga ipsos sit animo, nulla ab iis fiat iniuria, sin temere eos laedere conetur, ut ne maior sit, a quo non possit poena repeti. Et postquam duas Cotyis epistolas recitavit, in quarum una ille in angustis rebus versans obnoxium se Atheniensibus, in altera rebus secundis elatum et infensum praebuit, et §. 116. consimilem Philippi agendi rationem contulit, cives §. 117. adhortatur, ut Cersobleptl non aliam fidem habeant, quam qua, etiamsi velit, nocere non possit.

Iam a §. 118. ostendit, omnino non esse sanorum hominum, istiusmodi psephismata scribere et talia quibusdam tribuere dona. Nam faciamus, ut iis talia concedatis, quia se benevolos erga vos praestiterint, tum poteritis, si sententiam illi mutaverint, in angustias adduci, siquidem nulla poena ab iis exigi possit. Huius rei confirmandae rursus exempla profert Cotyn. §. 119., Alexandrum Pheraeum §. 120., Philippum Macedonem §. 121., qui si nacti fuissent talia psephismata, quale nunc Aristocrates Charidemo consequi studet, Athenienses eo redacti fuissent, ut, quo se verterent, nescivissent. Docet eos postremo §. 122., quo animo ament alios, quoque oderint.

Tum §. 123. alias ostendit difficultates, quibus laboraturi sint Athenienses, si dederint Charidemo, quod Aristocrates vult. Idem alios postulaturos sibi tribui iure cuiuscunque beneficii in eos collati: quo concesso inscios Athenienses satellitum more illorum salutem tuturos et denegato facturos iis copiam conquerendi. Magis laboraturos §. 124., si principes et potentissimi homines, ut talia sibi decernantur, petituri sint, quia ista praerogativa data usuri sint ad libertatem Graecorum opprimendam, cuius tutela ipsis demandata sit. Denique exponit §. 125., qualis esse debeat, cui tale quid tribuendum sit. Non esse autem talem Charidemum, ac ne fide quidem dignum, quod ostenderat est.

Videlicet Charidemo dicit §. 126. non confidendum esse, quia unus ex hominibus militaribus sit, qui spe lucri moti eo, ubi maius sibi videant proventurum, ire soleant. Huius rei testem esse Pythonem §. 127., qui civitate ab Atheniensibus donatus iisque addictus, quum quaestui inserviens fortunas Philippi suis optatis melius respondere arbitraretur, ad hunc se converterit, non amplius cogitans de rebus priorum amicorum. Addit cum gravitate, avaritiam huius generis hominum cautiones habere prudentium. Ut autem, quod tamen

Digitized by Google

non est, confidendum sit ipsi Charidemo, cum tamen ex arbitrio pendere Cersobleptis et psephismatis privilegio illius commodi causa abscurum esse, cui neque ab illo neque ab Atheniensibus fides adhibenda sit. Et ut intelligant audientes, quod evenire possit Charidemo a Cersoblepte, advertit eos §. 129. 130. 131. 132. ad id, quod a Cotye acciderit Iphicrati. Illum quamvis cum hoc necessitudine iunctum adeoque servatum ab eo, tamen non prospexisse eius saluti, sed maiora postulantem quam iam ei praestitisset eaque Atheniensibus noxia, in summas eum redegisse angustias. Et si Cersobleptes ista securitate, quae Charidemo nunc comparetur, auctus illum negligat, detrimentum inde civibus factum non compensari eo, quod Charidemus deceptus sit. Iste autem si non animadvertat talia et prospicias et tamen talia psephismata assequi studeat, insidiari sibi ne ei permittant Athenienses admonet §. 133. 134., sin non animadvertat, quo quis eum benevolentiorem esse putet, ei tanto magis et sui et illius curam habendam esse. Hoc usus dilemmate exponit, quid in tali re veri amici facturi sint.

Neque id se pergit §. 135. intelligere posse, Cersobleptem, si barbarus sit et infidus, tamen curaturum, ne tantam iniuriam inferat Charidemo. Id rursus comprobat §. 136. 137. exemplo Cotyis, qui quamquam se multis bonis Iphicratem spoliaturum putaverit, eius tamen nullam rationem habuerit, idque nullo pacto a Cersoblepte exspectandum esse, quum Charidemus non liberos, non imaginem, non cognatos ac nihil Athenis habeat, quod ei hanc urbem caram faciat. Idcirco nullam causam esse, cur Charidemus in perniciem Atheniensium adiuvandus sit.

Ad extremum §§. 138—140. docet tale psephisma si ratum fiat, urbi ignominiam afferre. Nam Charidemum, ducem mercenariorum, more istorum hominum non certo utentem domicilio, sed sub imperio Thracis stipendia merentem, circumire per Graecas urbes hostili animo in iisque dominari velle, et si tutus sit Atheniensium praesidio, neminem Graecorum, qui servare vellet libertatem suam, in eum quidquam facere posse. Hinc per Athenienses eventurum esse Graecis Europam incolentibus, quod pace Antalcidea Graecis Asiaticis per Lacedaemonios. Denique a §. 141. usque ad 144. exemplo probabiliter exponit, quantam consequtura sit urbs turpitudinem, si facilis fuerit in concedenda Charidemo re postulata.

Hoc rerum praecipuarum ordine explicato non inutile erit ad singula mentem attendere, quae artem argumentationis attingunt. Cuius quum duplex sit forma aut *ἐνθυμηματικὴ* aut *παραδειγματικὴ*, ut dicit Aristoteles art. rhet. I, 2. *πάντες τὰς πίστεις ποιοῦνται διὰ τοῦ δεικνῦ-*

Digitized by Google

ναι ἢ παραδείγματα λέγοντες ἢ ἐνθυμήματα, et παραδείγματα adhibeant oratores inter artificia demonstrationis, ubi non habent ἐνθυμήματα, ut idem ille magister dicendi art. rhet. II, 21. praecipit. Δεῖ δὲ χρῆσθαι τοῖς παραδείγμασι μὴ ἔχοντα μὲν ἐνθυμήματα ὡς ἀποδείξουν· ἔχοντα δὲ ὡς μαρτυρίοις ἐπιλόγῳ χρώμενον τοῖς ἐνθυμήμασι· levi conspectu cognoscimus, totum hoc caput, etsi altera illa argumentandi ratio in eo non deest, tamen multo plus firmamenti et roboris habere in exemplis. Certior quidem est prior illa ratio, quia necessario demonstrat magisque perturbat, quam altera: sed ad persuadendum non minus valere orationes, quae exemplis constent, quia facillime ad consentiendum homines ducuntur experimentis, rursus contendit Aristoteles art. rhet. I. c. 2. πιθανοὶ μὲν, inquit, οὐχ ἧττον οἱ λόγοι οἱ διὰ τῶν παραδειγμάτων, θαρροῦνται δὲ μᾶλλον οἱ ἐνθυμηματικοί. Cf. Quinctil. institutt. orat. III. 8. 35. Quum enim exemplorum usu eius rei, qua de quaeritur, cum eo, de quo constat, collatio fiat eiusmodi, ut id, de quo quaeritur, rei, de qua constat, simile esse videatur, et id, quod confertur, ad praeterita pertineat, eius autem, cui confertur, eventus exspectetur demum, et plerumque videantur respondere praeterita futuris, inde efficere studet orator, probabile esse, ut eiusmodi aliquid, quod prius factum sit, etiam nunc fiat, ideoque experimentum vel quoddam rationis testimonium habetur. In eam partem id accipiendum est, quod Aristoteles §. 17. l. c. dicit, exemplum, quo demonstretur, cuiusmodi aliquid eventurum sit, ita se habere ad rem probandam, hoc est, ad eventum alium similem, ut pars se habeat ad partem, ὡς μέρος πρὸς μέρος, ὅμοιον πρὸς ὅμοιον; ibique addit haec: ὅταν ἄμφω μὲν ᾖ ὑπὸ τὸ αὐτὸ γένος, γνωριμώτερον δὲ θάτερον ᾖ θατέρου, παράδειγμά ἐστι· οἷον, ὅτι ἐπεβούλευε τυραννίδι Διονύσιος, αἰτῶν τὴν φυλακήν· καὶ γὰρ Πεισίστρατος πρότερον ἐπιβουλεύων ἤτει τὴν φυλακὴν καὶ λαβὼν ἐτυράννευσε· καὶ Θεαγένης ἐν Μεγάροις· καὶ ἄλλοι, ὅσους ἴσασι, παράδειγμα πάντες γίγνονται τοῦ Διονυσίου, ἂν οὐκ ἴσασί πω, εἰ διὰ τοῦτο αἰτεῖ. Πάντα δὲ ταῦτα ὑπὸ τὸ αὐτὸ καθόλου, ὅτι ὁ ἐπιβουλεύων τυραννίδι, φυλακὴν αἰτεῖ.

Deinde animus est attendendus, quam apte elegerit exemplorum copiam. Id enim quod praecipiunt dicendi magistri, esse debere nota auditoribus exempla et certa et ad rem probandam accommodata, scite observavit orator. Ea etiam, quemadmodum debent, insignia sunt et perspicuitate et evidentia et brevitate. Et quoniam plurima partim e rebus Thracum partim ex historia Athenienſium sumta ad recens facta pertinent eoque notiora sunt, idcirco multum debebant auctoritatis et magnam probandi vim in animis audientium habere.

Digitized by Google

De quibus virtutibus vide quae disputarunt Apsines apud Walzium vol. IX. p. 517. et Minucianus ibid. p. 602. Neque vero exempla nuda ponit, sed adlicit similitudinum, quibus res inter se conveniunt, eventumque, qui e collatis sequuti sunt, subtilem explicationem, adhibita apte varia, ac diversa inter se connectendi et copulandi arte interpositisque praeter alias ornamentorum rationes prudentissimis ad mores hominum et ad res publicas administrandas et omnino ad vitam utilibus sententiis et praeceptis, ut eius oratio gravitatem, dignitatem, splendorem et vigorem ubique ostendat, quales virtutes generis deliberativi in primis esse solent. Vid. Hermogen. de ideis vol. III. p. 370. ed. Walz. — Haec hactenus. Iam veniamus ad ipsa verba oratoris. §. 101

§. 102. *Βούλομαι δ' ἤδη καὶ τοῦτ' ὑμῖν ἐπιδεικνύναι.* Ita Σ et alii boni libri, quos sequuti sunt novissimi editores; Reiskius cum editt. antiquis scripserat *Βούλομαι δὲ καὶ*, omissa *ἤδη* particula, quae etiam in quatuor Bekkeri libris deest. Solet ita transire ad aliud orator, ut orat. in Androt. 47. p. 667. *Βούλομαι δὲ καὶ τὰ πολιτεύματα ἐξετάσαι τοῦ καλοῦ κἀγαθοῦ τούτου.* cf. orat. de coron. 270. p. 316. in Timocrat. 122. p. 738. ibid. 139. p. 743. c. Pantaen. 45. p. 979. *Βούλομαι δ' ὑμῖν καὶ δι' ὧν τοὺς πρότερον δικαστὰς ἐξαπατήσας εἶλε τὸν Εὐεργον εἰπεῖν.* c. Euerg. et Mnesib. 18. p. 1144. *Βούλομαι δ' ὑμῖν — καὶ τὴν δίκην διηγήσασθαι.* c. Polycl. 41. p. 1219. *Βούλομαι δ' ὑμῖν καὶ τεκμήριόν τι εἰπεῖν.* add. orat. in Neaer. 74. p. 1370. 78. p. 1371. Sed quia his verbis secunda orationis pars incipit, bene cum vi additum est *ἤδη*, id est, *postquam de violatis legibus dixi, nunc volo etiam hoc demonstrare.* Recurrit eadem particula principio tertiae partis §. 144. *Βούλομαι τοίνυν ἤδη καὶ τὰ πεπραγμένα ἐξετάσαι τῷ Χαριδήμῳ διὰ βραχέων.* Deinde quod in margine duorum librorum pro *δ' ἤδη* scriptum est *δὲ δή*, id abhorret ab hoc transeundi genere: satis esset *βούλομαι δὴ καὶ τοῦτ' ὑμῖν ἐπιδεικνύναι.* id est, *iam volo*, ut orat. in Timocr. 17. p. 705. *Βούλομαι δὴ μικρὰ διεξελθὼν περὶ τῶν κειμένων νόμων — λέγειν.* orat. de fals. legat. 177. p. 396. *Συλλογίσασθαι δὴ βούλομαι τὰ κατηγορημένα ἀπ' ἀρχῆς.* in Mid. 77. p. 539. *Βούλομαι δὴ καὶ περὶ ταύτης ὑμῖν ἐξ ἀρχῆς εἰπεῖν καὶ διηγήσασθαι.* Addo tertiam in tali transitione usitatam dicendi formam, *βούλομαι τοίνυν ὑμῖν κἀκεῖνο διηγήσασθαι.* orat. in Timocr. 212. p. 765. cf. orat. in Mid. 10. p. 517. c. Spud. 11. p. 1031. c. Euerg. et Mnesib. 49. p. 1154. c. Timoth. 65. p. 1208. Atque ita saepius. — *ὡς διὰ βραχυτάτου λόγου.* Ita solent loqui, nunquam *διὰ ὡς βραχυτάτου λόγου.* Antiphon accusat. venef. 18. p. 113. *πειράσομαι τὰ λοιπὰ*

Digitized by Google

§. 102 *ὡς ὀν βραχυτάτοις ὑμῖν διηγήσασθαι.* Thucyd. III, 46. *ὅτι ὀν βραχυτάτῳ.* Demosth. de coron. 246. p. 309. *ταῦθ' ὡς ὡς ἐλάχιστον συστεῖλαι.* Praepositio in his coalescit cum superlativo in formamve unius vim, ut de traiectione *ὡς* et *ὅτι* particularum vix cogitandum sit. Exempla larga manu dabunt Schaeferus ad Demosth. orat. de coron. p. 321. v. 26. Kruegerus adnot. ad Xenophont. Anab. II, 5, 7. Poppo observatt. crit. in Thucydid. p. 223. — *γνώριμον πᾶσιν ὑμῖν.* Reiskius cum Augustano I. *πᾶσιν γνώριμον ὑμῖν* scripsit, quem ordinem quominus rectum putemus, obstat ceterorum librorum auctoritas et ratio verborum collocandorum: nam vocabula *πᾶσιν ὑμῖν* in hac dicendi formula seiuncta apud Demosthenem nusquam invenimus; deinde *γνώριμον* ante *πᾶσιν* poni oportet, quum vis praecipua in eo hic sita sit: orator enim, ut quam breviseime quod vult ostendat, exemplum quod notum sit omnibus qui audiunt affert. Persimilis causa postposita dativi est Olynth. III, 23. p. 34. *ἔσται δὲ βραχὺς καὶ γνώριμος ὑμῖν ὁ λόγος.* orat. in Mid. 10. p. 517. *καὶ γὰρ ἐκ τούτου φανερὰ πᾶσιν ὑμῖν ἢ τι τῶν ἄλλων ὑμῶν ἐβλάβη γενήσεται.* de coron. 19. p. 231. 85. p. 254. *ὅταν ᾖ νέα καὶ γνώριμα πᾶσι τὰ πράγματα.* add. orat. pro Megapol. 10. p. 204. c. Leptin. 83. p. 482. ibid. 162. p. 506. Contra recte priorem dativus locum obtinet orat. de coron. 199. p. 294. de Rhod. libert. 29. p. 199. *καὶ παράδειγμα λέγειν ἔχω τοίνυν πᾶσιν ὑμῖν γνώριμον.* adv. epistol. Philipp. 1. p. 152. in Mid. 40. p. 550. in Androt. 13. p. 597. in Olympiod. 39. p. 1178. *τεκμήρια λέγων ἀληθινὰ καὶ πᾶσιν γνώριμα.* ubi *γνώριμα* separatum ab *ἀληθινὰ* interposita voce *πᾶσιν* maiorem vim accepit. — *Ἴσθ' ὅτι συμφέρει τῇ πόλει — τοῖς δ' ἄλλους τινὰς εἶναι.* Explicatius hic exponit, quod brevius supra §. 8., ubi vide adnotat. Add. Iacobsii not. ad princip. orat. pro Megapol. Quos ad extremum dicit *ἄλλους τινὰς* Lacedaemoniorum adversarios, ii orat. de coron. 18. p. 231. *οἱ μισοῦντες Λακεδαιμονίους* appellantur et intelligendi sunt Arcades, Messenii, Argivi. Vid. Dissenii not. ad h. l. p. 184, qui Pausan. IV, 28, 1, 2. et Winiewskii comment. p. 148. ss. affert. — *ἡμῖν ὑπάρχει.* Sic cum optimis libris etiam editores Turicenses, nec displicet Schaefero. Aptissimus est enim usus pronominis primae personae, ubi orator de civitate loquitur eiusque dignitatem sentit; iure ibi se ipsum complectitur nihilque refert, quod persona secunda et antecedit et statim post sequitur. Etenim in orat. pro Megapol. 5. p. 204., ubi de eadem re agit, *ἡμεῖς* utitur, veluti *οὕτω γὰρ ἂν ἡμεῖς μετὰ πλείστης ἀδείας εἴημεν.*

§. 103. *τοῦτο — ταὐτό.* Male nonnulli codd. habent *ταὐτο — τοῦτο*, quae pronominum collocatio h. l. valde aliena est. Probat

tamen eam etiamnum non obsequutus Im. Bekkero solus Schaeferus, §. 108 locum apponens ex hac ipsa oratione §. 109., in quo nihil inest approbationis. Ibi enim in ταὐτὸ, sicuti orat. c. Leptin. 117. p. 492. *εἰ μὲν γάρ τις ἔχει δεῖξαι κἀκείνους ὧν ἔδοσαν τῷ τι τοῦτ' ἀφῃρημένους, συγχωρῶ καὶ ὑμᾶς ταὐτὸ τοῦτο ποιῆσαι.* in Mid. 33. p. 524. Herod. I, 198. *ταὐτὰ δὲ ταῦτα καὶ Ἀράβιοι ποιεῦσι.* Aristoph. Nub. 234. *πάσχει δὲ ταὐτὸ τοῦτο.* Xenoph. Cyrop. I, 6, 17. *καὶ ἐκεῖνοι αὖ ταὐτὸ τοῦτο ἔπραττον*, hic autem in τοῦτο vis sententiae posita est, quod iam inde manifestum fit, quod verba in fine enunciationis collocata *μηδένα εἶναι τῶν Θρακῶν ἰσχυρόν* continent pronominis demonstrativi explicationem. Sententia haec est: *quae populorum in Graecia conditio Athenis saluberrima est ad potentiam, hanc eandem Thraciae populorum putate maximo praesidio esse civibus nostris Chersonesum incolentibus.* De discrimine, quod inter τοῦτο — ταὐτὸ et ταὐτὸ τοῦτο est, vide Stallbaumii adnot. ad Plat. Eutyphr. p. 55. et Bornemannum ad Xenoph. Anab. VII, 3, 3. — *τοῖς Χερρόνησον οἰκοῦσι τῶν πολιτῶν* i. e. *κληρούχοις*, de quibus Libanius argumento ad Demosth. orat. de Cherson.: *εἰς ταύτην ἀπέστειλαν κατὰ τοὺς Φιλίππου καιροὺς κληρούχους ἑαυτῶν. ἔθος δὲ ἦν τοῦτο παλαιὸν τοῖς Ἀθηναίοις, ὅσοι πένητες ἦσαν αὐτῶν καὶ ἀτίμωνες οἶκοι, τούτους πέμπειν ἐποίκους εἰς τὰς ἔξω πόλεις τὰς ἑαυτῶν. — ἡ γὰρ ἐκείνων πρὸς ἀλλήλους ταραχὴ.* Orat. de coron. 19. p. 231. *πάντας συνέκρουε καὶ πρὸς αὐτοὺς ἐτάραττεν.* ibid. 151. p. 277. *ἐγκλήματα καὶ πόλεμος πρὸς τοὺς Ἀμφισσεῖς ἐταράχθη.* Cum his conferas *τὴν πρὸς ἀλλήλους ἔριν.* Philipp. III. 14. p. 114. et orat. de symmor. 12. p. 181. *τὰς πρὸς ὑμᾶς καὶ ἀλλήλους διαφοράς.* Plat. de rep. VIII. p. 560. A. *στάσις — καὶ μάχη ἐν αὐτῷ πρὸς αὐτὸν τότε γίγνεται.* Vid. Ruhnkenii praefat. ad Schelleri lexic. p. 86. — *τὸ τοίνυν ψήφισμα τουτί — ἰσχυρὸν καθίστησιν.* Haec verba Hermogenes de id. I. c. 11. p. 273. s. vol. III. ed. Walz. ex memoria exposuit ad exemplum copiosae et productae dicendi formae. *Ὅταν τε οὖν*, inquit, *αὐτοὶ ἑαυτοῖς ἐπεμβάλλωνται οἱ μερισμοὶ, μεσότητα ποιοῦσι, καὶ ὅταν ἀλλήλων ἐξηρτημένοι ὦσιν· οἷον, τοῦτο τοίνυν τὸ ψήφισμα τῷ μὲν ἑνὶ τῷ Κερσοβλέπτῃ συμπράττοντι τὴν ἀρχὴν Χαριδήμῳ ἀσφάλειαν διδὸν, τοῖς δὲ τῶν ἑτέρων βασιλέων στρατηγοῖς φόβον καὶ δέος, μή τινα αἰτίαν ἔχωσι, παρισιὰν· εἶτα πρὶν ἀπολῦσαι τὴν διάνοιαν ἐπισυνῆψεν, ἐξαρτήσας τοῦ προτέρου ἄλλον μερισμὸν, τοὺς μὲν ἀσθενεῖς, τὸν δ' ἕνα ὄντα ἰσχυρὸν καθίστησι. μεστὸν οὖν ἐποίησε τὸν λόγον.* Item Tiberius de figuris p. 565. vol. VIII. ed. Walz., ubi de *συζυγίᾳ* loquitur, laudat eorum artificiosam membrorum et incisorum connexionem. — Forma *διδοῦν*

Digitized by Google

§. 103 ex antiquis editionibus Demosthenis notata citerioris graecitatis propria fuisse Schaefero videtur; ea etiam in nonnullis duorum illorum rhetorum codd. reperitur. Idem ille statuit de forma παριστᾶν accentu circumflexo scripta, itidem in libris Hermogenis et Tiberii inventa. — φόβον καὶ δέος. Similiter iuncta haec sunt orat. in Mid. 124. p. 555. δέει καὶ φόβῳ. Herod. IV, 115. φόβος τε καὶ δέος. Plat. Protag. p. 358. D. προσδοκίαν τινὰ λέγω κακοῦ τοῦτο, εἴτε φόβον εἴτε δέος καλεῖτε; item verba δέδοικα et φοβοῦμαι orat. in Mid. p. 579. iuncta vides: οὐδὲ δέδοικα οὐδὲ φοβοῦμαι τὸν μέλλοντα ἀγῶνα. Cf. quae affert exempla Valkenarius ad Ammonium s. v. δέος, Stallbaumius ad Platonis Eutyphr. p. 78., et ad Protagor. l. c. Adde Xenophontis Cyrop. III. 1, 24., Plutarch. de sera numin. vindicta p. 61. ed. Wyttenb. τοὺς φέγοντας φοβοῦνται καὶ τοὺς ἐπαινοῦντας δεδίασιν. Magnam synonymorum copiam dedit Lobeckius in paralip. gramm. gr. p. 60. n. 68. Differunt φόβος et δέος sensu aliquantum, ut Latinorum *timor* et *metus*, quorum illud ignaviae et imbecillitatis, hoc sollicitudinis et cautionis vim adsciscit: de quibus accurate et subtiliter disputavit Doederlinus in libro synonymorum p. II. p. 191 — 194., unde apparet Schaeferi error p. 579. v. 6. nullam harum vocum significationis diversitatem statuentis. — ἕνα ὄντα Schaeferus sic: Male omisit Tiberius. Hoc enim ipso ille potentior, quod unus regnat.

§. 104. ἵνα δὲ μὴ πάνυ θαυμάζητε. Reicit id quod quis obtrudere poterat, non tanta auctoritate esse, quae in psephismatis scripta sint. Quantum ea valeant, probat exemplis. Vid. adnot. Ulpiani ad h. l. Μὴ πάνυ et οὐ πάνυ si explicamus per μηδαμῶς, ut Schaeferus hoc loco, et alterum per οὐδαμῶς, fortius negamus et totus qui ex iis elucet urbanitatis color exstinguitur. Quippe hae dicendi formae ad eas pertinent, quibus aliquid lenius exprimitur, quam intelligi debet, sed quomodo id intelligi debeat, in loquendo sono vocis indicatur. Plat. Menon. p. 71. C. οὐ πάνυ εἰμὶ μνήμων. i. e. *nicht bin ich mit einem ganz guten Gedächtniss versehen.* Phaedon. p. 63. C. καὶ τοῦτο μὲν οὐκ ἂν πάνυ διϊσχυρισαίμην· i. e. *dies werde ich nicht sonderlich behaupten*, ubi si diceremus *durchaus nicht*, asperius diceremus. Add. Plat. Lach. p. 189. C. Xenoph. Memor. III, 1, 11. Oecon. VII. 1. Demosth. Olynth. III. 21. p. 34. de Cherson. 2. p. 90. Quare non in negatione ea vis est, ut cum Buttmanno gr. p. 135. n. 2. Passovio lexic. s. v. οὐ, et Hartungio de particulis graec. II. p. 87. contendamus, eam, quia coalescat cum πάνυ, huius notionem non solum negare, sed plane in contrarium convertere. Id quam falsum sit, iam inde apparet, quod negatio non

Digitized by Google

ubique cum πάνυ coniuncta est, ut Xenoph. Cyrop. 1, 6, 21. οὔτε §. 104
ζημίαις πάνυ τι θέλουσιν εἶκειν, οὔτε δώροις ἁλίσκεσθαι. ibid. I, 1. 1. καὶ ὅμως οὐδὲ τοῖς ἀλίγοις τούτοις πάνυ τι δυναμένους χρῆσθαι τοὺς δεσπότας. Cf. Hellen. III, 2, 2. et orat. in Neaer. 7. p. 1347. Adiectum τι ad πάνυ pertinet, non ad negationem, quod Kruegero ad Xenoph. Anab. V. 9, 26. visum est; hoc certe liquet e Platonis Phaedone p. 57. A. οὐδεὶς πάνυ τι ἐπιχωριάζει τὰ νῦν Ἀθηνάζε. — καὶ ὃ. Male ὃ καὶ in nonnullis libris exstat. Vid. adnot. ad §. 93. p. 317. s. — *Μιλτοκύθης ἀπέστη Κότυος.* Orat. c. Polycl. 5. p. 1207. *Μιλτοκύθης δ' ἀφιστήκει ἀπὸ Κότυος καὶ πρέσβεις ἐπεπόμφει περὶ συμμαχίας, βοηθεῖν κελεύων καὶ τὴν Χερρόνησον ἀποδίδους.* Haec Olymp. 104, 3. (ante Chr. n. 362) archonte Molone facta sunt. Vid. Henr. Clintonis Fast. Hellen. ed. Krueger. p. 123. Franc. Winiewski commentarios histor. et Chronolog. p. 194. N. — *τοῦ πολέμου.* quod gerebant Athenienses de recuperanda Chersoneso. Vid. Winiewski l. c. — *Ἐργοφίλου.* Dux classis Atheniensium in Thracia fuit, ut ex orat. de fals. legat. 180. p. 398. apparet. Schaeferus citat. Harpocrat. p. 75. ed. Lips. et Photium c. 16., qui illum nonnisi στρατηγὸν Ἀθηναίων fuisse dicunt. Ἀπηλλαγμένος dictum est, ut ἀπαλλαγεὶς τῆς στρατιᾶς et ἀπὸ τῆς στρατιᾶς apud Xenophontem. — *Αὐτοκλέους.* Orat. c. Polycl. 12. p. 1210. *προσταχθέν μοι ὑπὸ τοῦ δήμου Μένωνα τὸν στρατηγὸν ἄγειν εἰς Ἑλλήσποντον ἀντὶ Αὐτοκλέους ἀποχειροτονηθέντος.* pro Phorm. 54. p. 961. de fals. legat. 180. p. 398. *δι' οὗ.* Hier. Wolfius *δι' ὃ*, nullo, ut videtur, libro auctore, idcirco fortasse scripsit, quod paulo post *δι' αὐτὸ* sequitur. Utrumque h. l. dici potest, sed genitivus aptior est ad significandam psephismatis vim et auctoritatem, quo effectus sit Miltocythis interitus. Vid. Engelhardti adnott. ad Demosth. oratt. p. 21. et Ruediger. ad Demosth. Philipp. p. I. p. 157. Accusativus causam remotam significat. — *οὐ προσέχειν αὐτῷ.* Sic etiam Schaeferus cum Reiskio: editores Turicenses Im. Bekkerum et Dindorfium sequuti sunt. Utrumque h. l. dici licet, alterum ex animo oratoris, alterum ad proximum subiectum relatum, sed ex librorum auctoritate praeferendum est illud. Malim *αὐτοῖς* etiam orat. c. Polycl. 5. p. 1207. *Προκοννήσιοι δὲ σύμμαχοι ὄντες ἐκέκευον ὑμᾶς ἐν τῷ δήμῳ βοηθῆσαι αὐτοῖς.* et Lycurgi orat. in Leocrat. 150. p. 169. *νομίζετε οὖν, ὦ Ἀθηναῖοι, ἐκτίνειν ὑμῶν τὴν χάριν καὶ τὰ δένδρα —, ἀξιοῦν δὲ καὶ τοὺς νεὼς καὶ τὸ ἱερὸν βοηθεῖν αὐτοῖς.* His quoque duobus locis Im. Bekkerus, intimae quam graecae linguae usum magis sequens, *αὐτοῖς* scripsit, ut saepe invitis optimis libris. — *τοῦ τε ὄρους τοῦ ἱεροῦ.* Castellum fuit in maritima Thraciae ora, situm, quod Cotys illo tempore

§. 104 Miltocydi cum omnibus ibi congestis opibus eripuit. Vid. Valesium ad Harpocrat. p. II. p. 316. ed. Lips., Taylor ad Aeschin. p. 268. n. 61. Winiewskii comment. p. 124. Ruedig. comment. histor. ad orat. de Cherson. p. 171. — καὶ γάρ τοι. Harum particularum si quaerimus quae propria sit ratio et vis, nihil proficimus vertendo *etenim profecto, et vero ita est, namque*, neque explicatione τοιγάρτοι, quam Schaeferus fere ubique apud Demosthenem dedit. Καὶ in hac coniunctione significat *etiam* et pertinet ad proximum aliquid: τοὶ particulae causali cum restrictione quadam adiungitur. Quare ubique particulae istae reddi possunt apud nos: *denn nur so geschah es, dass auch.* — οἱ δὲ χρόνοι — ἐξελιλύθεσαν. Verba sic coniungas cum Schaefero: οἱ χρόνοι τῆς γραφῆς κατὰ τοῦτο τὸ ψήφισμα εἰπόντος. Haec fortasse adhiberi licet ad scripturam fulciendam orat. c. Leptin. 144. p. 501. ἐξῆλθον οἱ τῆς κρίσεως χρόνοι. ubi Im. Bekkerus τῆς κρίσεως delevit, nonnullis bonis libris adiutus. Ἐξέρχεσθαι et ἐξήκειν in hac re usitata differunt a παρέρχεσθαι, ut Latinorum *praeterire* et *exire*: nos dicimus: *der Termin ist abgelaufen.* Quod ad rem attinet, lege cautum erat, ne latores psephismatum exacto a psephismate lato anno ἕκτοι τῇ τῶν παρανόμων γραφῇ essent. Vid. Schoemanni libr. de comitiis Atheniens. p. 278. n. 64. Schoemannus et Meierus de ordine iudic. Atheniens. p. 637. n. 18. Petiti leges Att. p. 183. ss. C. Fr. Hermanni antiqq. publ. §. 153. n. 9. — ἀπολώλει. Scriptura ἀπωλώλει reperitur, ut h. l., etiam in libris orat. de coron. 49. p. 242. de fals. legat. 59. p. 359. 97. p. 372., sed ubique altera forma, quae augmentum in fronte non habet, auctoritate codd. bonae notae iure servata est. Vid. Schaeferum ad hos locos et ad Philipp. III. p. 114. 12. Nam quum utraque forma in usu fuerit apud scriptores Atticos, recte ii faciunt, qui codd. optimos sequuntur. Vid. Matthiaei gr. gr. p. I. p. 307. Goettlingium ad Theodos. p. 247. s. et Buttmanni gr. ampl. p. I. p. 333. et 339.

§. 105. εἰ μὴ λύσειε. Falsum esse apud Demosthenem λύσηι coniunctivum, quem optimi libri, etiam cod. Parisinus, habent cum εἰ coniunctum, docet Godofr. Hermannus ad Viger. p. 831. Cf. Bremi adnott. ad Lysiae et Aeschinis oratt. select. p. 141. 402. Vid. Schneideri not. ad Platon. rep. IX. p. 597. D. — θαυμαστὴ — ὠθυμία. Affert Schaeferus φόβον — θαυμαστόν, quod paulo post §. 106. legitur. Est insolens demissio animi. Sic dicitur θαυμαστὰ δρᾶν, ἐργάζεσθαι, et μεγάλα καὶ θαυμαστά, δεινὰ καὶ θαυμαστὰ coniunguntur. — παρεωρᾶσθαι. Quod in uno libro exstat παρεῶσθαι, inventum docti librarii est. Eadem scripturae diversitas Olynth. II, 18. p. 23. reperitur. Ut illic nunc receptum est παρεῶσθαι, ita hoc loco praestat

Digitized by Google

illud, quia ἀποκλίνειν sequitur. — παραχωρήσονται. Χωρεῖν elusque §. 105
composita in numero eorum verborum sunt, quorum duplex futurum Atticis usitatum est: de qua re Schaeferus Popponis observationes in Thucyd. p. 149. citat. — πάλιν ὁρᾶτε. quod iam vidistis Miltocyde oppresso.

§. 106. ὃ μᾶλλον ἐλπὶς ἢ μὴ δυνηθέντα ποιῆσαι. Haec scriptura primum ab Im. Bekkero ex optimis libris restituta, deinde recepta ab editoribus novissimis, ad concinnitatem orationis peropportuna est. Magna est hic variantium lectionum discrepantia, una ex altera depravata. Ex ἐλπὶς αὐτὸν certe ἐλπίσαντα originem traxisse videtur, quo orto εἰκὸς additum est ad orationem fulciendam. De coniecturis Reiskii et Marklandi nihil dicendum: tam malae sunt. Schaeferus vim illorum verborum bene sic expressit: *quod magis exspectes facturum quam, si possit, non facturum esse.* Ἐλπίδα et ἐλπίζειν non raro exspectandi potestatem habere, dictum est supra, §. 58. p. 287. Citatis ibi doctis hominibus, qui de hac re disputarunt, adiunge God. Hermannum ad Aiac. 786. Dissenium ad Pindar. Nem. I. 32. p. 364. Stallbaumium ad Plat. Apolog. p. 36. A. Infinitivum aoristi post verba sperandi, pollicendi et cognatae significationis pluribus illustrarunt, quos Matthiaeus gram. gr. p. 951. n. 1. laudat. Homeri Odyss. II. 280. ἐλπωρή τοι ἔπειτα τελευτῆσαι τάδε ἔργα. Aeschyl. Sept. adv. Theb. 349. ἐλπίς ἐστι νύκτερον τέλος μολεῖν. Thucyd. IV, 70. λέγων ἐν ἐλπίδι εἶναι ἀναλαβεῖν Νίσαιαν. h. e. *sibi spem esse recuperationis Nicaeae.* Plat. de rep. II. p. 369. A. Οὐκοῦν γενομένου αὐτοῦ ἐλπὶς ὠπετέστερον ἰδεῖν ὃ ζητοῦμεν; et quae ibi e Platone expromsit Stallbaumius. Lycurg. orat. in Leocrat. 60. p. 155. ἐλπὶς ἐκ τοῦ κακῶς πρᾶξαι μεταπεσεῖν. i. e. *spes mutationis infortunii.* Demosth. Olynth. I. 15. p. 13. σκοπεῖσθε, εἰς τί ποτ' ἐλπὶς ταῦτα τελευτῆσαι. Isocrat. 141. p. 70. πολὺ πλείων ἐλπίς ἐστιν ἕτερον ἀποστῆναι. i. e. *maior spes est defectionis alius.* Lys. pro bonis Aristoph. 8. p. 152. ἡ ὑπόλοιπος ἐλπὶς ἦν, ὑπὸ τοῦ πάππου ἐκτραφῆναι. quare quod ex hoc ultimo exemplo statim apparet, infinitivus aoristi in hac verborum coniunctione non rem cito transeuntem sive, ut censent Kruegerus ad Anab. I, 2, 2., ad Dionys. historiogr. p. 101. Blumius ad Lycurg. p. 100., rem uno quasi ictu peragendam significat. Potius inest in eo significatio rei absolutae, nulla temporis, quo evenerit, ratione habita. Futuri temporis notio indicatur verbo, a quo infinitivus pendet. Cf. quae breviter sed optime de hac re docuit Frid. Frankius ad Demosthen. oratt. Philipp. p. 13. — πάλιν inter ἐκείνων et ἀσθενῆ prius positum e textu cum libris recte exclusit Im. Bekkerus; sequuti sunt novissimi editores:

Digitized by Google

§. 106 nam potentia Cersobleptis nondum infirmata ab Atheniensibus non potuit denuo infirmari. Haud dubie illi, qui πάλιν h. l. dederunt, id sic intellexerunt, ut significaret *in pristinum infirmitatis statum restituere*. Idem Bekkerus paulo post pro ἐπιχειρήσομεν e suis libris iure sumsit ζητήσομεν, quia aptius hic est verbum quaerendi quam aggrediendi. Demosth. orat. in Mid. 125. p. 555. τότ', ἂν ἀδικοῦντας ὁρᾷ τις, οὐ προαναρπάζειν, οὐδ' ἐπάγουτ' αἰτίας ψευδεῖς ἄκριτον ζητεῖν ἀποφεύγειν. ibid. 115. p. 552. ζητῶν με ἐκβάλλειν ἐκ τῆς παρῴδος. Scripturam ἐπιχειρήσομεν habeas pro glossemate — ἂν οὖν εἴπωσιν ἡμῖν ὅτι „ὑμεῖς ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι. Loquentes hoc loco inducit Thraces. Tales sermones mire cum variant orationem tum excitant. Vid. Quinctil. institt. orat. IX, 2, 29. Pertinent ad ἠθοποιΐαν oratorum, ita demum a fide non abhorrentes, si ea loquutus vel loquuturos finxerint homines, quae cogitasse eos non sit absurdum, eosque attribuunt plerumque aliis, ubi aut ipsi nolunt ea dicere videri, quae in iis qui audiunt reprehendenda sunt, aut plus volunt orationi suae ponderis dare et fidei. Idcirco ἑτεροπρόσωπον hanc figuram Philobammon p. 504. apud Walzium vol. VIII. appellat, ubi ἑτεροπρόσωπον δέ ἐστιν, inquit, ὑποβολὴ προσώπου τοῦ λέγοντος, ἃ σκυδάζοντες εἰπεῖν ὀκνοῦμεν δι' ἑαυτῶν ἐπιλῆξαι καὶ τοὺς λόγους ὡς ἀπὸ ἑτέρου προσώπου λέγομεν. Tiberius de figur. ibid. p. 540. προσώπου ὑποβολήν, idem p. 537. ἠθοποιΐαν, ut Alexander de figur. p. 449, ubi hic: Ἠθοποιΐα δέ ἐστιν, ὅταν ὑπάρχοντα πρόσωπα τιθέντες λόγους τινὰς αὐτοῖς περιτιθῶμεν πρὸς τὸ πιστοτέρους αὐτοὺς δόξαι εἶναι, ἢ οἷ αὐτοὶ λέγομεν αὐτούς. Add. Ulpianum ad h. l. Conferendus est etiam auctor. rhet. ad Herenn. VI, 52, ubi de sermocinatione loquens inter alia ad extremum haec animadvertit: *Sunt item sermocinationes consequentes hoc genus: Nam quid putamus illos dicturos, si hoc iudicaveritis? Nonne hac omnes utentur oratione? Deinde subiicere sermonem.* Memorabile huius generis sermocinationis exemplum legimus orat. de Cherson. 34—37. p. 98. et 99., ubi Demosthenes Atheniensibus socordiam exprobrat sub persona Graecorum: φέρε γὰρ πρὸς Διός, εἰ λόγον ὑμᾶς ἀπαιτήσειαν οἱ Ἕλληνες ὧν νυνὶ παρείπατε παισὶν διὰ ῥᾳθυμίαν, καὶ ἔροιντ' ὑμᾶς „ἄνδρες Ἀθηναῖοι, πέμποντες ὡς ἡμᾶς ἐπάστοτε πρέσβεις — ἂν ταῦτα λέγωσι, τί ἐροῦμεν ἢ τί φήσομεν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι; ἐγὼ μὲν γὰρ οὐχ ὁρῶ. aliud exstat. orat. c. Leptin. 88. p. 468., ubi Leucon, rex Ponti, loquens inducitur: φέρε, ἐὰν δὴ πέμψας ὡς ἡμᾶς ὁ Λεύκων ἔρηται, τί ἔχοντες ἐπαλέσαι καὶ τί μεμφόμενοι τὴν ἀτέλειαν αὐτὸν ἀφῃρήσθε, τί πρὸς θεῶν ἐροῦμεν ἢ τί γράψει ποτὲ ὁ τὸ ψήφισμα ὑπὲρ ἡμῶν γράψων; u. τ. λ. Add.

Digitized by Google

orat. in Mid. 48. p. 580. de fals. legat. 22. p. 347. ibid. 209. p. 406. § 106
de coron. 40. p. 239. Sed ut nunc alia explicem, pronomen primae personae ἡμῖν, a Reiskio non restitutum, quamquam id in Augustano I, qui hac in re multum valet, invenerat, quemque in simili loco orationis Leptineae sequutus erat, cum Inq. Bekkero repraesentavi, non tamen, ut Schaeferus censet, propterea, quod τί ἐροῦμεν sequitur: nam id nihil ad rem facere, inde liquet, quod orat. de Cherson. l. c. pronomen secundae personae, uno omnium et scriptorum et typis expressorum librorum consensu firmatum, principio et pluries deinceps locum obtinet, et tamen illud extremum est, ut interrogetur τί ἐροῦμεν ἢ τί φήσομεν; Sed probo id, quia id habent optimi libri, una illud hoc loco non parvi ducens, quod ter praecessit prima persona. Quamquam bene scio, hoc non ubique sat grave esse argumentum ad alterutrum pronomen defendendum; aliquin non dubitantes praeferremus in Leptinea l. c. ὑμᾶς, eadem secunda persona in antecedentibus cumulata. At perverse Reiskius cum libris nonnullis statim post edidit πρὸς ταῦτα ἐκεῖνοι, omisso ὅτι, quod ferendum esset, si quid Athenienses ante loquuti essent, ad quod reges Thraciae responderent. Orta videtur haec scriptura e similibus apud Demosthenem locis, cuius generis unum afferam orat. c. Leptin. 39. p. 469. ἐὰν οὖν εἴπῃ πρὸς ταῦτα ἐκεῖνος „καὶ γὰρ Ἀθηναίων τινές εἰσιν ἴσως φαῦλοι. — οὐ δικαιότερ' ἡμῶν ἐρεῖ; ἐμοὶ γοῦν δοκεῖ. Sed quivis videt lectis ibi quae antecedunt, tale quid, ad quod verba πρὸς ταῦτα pertineant, hoc loco non inveniri. Neque minus δὲ post ὑμεῖς additum a Reiskio ex uno suorum librorum, quocum nonnulli Bekkeriani conveniunt, improbandum est: oppositionis enim hic nullus locus. Scriptura ista rursus accommodata est aliis locis, veluti orat. de fals. legat. 242. p. 416. ἔλεγες τοίνυν τότε πρὸς τοὺς δικαστὰς ὅτι „ἀπαλογήσεται δὲ Δημοσθένης. ibid. 253. p. 421. μέμνησθε γὰρ δήπου λέγοντ' αὐτὸν ὅτι· περὶ δ' Ἀμφιπόλεως εἶχον μὲν κἀγὼ λέγειν. ubi de optimi libri praetermittunt: cuius usum illustrarunt Doederlinus et Hellerus ad Sophocl. Oedip. Col. 588. Porso et Schaeferus ad Eurip. Orest. 614. ed. tert. Denique notus est particulae ὅτι usus, ipsis eorum, qui loquuti esse referuntur, verbis praefixae. Praeter locos ante citatos vid. orat. de Cherson. 31. p. 97. ἂν δὲ παρελθὼν λέγῃ τις τἀληθῆ ὅτι „ληρεῖτε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι. orat. in Mid. 200. p. 579. Lysiae orat. pro Eratosth. 26. p. 94. ἐγὼ δ' εἶπον ὅτι „οὐκ ἐγώ σε ἀποκτενῶ, ἀλλ' ὁ τῆς πόλεως νόμος. Vid. Matthiaei gram. gr. p. 1270. 6. Kruegeri indic. ad Xenoph. Anab. s. v. eiusque nuhnot. ad lib. I, 6, 8., ubi homo doctissimus in eiusmodi locis duas dicendi rationes conflatas esse statuit, non perpendens, ὅτι etiam directae orationi

Digitized by Google

§. 106 imperativis expressae praemitti, ut Plat. Crit. p. 50. C. ἴσως ἂν εἴποιεν (οἱ νόμοι), ὅτι „ὦ Σώκρατες, μὴ θαύμαζε τὰ λεγόμενα. Potius in hoc particulae usu vestigium originis eius a neutro praeceminis derivandae animadverterim, ut εἶπον ὅτι sic explicetur εἶπον τοῦτο ὅ, τι —: quae explicandi ratio ibi quoque valet, ubi post ὅτι infinita oratio sequitur. Comprobat istam explicationem ὡς eadem ratione Plutarcho aliisque usurpatum. — ἂν ὑπὲρ ἡμῶν αὐτῶν ἀμυνώμεθα. Vid. indicem variarum lectt. Ἀνυπέρβλητον voci φόβον adiectum, e verbis ἂν ὑπὲρ ἡμῶν profectum videtur idque haud dubie tum transpositionis vv. ἂν ὑπὲρ ἡμῶν αὐτῶν ἀμυνώμεθα, tum omissionis eorum in nonnullis libris factae ansam dedit. Deinde scriptura vv. ὑπὲρ ἡμῶν a fide librorum nulla est, a sensu aptissima. Dicit enim orator: *vos non solum nos inuriam patientes reliquistis, sed etiam metum nobis nos ipsos defendentibus ingentem intecistis.*— τὸν ἐναντία τοῖς ὑμῖν συμφέρουσι καὶ ἡμῖν πράττοντα. Haec verborum collocatio ex optimis et plurimis libris profecta adiuvat commode accentum rhetoricum duorum pronominum ὑμῖν et ἡμῖν, altera antiquarum editt. καὶ πράττοντα ἡμῖν turbat ordinem, et quae placuit Lambino et Marklando πράττοντα καὶ ἡμῖν aliquid molesti habet. — οὔκουν ἐστὶ δίκαιοι βοηθοὺς καλεῖν ἡμᾶς. h. e. *non igitur vos decet nos in auxilium vocare, ihr seyd nicht berechtigt, nicht befugt u. s. w.* Vid. adnot. ad §. 55. p. 230. Add. Wesseling. ad Herod. IX, 60. Fr. Aug. Wolf. ad Leptin. p. 458, 15. — ἐφ' οἷς — κακῶς ἐβουλεύσασθε. Ad sensum bene, sed plenius vertit Hier. Wolfius: *ad ea in integrum restituenda, quae et in vos et in nos male consulentes amisistis.* Simplicius vero et rectius ita: *adversus ea, quae et in vos ipsos et in nos male consuluistis.* Infra §. 190. τὸ δ', ἐφ' οἷς μέγα πρᾶγμα ἀλνσιτελὲς τῇ πόλει κατεσκευάζετο, ἐναντιοῦσθαι. Philipp. III, 34. p. 119. οὐ μόνον δ' ἐφ' οἷς ἡ Ἑλλὰς ὑβρίζεται ὑπ' αὐτοῦ, οὐδεὶς ἀμύνεται, ἀλλ' οὐδ' ὑπὲρ ὧν αὐτὸς ἕκαστος ἀδικεῖται. orat. in Mid. 20. p. 521. ἐφ' οἷς (τολμήμασιν) — ἡσυχίαν ἔσχον. — εἰπέ μοι. Usitato more unus compellatur, quum plures interrogantur. Inest in hac dicendi forma vigor et gravitas quaedam adhortandi, quum quod ad unum e numero aequalium dictum est, ad se quisque dictum putare cogatur. Demosth. orat. de reb. Cherson. 74. p. 108. in Timocr. 57. p. 718. Philipp. I. 10. p. 43. ἢ βούλεσθε, εἰπέ μοι, περιόντας αὐτῶν πυνθάνεσθαι κατὰ τὴν ἀγορὰν. ibi Bremius et Ruedigerus; cf. Schaefer. ad Olynth. I. p. 16, 20., de mal. gest. legat. p. 441, 16., nonnulla Platonis exempla dedit Heindorfius ad Euthyd. §. 29. p. 337. et Aristophanea Elmsleius ad Acharn. 328. — ταῦτ' ἐὰν λέγωσιν. His verbis utitur ad orationem redordiendam

Digitized by Google

plurimis interpositis interruptam. Eadem ratione Philipp. I, 50. p. 54. §. 106 praegressa ἐὰν — εἰδῶμεν repetuntur ad finem enunciationis verbis ἂν ταῦτα εἰδῶμεν. Cf. de reb. Cherson. 37. p. 99. in Mid. 50. p. 580.

§. 107. Καὶ μὴν οὐδ' ἐκεῖνό γ' — παρεκρούσθητε. *Et vero ne illud quidem dici licet, non esse profecto mirum, quod vos per Aristocratem circumventi et decepti sitis. nam vos nihil dum haec in re expertos esse: quod qui affirment, ridiculos se facturos.* καὶ μὴν *und vollends, et sane, et vero* transitum facunt ad graviora cum asseveratione. Orat. de rebus Cherson. 16. p. 98. καὶ μὴν οὐδ' ἐκεῖνό γε δῆλόν ἐστιν ἡμῖν, ὡς ἐπὶ Χερρόνησον οὐχ ἥξει. Philipp. III, 30. p. 118. ib. 68. p. 128. in Mid. 56. p. 532. Ibique Schaeferus. Vid. Godofr. Hermann. ad Viger. p. 889. — ἔστιν εἰκεῖν. Quamquam in eadem re etiam ἔνεστιν εἰκεῖν, quod nonnulli libri h. l. habent, dici potuisset, ut apparet ex orat. c. Leptin. 2. p. 457. οὐ γὰρ ἐκεῖνό γ' ἔνεστιν εἰκεῖν. Philipp. III. 31. p. 119. c. Apatur. 24. p. 900., illud tamen de auctoritate librorum hic praeferendum erat. Orat. in Mid. 38. p. 526. ἀλλ' οὐ Μειδίᾳ τούτων οὐδὲν ἔστι λέγειν. ibid. 71. p. 537. οὐδὲ γὰρ αὖ τοῦτ' ἔστιν εἰκεῖν. Idque tenendum, ubi dicatur ἔστιν εἰκεῖν, ibi plerumque in libris etiam ἔνεστιν εἰκεῖν invenibi. — τῇ Δία Demosthenes, ut Kruegerus ad Philipp. I. p. 24. a. dicit, uti solet cum ironia quadam, ubi sibi responderi aliquid vel oblici fingit. Cf. etiam Wunderlichii adnot. ad orat. pro coron. praefat. p. XIV. — εἰ γὰρ μηδὲν εἶχετε τῶν ἄλλων λογίσασθαι, — ἦν ἐκεῖν παράδειγμα Ὀλυνθίους τουτουσί. i. e. *nam si nihil cogitatione in ceteris rebus consequi possetis, neque vestra ipsorum prudentia hanc rem ad Thraciam pertinentem intelligere, licebat vobis his ultimis temporibus experiendo ab Olynthiis discere, quae vestra in Cersobleptem eiusque ducem Charidemum agendi ratio esse deberet.* Recte Schaeferus et ante eum Hier. Wolfius τῶν ἄλλων pro neutro habent idque ille et proximum ταῦτα inter se opponi dicit. Reiskius contra τῶν ἄλλων ad alios populos refert, primum coniciens μηδὲν εἶχετ' ἐπὶ τῶν ἄλλων, deinde coniectura ista non contentus hanc aliam adiiciens: εἰ γὰρ μηδὲν εἶχετε πλέον (vel ἄμεινον) τῶν ἄλλων λογίσασθαι, ut sententia verborum haec sit: *Populis si reliquis nihil praestaretis, quibus multum praestatis, ad intelligentiam et facultatem ratione colligendi.* Apertum est, laudari verbis illis Atheniensium prudentiam et sagacitatem in rebus publicis, eorumque vim Schaeferus bene sic reddidit: *si enim in ceteris rebus omnibus exacutiretis, quos tamen ut Athenienses constet satis acute cernere.* Λογίζεσθαι hic, ut orat. c. Leptin. 110. p. 490. λογισμὸς, opponitur experientiae. Vid. Fr. Aug. Wolfii adnot. ad Leptin.

Digitized by Google

§. 107 Ὀλυνθίους τουτουσί *qui hic adsunt.* Vid. orat. in Mid. 101. p. 547. ἕτερος οὑτοσί τις βίαιος. ibique Schaeferus et p. 574, 17. Enimvero sic intelligi potest pronomen τουτουσί, si illo ipso tempore, quo haec oratio habita est, Olymp. CVII, an. I., ab Olynthiis de reconciliatione cum Atheniensibus per legatos actum est. Sin autem ea, quod magis placet, iam facta erat, neque legati amplius Athenis versabantur (aderant enim pacificatum aut Olymp. LVI, an. 4. extremo, aut Olymp. LVII, an. I. ineunte, de qua re vid. Winiewskii comment. p. 61. 66. tum illud ἀναφορικῶς intelligendum est, ut vertamus: *qui vobis noti sunt, quibuscum nunc reconciliati estis.* Atque haec res plena gaudii fuit Athenientibus et in ore omnium. Vid. Olynth. I. 7. p. 10. Olynth. III. p. 30. De hoc anaphorico pronominis usu vid. Apollon. Dyscol. de pronom. p. 75. ed. Bekk.: Δεικτικώτεραι γινόμεναι προςλαμβάνουσι τὸ ἴ; οὑτοσί, ὁδί, ἐκεινοσί· σπανίως γὰρ ἐπ' ἀναφορᾶς, ὡς παρὰ Δημοσθένει, Σάτυρος οὑτοσί. Cf. Schaeferi adnot. ad p. 401, 16. p. 364, 24. — οἳ τί πεποιηκότος αὐτοῖς Φιλίππου πῶς αὐτῷ χρῶνται; Eandem dicendi brevitatem Schaeferus latine vertendo sic assequi studuit: *qui quo a Philippo munere devincti quo eum modo tractant?* Raro Latini duas interrogationes una comprehendunt, idque ubi faciunt lege attractionis, non possunt tam variis formis uti, quam Graeci et cancellis circumdantur, extra quas hi sua ingenii alacritate facile egrediuntur. Vid. Heindorfius ad Horat. satir. II, 3, 201. A. G. Alb. Sauppius ad Xenoph. Memor. II, 2, 1. Volkm. Fritschius quaestt. Lucian. p. 134. ss. Stallbaumius ad Plat. Phaedr. p. 271. A., Lobeckius ad Sophocl. Aiac. p. 455., qui latina nonnulla cum graecis compararunt. Hoc Aristocratene loco τί πεποιηκότος αὐτοῖς Φιλίππου sic solvendum est: ἐπεὶ τί πεποίηκε αὐτοῖς Φίλιππος, et cum eo conferre possumus orat. in Mid. 143. p. 561. ubi, omisso σκέψασθε, simillima habemus; ᾧ (Ἀλκιβιάδει) σκέψασθε τίνων εὐεργεσιῶν ὑπαρχουσῶν καὶ ποίων τινῶν πρὸς τὸν δῆμον πῶς ἐχρήσανθ' ὑμῶν οἱ πρόγονοι. Add. ibid. 175. p. 571. καὶ δεῖξαι τί πεποιηκότες αὐτῶν ἔνιοι τίνος ὀργῆς τετυχήκασι παρ' αὐτῶν; Vid. Kruegeri adnot. ad Philipp. I. p. 23. s., ubi multa ex Demosthene exempla congessit, et non modo congessit, sed etiam recensuit. χρῶνται iure praelatum est novissime perfecto κέχρηνται. Narrantur enim, inquit Schaeferus, quae Olynthii in Macedonem nunc ipsum designant. — ἐκεῖνος ἐκείνοις. De hac paronomasia sive parechesi vid. adnot. ad §. 93. p. 318. Exemplis ibi collectis add. Aeschin. orat. in Timarch. 14. p. 8. ὥςπερ ἐκεῖνος ἐκείνου. Demosth. orat. de coron. 288. p. 321. ἕκαστος ἑκάστῳ. Cf. Frid. Frankii explicat. ad Aeschin. Timarch. p. 30., eundem ad Euripid. Cyclop.

Digitized by Google

p. 16. — *Ποτίδαιαν — ἀπέδωκεν.* Hanc urbem Atheniensibus ereptam §. 107
Philippus Olynthiis, quos sibi devinciret et in fide retineret, Olymp. 105. an. 4. restituit, quam prius possederant, ut Xenophon Hellen. V, 2, 15. narrat. Vid. Demosth. Olynth. II, 7. p. 19. Voemelii prolegom. in Philipp. I. et Olynth. p. 65. Winiewskii comment. p. 43. Bruecknerus de rege Philippo p. 52. s. p. 84. s. Dedit iis etiam Anthemuntem, Olyntho propinquam, ut e Philipp. II. 20. p. 70. apparet. — *Χερρόνησον.* Diodor. Sic. XVI, 34. *Κερσοβλέπτου τοῦ Κότυος διά τε τὴν πρὸς Φίλιππον ἀλλοτριότητα καὶ τὴν πρὸς Ἀθηναίους φιλίαν ἐγχειρίσαντος τοῖς Ἀθηναίοις τὰς ἐν Χερρονήσῳ πόλεις πλὴν Καρδίας ἀπέστειλεν ὁ δῆμος κληρούχους εἰς τὰς πόλεις.* Vid. Winiewskii comment. p. 195. Ruedigeri prolegom. in Demosth. orat. de Cherson. p. 35. s. — *πρὸς ὑμᾶς πολεμῶν χρήματα πολλὰ ἀναλώσας ἑλών.* Idem est ac si dixisset *ἐν τῷ πρὸς ὑμᾶς πολέμῳ σὺν πολλῇ δαπάνῃ ἑλών.* His enim tribus participiis, copula non intercedente, ea arctius coniunguntur, quae sententiam compositam quasi unam conficiunt. Vid. Schaeferi adnot. ad orat. de fals. legat. p. 382, 4. de coron. p. 295, 29. Apud Aristoph. Lysistr. 327 — 334. ed. Invern. quatuor participia, diversa ratione explicanda, ad unum verbum referuntur non copulata. — *δυνηθεὶς ἂν αὐτὸς ἔχειν. quamquam potuisset ipse possidere.* Xenoph. Memor. IV, 4. 4. *ῥᾳδίως ἂν ἁφεθεὶς ὑπὸ τῶν δικαστῶν, εἰ καὶ μετρίως τι τούτων ἐποίησε, προεῖλετο.*

§. 108. *καὶ οὐδ' ἐπεχείρησεν ἄλλο ποιεῖν οὐδέν.* Nihili est sententia, quae ex *ἐπεχείρησαν* plurali ad Olynthios relato oritur. Sed etiam *ἐπεχείρησεν* singularis Hier. Wolfio ad intelligendum difficilis fuit. Recte interpretatur Schaeferus: *Dicit Orator Macedonem oppidum, quod sibi tanto constitisset, Olynthiis animo lubentissimo donasse. Quo tucundius illis tale munus esse debuit. ἀλλ' ὅμως ἐκεῖνοι κ. τ. λ.* Igitur Philippum dicit insigniter in donanda Potidaea eminuisse prae Cersoblepte, qui invitus Chersonesum Atheniensibus tradidisset. — *τέως μὲν ἐώρων. Τέως* non amplius dubitandum est quin rectum sit, quamvis obnitentibus Schaefero variis apparat. crit. locis, Dindorfio praefat. p. XIII., Ruedigero ad Olynth. II. p. 104. Id de auctoritate librorum, inprimis suorum optimorum, posuit Im. Bekkerus Olynth. II. 21. p. 24. de symmor. 36. p. 188. c. Leptin. 91. p. 484. in Mid. 16. p. 519. in Timocr. 68. p. 721. 80. p. 726. ibid. 81., ubi duobus his locis Reiskius *τέως*, *ἕως* scripsit, alibi promiscue mox *τέως*, mox *ἕως*. Bekkero assentiuntur Voemelius ad Olynth. II. p. 93., Fr. Frankius ibid. p. 37., editores Turicenses alique. Praeter codices etiam grammatici ionicam formam *τέως* pro

Digitized by Google

§. 108 ἕως tuentur a Demosthene usurpatum. Vid. Suidam s. v. τέως et scholiastam Platon. p. 835. ed. Bekk., ad orat. de fals. legat. p. 446. 3. ab interpretibus citatos. Etymol. magn. s. v.: ἔστι δ' ὅτε καὶ ἀντὶ τοῦ ἕως τισὶν αὐτῷ ἐχρήσαντο. anecd. Bekkeri p. 309, 28. s. v. τέως: — σημαίνει καὶ τὸ ἕως. Quod in codicibus passim legitur τε ἕως, τε ὡς, τέως ἕως, ut locis e Timocratea allatis, confirmare videtur Doederlini sententiam programm. de brachyl. sermon. gr. et latin. p. 10. τέως ad brachylogiae genus referentis, ut sit pro τέως, ἕως, quod interpretes, ut Buttmannus ind. ad Mid. s. v. τέως, scribendum esse censuerunt. Sed ut mittamus explicandi ambages, quidni τέως pariter dictum sit pro ἕως atque τοῦ, τῶν pro οὗ, ὧν et τὼς pro ὡς apud Atticos nonnunquam occurrentia? Constat, multas Ionicas formas etiam apud prosaicos scriptores Atticorum inveniri. — αὐτὸν τηλικοῦτον ἡλίκος ὢν καὶ πιστὸς ὑπῆρχε. Praestat haec verborum collocatio prae altera librorum nonnullorum τηλικοῦτον αὐτόν. Cf. orat. Olynth. I. 9. p. 11. ἠνέχθησαμεν — Φίλιππον ἡμεῖς καὶ κατεστήσαμεν τηλικοῦτον ἡλίκος οὐδείς πω βασιλεὺς γέγονε Μακεδονίας. In iisdem libris καὶ ante πιστὸς omissum est, quod unus Schaeferus probat. καὶ addito sententia est: *quamdiu eum videbant tam potentem, ut eius potentia et fides aeque magna esset.* Hoc rectum est, quod sequitur μείζω τῆς πρὸς αὐτοὺς πίστεως γιγνόμενον. Cf. Funkhaenelii quaestt. Demosth. p. 8. Illud significat: *tam potentem, ut potentia eius nullum excitaret metum et diffidentiam.* — δι' ἐκεῖνον ἡμῖν ἐπολέμουν. In bello iam antea contra Athenienses gesto iuncti Philippo perseverabant Olymp. 106. an. 1. et proximis annis. Vid. Ruedigeri prolegom. in oratt. Olynth. p. 68. Voemel. prolegom. in Philipp. I. et Olynth. p. 76. Winiewskii commentt. p. 66. — μείζω τῆς πρὸς αὐτοὺς πίστεως. i. e. ἢ ὥστε πιστεύειν αὐτῷ. Nota sunt ἔργα λόγου μέζω, κρεῖττον λόγου τὸ κάλλος, i. e. ἢ λέγειν vel ἢ ὥστε λέγειν. Aeschyl. Agam. 257. χάρμα μεῖζον ἐλπίδος. 868. πάθη ὁρῶσα πλείω τοῦ ξυνεύδοντος χρόνου. 1349. ὕψος κρεῖσσον ἐκπηδήματος. Eumen. 209. ὅρκου' στι μείζων. Choeph. 514. δῶρα μείω ἁμαρτίας. Vid. Valkenar. ad Eurip. Hippol. 1216. Godofr. Hermann. ad Viger. p. 716. s. Matthiael gr. §. 451. Comparat Schaeferus, quod infra §. 115. est μείζων τοῦ δοῦναι δίκης. Diffisi Olynthii Philippo foedus eius ruperunt; viderant eum continuis expugnationibus urbium brevi tempore tam validum factum, ut societatem cum eo sibi periculosam esse arbitrarentur. Vid. Winiewskii comment. p. 66. — αὐτοὺς etiam hic pro αὐτοὺς scribendum esse duxi. Vid. adnot. p. 341.

Digitized by Google

§. 109. ἤδιστ' ἂν — τὸν Φίλιππον ἀποκτείναντας. l. q. ὅτι §. 109 ἡδιστ' ἂν ἀποκτείναιτε. Cogitatione addenda est conditionalis enunciatio talis quaepiam: εἰ τύχοιτε aut simile quid. — φίλους πεποίηνται — συμμάχους ποιήσεσθαι. Olynth. III. 7. p. 30. ὑπῆρχον Ὀλύνθιοι δύναμίν τινα κεκτημένοι, καὶ διέκειντ' οὕτω τὰ πράγματα· οὔτε Φίλιππος ἐθάῤῥει τούτους οὔθ' οὗτοι Φίλιππον. ἐπράξαμεν ἡμεῖς κἀκεῖνοι πρὸς ἡμᾶς εἰρήνην. Postquam Olynthii de pace cum Atheniensibus egerant, reconciliatione facta, societas belli adversus Philippum non statim, sed quatuor annis post demum (Olymp. 107, an. 4.) inter utrosque populos exstitit: de qua re legendi sunt Winiewskii comment. p. 66. sq. — εἶτ' Ὀλύνθιοι — οὐχὶ ποιήσετε; Hermogenes de ideis p. 237. vol. III. ed. Walz. refert haec verba ad σχήματα τράχεα τὰ κατ' ἐρώτησιν ἐλεγκτικά, i. e. quae per interrogationem redarguunt. Cf. Maxim. Planudis scholia ad Hermog. p. 497. vol. V., anonymus de figur. p. 631. vol. VIII. Index asperitatis est εἶτα particula, ab interrogantibus vel admiratione vel indignatione impletis usurpata. Quae quum proprie significet *tum, quum haec ita sint*, infert ex antecedentibus conclusionem. Nos dicimus *nun*, Latini *itane? siccine? ergo?* Olynth. II. 26. p. 25. Philipp. I. 48. p. 52. Philipp. II. 25. p. 72. de Cherson. 20. p. 95. Philipp. III. 13. p. 113. 18. p. 115. c. Leptin. 135. p. 498. 158. p. 505. Cf. Kuesteri adnott. ad Aristoph. Plut. 79. Valkenar. ad Phoeniss. 1549. Hippol. 1415. Viger. p. 895. — τὸ μέλλον προορᾶν. Alibi orator medio et participio quidem frequenter utitur vi providendi, ne quid mali accidat. Orat. de coron. 178. p. 287. ἡμῶν δὲ ἄμεινον ἢ κεῖνοι τὸ μέλλον προορωμένων. c. Leptin. 162. p. 506. διὸ δεῖ μετριάζειν ἐν ταῖς εὐπραξίαις καὶ προορωμένους τὸ μέλλον φαίνεσθαι. de pac. 24. p. 63. Philipp. II. 8. p. 67. Ita etiam Thucyd. IV, 62. προϊδεῖν et I, 17. προορώμενος. Vid. Popponis prolegom. ad Thucyd. I. p. 188. — ὄντες Ἀθηναῖοι. *qui sitis Athenienses*, h. e. prudentia insignes. Pari modo participium antecedit cum vi orat. de fals. legat. 64. p. 461. τηλικούτων μέντοι καὶ τοιούτων πραγμάτων κύριος εἰς ἀνὴρ Φίλιππος γέγονε διὰ τούτους, οὔσης τῆς Ἀθηναίων πόλεως, ἣ προστάναι τῶν Ἑλλήνων πάτριον. — αἰσχρὸν τοὺς περὶ πραγμάτων — προέχειν. Structura verborum est: αἰσχρὸν τοὺς δοκοῦντας προέχειν ἐπίστασθαι βουλ. π. πραγμάτων. Notum est, Graecos solere complures infinitivos in una enunciatione componere. Accipias pauca e Demosthene sumta exempla: infra §. 122. τὸ ποιεῖν ἐξεῖναι ταῦτα κωλῦσαι. de Rhod. libert. 28. p. 198. προσῆκειν οἶμαι παραινέσαι κατάγειν. de fals. legat. 277. p. 430. τὸ πιστευθῆναι προλαβόντα παρ' ὑμῶν εἰς τὸ μεῖζω δύνασθαι κακουργεῖν καταχρῆσθαι.

Digitized by Google

§. 109 c. Zenoth. 19. p. 887. ὁ γὰρ αὖ πρῶτος διεμαρτύρετο ἐξάγειν βεβαιοῦν ἀναπλεῖν ἐθέλειν εἰς τὴν Σικελίαν. Cf. Matthiael gr. §. 545. p. 1071. et quae dedit Bornemannus ad Xenophontis Sympos. II, 13. p. 72. Praeterea ne aegre feras, quod τῷ- articulum ante περὶ πραγμάτων, quem praeter alios, inprimis Schaeferum, etiam editores Taricenses tuiti sunt, Im. Bekkerus autem uncis inclusit, non invitus delevi: tuitio eius per libros valde debilis vel nulla est. Librarii quidem, ubi duo articuli concurrunt, facile omittunt alterum; id tamen mirum h. l., quod in eo omittendo omnes consentiunt. Sed quod gravissimum est, linguae ratio eum videtur flagitare, quum vulgata structura sit προέχειν τινι, *praestare aliqua re*; at etiam solus infinitivus, qui tum vices accusativi sustinet, adiici potest ea ratione, ut praestantia cogitetur ad scientiam referri. Addo, προέχειν τι et οὐδὲν dici: de quo usu vid. Kruegerus ad Xenoph. Anab. III, 2. 19. et Heindorfius ad Plat. Phaed. p. 199. Et, si sola libri Σ et Bavarici auctoritas satis esset Olynth. I. 4. p. 10. ad scribendum πρὸς μὲν τὰ τοῦ πολέμου ταχὺ καὶ κατὰ καιρὸν πράττεσθαι πολλῷ προέχει, πρὸς δὲ τὰς καταλλαγάς, — ἐναντίως ἔχει. haberemus nostro consimilem locum et accuratiorem verborum oppositionem. Omnino tenendum est, ampliorem esse usum simplicis infinitivi, quam vulgo credi solet. Ita me haud poenitebit eorum sententiae esse, qui Aeschyli Pers. 831. πρὸς ταῦτ' ἐκεῖνον σωφρονεῖν κεχρημένον Πυνθάνετ' εὐλόγοισι νουθετήμασι. scripserunt.

§. 110. Ἀκούω τοίνυν αὐτὸν καὶ τοιοῦτόν τιν' ἐρεῖν λόγον. Fingit orator h. l. novam oppositionem, a rhetoribus dictam τὴν κατ' ἀκοήν, quam ipse statim reiicere studet. Vid. adnot. ad §. 90. p. 313. De τοίνυν dictum est supra §. 76. ab init. Quod pro αὐτὸν nonnulli libri habent αὐτοὺς, id Schaefero non repudiandum videtur; sequi paulo post etiam θαυμάζειν φήσουσιν, quamquam tales transitus a singulari ad pluralem non ignoret. Sed hoc ipsum librarios permovere potuit, ut αὐτοὺς scriberent. Singularem αὐτὸν, praeterquam quod in optimis libris est, idcirco praefero, quod, ubi aliquid orator sibi opponit ad refutandum, contra solum Aristocratem pugnat, ut §§. 90. 92. 95. 100. — Ἀριστόμαχος. De hoc vid. adnot. ad §. 13. p. 151: quem quod prius aliquando in concione eadem protulisse atque Aristocrates nunc dicturus sit, per occasionem commemorat, eo statim ab initio suspectam facit et infirmam istam obiectionem: nam Aristomachus notus erat Thracum fautor et patronus. cf. Ulpian. ad h. l. — λάβοι καὶ κατάσχοι, i. e. *si occupaverit occupatumque teneat*, Schaefero interprete. Xenoph. Cyrop. VII, 5, 76. τὸ δὲ λαβόντα (ἀρχὴν) κατέχειν, οὐκέτι τοῦτο ἄνευ σωφροσύνης οὐδ' ἄνευ

ἐγκατείας, οὐδ' ἄνευ πολλῆς ἐπιμελείας γίγνεται. — ἐκ μὲν γ' ἐκεί- §. 110
νης οὐκ ἔστιν. Obliqua oratio hic conversa est in rectam. Deinde, quod Taylori et Marklando h. l. accidit μὲν γὰρ scribentibus pro μέν γε, id centies factum est a criticis. Quantopere illi erraverint, docent optime illa, quae Buttmannus ad Mid. p. 46. de discrimine, quod inter μὲν γὰρ et μέν γε intercedit, exposuit. „Cum quis, inquit, uno argumento vel exemplo aliquid probat, potest hoc ut sufficiens adferre; quod fit particula γάρ: potest etiam significare, plura quidem posse desiderari, sed hoc unum satis grave esse; quod fit addito γέ, *certe, saltem.*" Id comprobant haec Demosthenis exempla a doctissimo Fr. Frankio ad oratt. Philipp. p. 175. expromta: orat. de Symmor. 29. p. 186. 40. p. 189. pro Megap. 10. p. 204. de coron. 93. p. 257. ib. 180. p. 288. ib. 189. p. 291. ib. 200. p. 295. de fals. legat. 252. p. 420. in Androt. I. p. 593. in Aristocr. 136. p. 665. Cf. Godofr. Hermann. ad Viger. p. 827. Schaefer. ad Dionys. Halic. de composit. verb. p. 406. ad Demosth. p. 186. s. Stallbaum. ad Plat. Phileb. p. 12. Dissen. ad orat. de coron. p. 257. Benseler. ad Isocrat. Evagor. p. 68. Hartung. de particulis gr. I, p. 391. et Klotz. ad Devarii libr. de gr. ling. particulis vol. II. sect. I. p. 235. s. — πολεμήσεται, i. e. πολεμηθήσεται. Hic usus futuri medii passiva significatione positi obliteratus est scriptura πολεμήσασε, quod iam Taylor et Reiskius mutaverant in πολεμήσεται. Ut hic dicit, respondet hoc melius praemisso πολεμουμένης. Infra §. 115. ἀδικήσεται, ut orat. c. Leptin. 164. p. 507. in Mid. 30. p. 524. et Olynth. I. 27. p. 17. ζημιώσεσθαι. Porro passive usurpata notantur τιμήσεται, κολασθήσεται, ἀφεληήσεται, alia, de quibus vid. Fischeri adnot. ad gr. gr. Velleri vol. III, 2, p. 68. Buttman. ad Midian. §. 10. 4. et gramm. gr. vol. II. p. 54. Bernhardyi synt. p. 345. — ἃ τότ' ἂν κλεισθείη. Haec enunciatio relativa hypothetica sic explicanda est: *quae bello exorto Aristocrates suspicatur fore ut occludantur.* Xenoph. Anab. IV, 7, 4. ὃς ἂν καταληφθείη, οὕτω διατίθεται. Ibi Kruegeri not. Emporia h. l. intelligenda sunt ea, quae ad ditionem Cersobleptae in Thracia pertinebant. — διακόσια scripturam, quam probatissimi tenent codices et veteres editiones, restitui; accedit ad eam tuendam lib. Parisini Σ auctoritas, quod gravitatem apud eos quoque habebit, qui eam Im. Bekkero fidem habentes in illo libro inveniri non putaverunt. Alteram τριακόσια, quae in libris, qui sunt aliquo numero, exstat, a recentioribus editoribus omnibus receptam, pro falsa habeo, neque difficile dictu est unde fluxerit, siquidem eam, praeterquam quod τριακόσια et διακόσια a librariis non raro inter se permutata sunt, ut infra §. 212. et de symmor. 29. p. 186., de qua

Digitized by Google

§. 110 re vid. Schaeferi adnot. ad p. 687, 2., antegressum τριάκοντα procreasse videtur. Sed hoc ipsum, quod τριάκοντα antecedit, permovit Reiskium, ut scriberet τριακόσια, dicens: *sic evidentius est discrimen atque pugna inter triginta et trecenta, quam inter triginta et ducenta.* Nihil tamen hoc ad rem facit: omnia enim huc redeunt, ut grandis pecunia, quae e portoriis provenerit, commemoretur, et ducenta talenta, praesertim si ea cum triginta talentis contuleris, talem summam conficiunt. Accedit haud levis momenti hoc, quod, si aliorum portoriorum rationes, quae Boekhius in Oecon. pol. I, p. 341. s. collegit, comparamus, trecenta talenta nimium magna vectigalia sunt, quam quae in portubus Cerbobleptae exacta fuisse putanda sint. — ὥστε τί βουλόμενος — θαυμάζειν φήσουσιν. Haec ita scripta ab Im. Bekkero, Dindorfio, editt. Turicensibus sana sunt. ὥστε τί βουλόμενος probaverat iam Hier. Wolfius, non improbante quidem Taylore, attamen praeferente ὥστε εἰ βουλόμενος, uti scriptum est in editt. antiquis. Iure reiecit Reiskius. Nam εἰ particulam, etsi frequenter cum θαυμάζειν construitur, tamen si reliqua, praesertim totius loci sententiam et structuram orationis accuratius perspicis, ab hoc loco alienam esse statim apparet. Et si diversitatem scripturae spectaveris, eam totam ex ὥστε τί corruptam esse tibi persuadebis, cuius corruptelae originem ex vetusto exemplari, quod h. l. obliteratum esset, derives, siquidem librarios, qui eo usi sint, haesitantes ipsos, quod sibi visum esset, invenisse existimandum est. Τί βουλόμενος est *quo consilio, qua de causa, quid spectans.* Orat. de coron. 24. p. 293. τί γὰρ καὶ βουλόμενοι μετεπέμπεσθ' ἂν αὐτοὺς ἐν τούτῳ τῷ καιρῷ; ibid. 172. p. 285. καὶ συλλελογισμένον ὀρθῶς τίνος ἕνεκα ταῦτ' ἔπραττεν ὁ Φίλιππος καὶ τί βουλόμενος. Lysiae orat. de caed. Eratosth. 45. p. 96. τί ἂν οὖν βουλόμενος ἐγὼ τοιοῦτον κίνδυνον ἐκινδύνευον; Vid. Viger. p. 336. not. Male autem in ceteris Reiskius a recepta scriptura in eo deflectit, quod λαμβάνω aliquot librorum auctoritate firmatum dedit, proximo καὶ omisso, et alterum post τὰ πλεῖω positum e coniectura delevit. Enimvero praeter libros verborum quoque continuatio postulat, ut singula membra per se constent et efferantur. Ad τὰ πλείω intelliges λαμβάνων. Cf. orat. de fals. legat. 138. p. 384. ἔχρῃ πολλ' ἀναλίσκειν ἔξον ἰδίᾳ, καὶ πάντας θεραπεύειν βούλῃται, δι' ἣ τοῦτ' ἔξον; Articulus τὰ πλείω additus est, quia certam summam antea indicavit. Vid. Matth. gr. gr. §. 266. n. p. 550. Postremo plurali φήσουσιν intelliguntur ii, quos orator sibi una cum Aristocrate obloquuturos fingit: factionem fuisse, quae Charidemo faveret, etiam ex aliis locis liquet.

Digitized by Google

§. 111. ἃ μοι δοκεῖ μᾶλλον — ἐᾶν μέγαν γίγνεσθαι. *quae si* §. 111 *quis consideret, mihi probabilius est eum iure diffidere, quam adversartis confidentem illius opes augeri sinere.* Μᾶλλον igitur ad δοκεῖ et εἰκότως ad ἀπιστεῖν cum Schaefero referas. — ὃ μ. πρόχειρον ἔχω. *id quod ad manum habeo, quod proximum est.* Vid. §. 113., orat. in Timocr. 1. p. 700. ἓν δ' ὃ μέγιστον ἔχω καὶ προχειρότατον πρὸς ὑμᾶς εἰπεῖν, οὐκ ἀποτρέψομαι. de fals. legat. 187. p. 399. ἔστι τοίνυν τις πρόχειρος λόγος πᾶσι τοῖς ἐξαπατᾶν ὑμᾶς βουλομένοις. c. Leptin. 112. p. 491. ἔστι τοίνυν τις πρόχειρος, λόγος, ὡς ἄρα —. in Androt. 51. p. 608. εἰ γὰρ ἐθέλοιτ' ἐξετάσαι —, τοῦτ' ἂν εὕροιτε προχειρότατον, ὅτι —. Isocrat. de pac. 36. p. 166. ὥσπερ πρόχειρόν ἐστιν ἐπαινέσαι τὴν ἀρετήν. — De omisso ὥ ante ἄνδρες Ἀθηναῖοι vid. adnot. ad §. 130. — τουτονὶ τὸν Μακεδόνα. Infra §. 121. Φίλιππός οὑτοσὶ· de fals. legat. 229. p. 412. ἐκρέσβευσάν τινες ὡς Φίλιππον τουτονί· Hoc loco τουτονὶ τὸν Μακεδόνα idem est atque τουτονὶ τὸν βάρβαρον. Orat. I. adv. Philipp. 10. p. 48. γένοιτο γὰρ ἄν τι ναυσὶ κρεῖττον ἢ Μακεδὼν ἀνὴρ Ἀθηναίους καταπολεμῶν; cf. orat. III. adv. Philipp. 31. p. 119. ὀλέθρου Μακεδόνος. Olynth. III. 16. p. 33. Quare notio contemtus non est in pronomine, quod significat *hunc quem tuetis*, sed in nomine addito Μακεδόνα. — τὰς ἐξ Ἀμφιπόλεως. Optime sciebat Philippus, quantum sua interesset Amphipolim possidere. Diodor. Sicul. XVI, 81. ἡ δὲ πόλις κεῖται κειμένη κατὰ τῆς Θρᾴκης καὶ τῶν σύνεγγυς τόπων εὐφυῶς, πολλὰ συνεβάλετο τῷ Φιλίππῳ πρὸς αὔξησιν. Praeterquam quod ea ut propugnaculum oppositum erat Thracibus et inde ipsius Thraciae partes expugnari poterant, alias magnas suppeditabat opportunitates, quae Philippo ad imperium amplificandum exoptatae essent. Vid. Thucyd. 1, 108. Liv. XLV, 30. Cf. Voemel. de bello Amphipol. p. 9. prolegom. in Philipp. 1. et Olynth. p. 43. n. Bruecknер. de Philipp. reg. p. 46. et 50. Quare non mirum est, quod Philippus ad eam occupandam magna pericula subibat, neque sumtibus parcebat ullis. — ᾧ — αὐτῷ. A pronomine relativo deflectit constructio alterius membri ad demonstrativum. Propria est enim Graecorum indoles liberius loquendi et ad directam orationem transeundi. Olynth. III. 24. p. 35. ἐκεῖνοι τοίνυν, οἷς οὐκ ἐχαρίζοντ' οἱ λέγοντες οὐδ' ἐφίλουν αὐτούς, — τῶν Ἑλλήνων ἦρξαν ἐκόντων. Ibiq. Voemelii not., orat. de Rhod. libert. 26. μὴ καταλαμβάνειν Χαλκηδόνα, ἢ βασιλέως μέν ἐστιν, εἴχετε δ' ὑμεῖς αὐτήν, ἐκείνους δ' οὐδαμόθεν προσῆκει. ibi Schaeferi not.; orat. I. in Aristogit. 81. p. 794. ἃ κοινὰ νὴ Δία πᾶσιν ὑπάρχει τοῖς ἀγωνιζομένοις παρὰ τῆς τῶν ἄλλων ὑμῶν φύσεως, καὶ οὐδεὶς αὐτὸς ἑαυτῷ ταῦτα φέρει τῶν κρινομένων.

Digitized by Google

§. 111 Homeri exempla Godofr. Hermann. ad Viger. p. 708., Platonis et Xenophontis praebebunt Bornemannus ad Xenoph. Conviv. c. 8, 17. Heindorfius ad Platon. Phaedon. p. 113. C. Stallbaumius ibid., ad Eutyphr. p. 43. et ad Gorg. p. 452. D. Lysiae et Isocratis Foertschius observatt. crit. p. 67. Strangius in Iahni annali. suppl. II. p. I. p. 87. Animadverterunt etiam Latinorum eundem usum. — *τοῖς πατρικοῖς ὑμῖν.* Aeschin. de fals. legat. 26. p. 31. *πρῶτον μὲν γὰρ πρὸς αὐτὸν διεξῆλθον τὴν πατρικὴν εὔνοιαν καὶ τὰς εὐεργεσίας ἃς ὑμεῖς ὑπήρξατε τῷ Φιλίππου πατρὶ, οὐδὲν καταλείπων ἀλλ' ἐφεξῆς ἅπαντα ὑπομιμνήσκων, δεύτερον δὲ ὧν αὐτὸς ἦν μάρτυς εὖ παθών.* Cf. Herod. VIII. 136. 140. IX, 44. 45.

§. 112. *οἳ τὸν πατέρα αὐτοῦ κατ' ἐξέβαλον.* De hac re nihil certi constat. Cum Demosthene consentit scholiastes Aeschinis, Amyntam dicens a Thessalis regno expulsum. Vid. Bremii adnot. ad Aeschin. vers. german. p. 144. Si Diodorum Siculum XIV, 92. XV, 19. testem audimus, id factum est urgentibus Illyriis et Olynthiis, quos Isocrates in Archidamo 46. p. 125. in animo habere videtur, quum rex ab eo dicitur *ἡττηθεὶς ὑπὸ τῶν βαρβάρων τῶν προσοικούντων μάχῃ καὶ πάσης Μακεδονίας ἀποστερηθείς.* Fortasse eos hac in re Thessali adiuverunt nec non ipsi Macedones, quos quidem Syncellus Chronograph. p. 262, cuius verba Wesselingius ad Diod. Sicul. XIV, 92. affert, tyranni expulsores appellat. Sed Thessali quoque Amyntam reduxisse in regnum dicuntur a Diodoro Siculo l. c., quod idem XV, 19. ope Lacedaemoniorum factum dicit, Isocrate l. c. et Panegyr. 126. p. 67. et Xenoph. Hellen. V, 2, 38. confirmantibus. Cf. Winiewskii commentar. p. 38., ubi etiam Athenienses inter eius restitutores commemorantur. — *ἄνευ γὰρ τούτου.* praeter hoc: nam non excludit, sed una quoque complectitur, ut Reiskius ind. graec. s. v. alt. Affert Schaeferus orat. in Timocr. 59. p. 719. *ἄνευ δὲ τούτων αὐτὸς ὡμολόγησε μὴ ἐπὶ πᾶσι τὸν αὐτὸν τεθνεκέναι* et praeterea duos locos orat. in Aristocr. 138. p. 665. et de coron. 89. p. 255., ubi cum infinitivo coniunctum *praeterquam*, quod significat, quae constructio altera frequentior est. Adde Xenoph. Cyropaed. V, 4, 28. *οἱ μὲν γὰρ κίνδυνοι οἱ αὐτοὶ καὶ ἄνευ τοῦ λαμβάνειν τὰ ἐπιτήδεια.* Eius loco alibi usurpatur *χωρὶς*, ut orat. c. Leptin. 25. p. 464., *χωρὶς δὲ τούτων.* orat. II. in Aristogit. 8. p. 808. *χωρὶς τοίνυν τούτων.* Deinde pro *γὰρ* Reiskius *δὲ* scribi maluit, iure improbatum a Schaefero; addit enim aliam causam eamque graviorem, quae Philippum movere debebat, ut Atheniensium quaereret amicitiam. — *οὐδένα πώποθ' ὁντινα οὖν.* Plene dictum esset *οὐδεὶς ἦν πώποθ' ὁντινα οὐ προὔδωκαν*, ut Olynth. II. 7. p. 20. *ὅλως δὲ οὐδείς ἐστιν*

Digitized by Google

ὄντιν' οὐ πεφενάκικεν ἐκεῖνος τῶν αὐτῷ χρησαμένων. Οὐδένα lege §. 112 attractionis a casu pronominis relativi aptum est, quod in hac formula, quae unam notionem exhibeat, fieri solet. Plat. Phaed. p. 117. D. οὐδένα ὄντινα οὐ κατέκλαυσε τῶν παρόντων. Demosth. c. Eubul. 54. p. 1309. λελοιδόρηκε δ', ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, οὐδὲν ὅ τι οὔ. Vid. adnot. Godofr. Hermanni ad Viger. p. 709. Matthiaei gr. §. 306. p. 607. Affert Schaeferus anecd. Bekk. p. 139. init., Bastium ad Gregor. Corinth. p. 57. ubi grammatici hunc locum citant. Citat eum etiam rhetor Hermogenes de ideis I, 12. p. 288. ed. Walz.; ubi haec: ἔτι σχήματα καλλωπίζει πως καὶ τὰ καινοπρεπῆ· οἷον — Θέτταλοὶ δὲ οὐδένα πώποτε ὄντινα οὔ. Ob eandem causam citat anonymus de figuris vol. VIII. p. 645. s. et iterum Hermogenes de ideis I. 12. p. 293., ubi de numero orationis loquens haec dicit: ἔτι δὲ μειζόνως τὸ ἐκπρεπὲς τῆς τοιαύτης ἀναπαύσεως τοῦ ῥυθμοῦ φανερὸν γίνεται, εἰ μονοσύλλαβον εἴη τὸ τελευταῖον μέρος τοῦ λόγου. οἷον, περὶ τοῦ πῶς ἀκούειν ὑμᾶς ἐμοῦ δεῖ (de coron. init.) καὶ Θετταλοὶ δὲ οὐδένα πώποτε ὄντινα οὔ. Ceterum Thessalorum perfidiam orator etiam alibi persequitur. Olynth. I. 22. p. 15. ταῦτα γὰρ (τὰ τῶν Θετταλῶν) ἄπιστα μὲν ἦν δήπου καὶ ἀεὶ πᾶσιν ἀνθρώποις., ubi vide Ruedigeri not. Cf. Voemelii prolegom. in Philipp. I. et Olynth. p. 89. n. 8. — οὕτως ἐχόντων τούτων. Ita optimi et plurimi libri; male Reiskius inverso ordine τούτων οὕτως ἐχόντων: nam vis est in οὕτως. — μικρὰ λαμβάνειν — προῃρημένον αὐτόν. Optime Schaeferus ita: „Orator contractius loquitur omittens, quae ex antegressis facile subaudiantur. Plena oratio: τὸ μικρὰ λαμβάνειν ἀντὶ τοῦ μεγάλα λαμβάνειν καὶ τοὺς ἀπίστους φίλους ἀντὶ τῶν πιστῶν φίλων καὶ τὸ κινδυνεύειν — προῃρημένον αὐτόν." Oppositiones omittens cavit, ne molestia quaedam orationis oriretur, nam supra dicit μικρὰ λαμβάνειν καὶ πολεμεῖν ἂν ἕλοιτο, ἐξὸν τὰ πλείω καὶ φίλους εἶναι: quare eam tantum orationis partem plenam facit, cuius notio in sententia praeminet et primaria est.

§. 113. τί δή ποτ' αἴτιον; Ita scripsi, praeeuntibus novissimis editoribus, pro eo, quod olim vulgabatur: τί δήποτε τὸ αἴτιον; Hoc quidem satis firmatum usu dicendi est, veluti Olynth. III. 30. p. 36. τί δὴ τὸ πάντων αἴτιον τούτων; de Cherson. 56. p. 103. τί ποτ' οὖν ἐστὶ τὸ αἴτιον; de fals. legat. 208. p. 405. τί ποτ' οὖν ἐστὶν τὸ αἴτιον, ὅτι —; c. Zenothem. 10. p. 884. τί οὖν ποτ' ἐστὶ τὸ αἴτιον; sed non minus alterum certum est, quod optimi libri praebent, quibus h. l. parendum erat. Vid. Philipp. III. 36. p. 120. τί οὖν αἴτιον νοοῦντες; ib. 63. p. 127. τί οὖν ποτ' αἴτιον —; Add. Philipp. II. 8. p. 66. de Cherson. 32. p. 98. Philipp. IV. 54. p. 145. — οὐ γὰρ

Digitized by Google

§. 113 δὴ λόγον γε — προὔχειρον ἔχει. *denn eben nicht hat die Sache wenigstens einen so auf der Hand liegenden Grund.* Philipp. II. 12. p. 69. οὐ γὰρ δὴ τριήρεις γε ὁρᾷ πλείους αὐτοῖς ὑμῖν οὔσας. Xenoph. Cyrop. VII, 2, 15. λέξον, πῶς ἀποβέβηκε τὰ ἐκ τοῦ ἐν Δελφοῖς χρηστηρίου· σοὶ γὰρ δὴ λέγεται πάνυ γε τεθεραπεῦσθαι ὁ Ἀπόλλων. Cf. Ruedig. ad Philipp. II. l. c. et Hartung. de particulis gr. I. p. 287. οὐτωσὶ significat, ut bene Schaeferus interpretatur: *nisi diligentius inquiras.* Orat. de fals. legat. 47. p. 355. ἀκοῦσαι μὲν γὰρ οὐτωσὶ παγκάλως ἔχει· ἐπειδὰν δὲ τοὺς καιροὺς συλλογίσηταί τις ἐφ' ὧν ἐγράφη κ. τ. λ. ubi vid. Schaeferus. Plat. de republ. I. p. 351. A. ἀλλ' οὔτι οὕτως ἁπλῶς, ὦ Θρασύμαχε, ἔγωγε ἐπιθυμῶ, ἀλλὰ τῇδέ πῃ σκέψασθαι. Add. Soph. Philoct. 1069. Antig. 315. Oedip. Col. 1279. Quod Marklandus post haec verba signum interrogandi posuit, quia dictum oratoris, quod sequitur, omnibus notum esse debuerit, recte reprehendit Schaeferus, sed quod hic ipse contra dicit, Demosthenem non coram philosophorum coetu disserere, sed verba facere ad homines, quorum non esset de rebus humanis philosophari, id esse non probandum arbitror. Nam rem bene noverunt Athenienses, saepenumero vituperati tum a poetis comicis, tum ab oratoribus, quod in actionibus ipsorum fortuna dominetur vel certe maiore sit vi, quam prudentia et consilium. Eupolis dixit auctore Athenaeo X, p. 425. A. ὦ πόλις, πόλις, ὡς εὐτυχὴς εἶ μᾶλλον ἢ καλῶς φρονεῖς. quocum conferendi sunt Aristoph. versus eccles. 496. s. Invern. λόγος τέ τοί τις ἔστι τῶν γεραιτέρων· ὅσ' ἂν ἀνόητ' ᾖ μῶρα βουλευσώμεθα, ἅπαντ' ἐπὶ τὸ βέλτιον ἡμῖν συμφέρειν. Add. Nub. 588. s. Demosth. Philipp. I. 12. p. 43. τὰ τῆς τύχης ἡμῖν ὑπάρξαι, ἥπερ ἀεὶ βέλτιον ἢ ἡμεῖς ἡμῶν αὐτῶν ἐπιμελούμεθα. et alibi. Cf. interpretes ad Aristoph. ll. cc., Frid. Aug. Wolfium ad Leptin. p. 458, 4. Henric. Stephan. de Graecorum moribus in Gronov. Thesaur. XI, p. 86, 87. Quare oratorem illis verbis uti censeo, ut attentos suo more faciat auditores ad ea audienda, quae sequuntur, et si quid in iis novi vel minus cogniti concioni fuerit, id non est hoc ipsum dictum, sed potius illud intelligendum, beatos nescire frenare habendi cupiditatem. — τοῦ μὲν ἡγουμένου καὶ μεγίστου πάντων, τοῦ εὐτυχεῖν. τὸ ἡγούμενον est praecipuum, id quod principem locum obtinet. Xenoph. Cyrop. IV. 1, 8. τὸ ἡγούμενον τῆς στρατιᾶς φῦλον. et sic frequenter apud Platonem et alios. Plurimum valere in rebus humanis fortunam saepe ait Demosthenes aliique antiquitatis homines rerum usu edocti. Vid. Olynth. II. 22. p. 24. μεγάλη γὰρ ῥοπή, μᾶλλον δὲ τὸ ὅλον ἡ τύχη παρὰ πάντ' ἐστὶ τὰ τῶν ἀνθρώπων πράγματα. de pace 11. p. 59. Ἓν μὲν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι,

Digitized by Google

δι' εὐτυχίαν, ἢ συμπάσης ἐγὼ τῆς ἐν ἀνθρώποις οὔσης δεινότητος καὶ σοφίας ὁρῶ κρατοῦσαν. Eandem sententiam, cum pietate vere Christiana Plato eloquutus erat de legg. IV. p. 709. B. τύχας εἶναι σχεδὸν ἅπαντα τὰ ἀνθρώπινα πράγματα, — ὁμοίως αὖ καὶ τόδε ἐστὶ λέγοντα εὖ λέγειν: ὡς θεὸς μὲν πάντα καὶ μετὰ θεοῦ τύχη καὶ καιρὸς πάνθρώπινα διακυβερνῶσι σύμπαντα, ἡμερώτερον μὴν τρίταν ξυγχωρῆσαι τούτοις δεῖν ἕπεσθαι, τέχνην. Ut e latinis unum addam Sallustium, is dicit Catil. c. 8. „Sed profecto fortuna in omni re dominatur; ea res cunctas ex libidine quam ex vero celebrat obscuratque," et Iugurth. c. 102. Multa in hanc rem congesserunt Lennepius ad Phalarid. epist. p. 182. s. et inprimis Voemelius ad Olynth. II. p. 95. Ceterum totum hunc locum in mente habuisse Longinum §. 2. dicunt interpretes, sed sententia in modum philosophi mutata. Dicit philosophus: *Ὅπερ γὰρ ὁ Δημοσθένης ἐπὶ τοῦ κοινοῦ τῶν ἀνθρώπων ἀποφαίνεται βίου, μέγιστον μὲν εἶναι τῶν ἀγαθῶν τὸ εὐτυχεῖν, δεύτερον δὲ καὶ οὐκ ἔλαττον τὸ εὖ βουλεύεσθαι, ὅπερ οἷς ἂν μὴ παρῇ, συναναιρεῖ πάντως καὶ θάτερον, τοῦτ' ἂν π. τ. λ. — ὅρον οὐδὲ τελευτὴν τῆς τοῦ πλεονεκτεῖν ἐπιθυμίας.* Non video, cur relinquendum sit, quod omnes omnium, quos noverim, codices et libri veteres typis exarati habent, *οὐδὲ τελευτὴν*, quum huic scripturae nihil repugnet praeter Funkhaenelium in annal. Darmst. ann. 1841. n. 116. p. 961. cum libro Σ, ex quo ἤ particula pro *οὐδὲ* est prolata. Ac mirari sane licet editorum Turicensium obsequium indulgentiamque. Enimvero iam propter unum quamvis praeclari libri testimonium de ista scriptura suspicionem habere debemus; multo autem sunt maiora, e quibus cuivis apparebit, etiam non aptam esse hoc loco ἤ particulam. Quid enim foret ἤ? Num Latinorum *aut*, ut diversa vel contraria distingeret? At ὅρος et τελευτὴ vocabula sunt cognatae significationis. Componuntur tamen cognata per ἤ particulam, ut liquet ex illo trito: ὅρκια ἢ παραλήσια τούτοις; Quid, placuissetne oratori h. l. a malore recedere ad minus, ut illic id fecit? Non cadit ista ratio in hunc locum: gravius est vocabulum τελευτὴ. Num caderet quidem, si in eius locum transponeretur ὅρος? Etiam tum perversa existeret sententia. Fortasse ἤ accipiamus ita, ut orator id, quod modo posuit, subtiliter corrigat: *vel si mavis dicere, infinita est eorum cupiditas.* At ista subtilitas vel potius calliditas mentis non est ex oratoris indole. Simplicius et sincerius dicet, si vulgatam scripturam retinemus hoc sensu: *cupiditas eorum, qui in rebus secundis sunt, non modo non terminata sed etiam infinita est.* Scilicet utrumque vocabulum ita differt, ut qui dicitur *οὐκ ἔχει ὅρον τῆς ἐπιθυμίας*, inhibere cupiditatem non possit et, si lubet, ultra progrediatur, qui

Digitized by Google

§. 113 autem *οὐκ ἔχει τὴν τελευτήν*, non queat, etiamsi cumulata habeat omnia, cupiditati suae finem imponere eamque ex animo exstirpare. Accedit, ut libri illius amatores nullum e Demosthene locum monstraturi sint, ubi in enunciatione negativa duo synonyma per *ἤ* particulam disiuncta sint: imo ubique *οὐδὲ* intercedere animadvertent. Ut similem locum primum apponam, nam similia sunt ad persuadendum maxime apposita, vid. orat. de coron. 145. p. 275. *οὐκ ἦν τοῖ πρὸς ὑμᾶς πολέμου πέρας οὐδ' ἀπαλλαγὴ Φιλίππῳ, εἰ μὴ Θηβαίους καὶ Θετταλοὺς ἐχθροὺς ποιήσειε τῇ πόλει.* Add. orat. in Mid. 160. p. 566. *οὐδενὸς γὰρ πράγματος οὐδ' ἔργου τοῦτο συγχωρηθέον.* lib. 200. p. 579. *οὐδὲ δέδοικα οὐδὲ φοβοῦμαι τὸν μέλλοντα ἀγῶνα.* et qui Demosthenicis adnumeratur Erotic. 24. p. 1408. *ἔτι δὲ πρίνων τοὺς μὲν τὰ δρομικὰ γυμναζομένους οὐδὲν πρὸς ἀνδρείαν οὐδ' εὐψυχίαν ἐπιδιδόναι.* Ut autem intelligas, placuisse librariis pro *οὐδὲ* scribere *ἤ*, siquidem non alio modo haec scripturae diversitas explicanda erit, postremo add. orat. in Mid. 202. p. 579. *οὐδαμοῦ κώπωτι Μειδίας τῶν συνηδομένων οὐδὲ τῶν συγχαιρόντων ἐξητάσθη τῷ δήμῳ.* nimirum hic in Augustano I. et duobus Bekkeri libris scriptum est *ἤ* pro *οὐδὲ*. Recte obloquitur ibi Schaeferus in hunc modum: „Male: nam *τῶν συνηδομένων* et *τῶν συγχαιρόντων* sunt synonyma. Vid. not. ad p. 566, 17." Quare non dubitandum est, quin nostro loco acumen grammatici homines illos doctos fefellerit. — *πολλοὶ πολλάκις.* Vid. adnott. p. 318. et p. 348. Similia collegerunt Foertschius in comment. crit. de locis nonnullis Lys. et Demoath. p. 44. et Lobeckius in paralipom. gramm. gr. p. 56. haec: orat. de coron. 257. p. 312. *ὑπ' ἄλλων Ἑλλήνων πολλῶν πολλάκις ἐστεφανῶσθαι.* c. Leptin. 3. p. 458. *ψηφίσματα πολλὰ πολλάκις ἐξαπατηθέντες κεχειροτονήκατε.* in Mid. 169. p. 569. et inverso ordine orat. c. Polycl. 20. p. 1277. *πολλάκις ἤδη πολλοὺς.* in Neaer. 114. p. 1384. *πολλάκις πόλλοις.* — *ἐπιθυμοῦντες.* Duo libri *ἐπιθυμήσαντες.* Illud est *per cupiditatem, dum appetunt*, quod h. l. ad sententiam aptius est altero, quod significaret *propter cupiditatem.* *Ἀπώλεσαν* aoristum adtendas eadem vi et potestate valere, atque in simili sententia Olynth. II. 9. p. 20. *ὅταν δ' ἐκ πλεονεξίας καὶ πονηρίας τις ὥςπερ οὗτος ἰσχύσῃ, ἡ πρώτη πρόφασις καὶ μικρὸν πταῖσμα ἅπαντα ἀνεχαίτισε καὶ διέλυσεν.*

§. 114. *καὶ τί δεῖ Φίλιππον λέγειν ἢ τιν' ἄλλον; ἀλλ' —.* Frequens est haec dicendi forma apud Demosthenem, ubi missis iis, de quibus loquebatur, ad alia eaque propiora et graviora transit. *Ἀλλὰ* sequitur interrogationem, quia in ea vis negandi inest. Infra §. 121. *τί δὲ τἆλλα λέγοι τις ἄν; ἀλλ' —.* Philipp. III. 25. 117. *καὶ*

*τί δεῖ τοὺς ἄλλους λέγειν; ἀλλ' ὑμεῖς ποῦ*τοι —. Ibid. 59. p. 126. §. 114 *καὶ τί δεῖ τὰ πολλὰ λέγειν; ἀλλ' ἐν Ὠρεῷ Φιλιστίδης μὲν ἐπρᾶττε Φαίακα.* c. Eubul. 61. p. 1317. *καὶ τί δεῖ περὶ τῶν παιδίων λέγειν; ἀλλ' —.* orat. II. in Aristogit. 7. p. 802. *καὶ τί δεῖ λέγειν περὶ τῶν παλαιῶν; ἀλλὰ —.* Add. orat. in Androt. 15. p. 598. *καὶ τί δεῖ τὰ παλαιὰ λέγειν;* Praeter haec plura Demosthenis exempla attulit Schaeferus ad orat. in Mid. p. 578, 10. et in Aristog. p. 777, 28. cf. eiusdem adnot. ad Lamb. Bos. ellips. p. 788. — *στασιάζοι πρός τινας.* i. e. regulos Thraciae, quos possessionibus exturbare studebat. Ne mora et impedimentum afferretur inceptis suis, cum Atheniensibus, quos mari potentes in illis terris timeret, quandam necessitudinem inierat, quam illi dissolvebant, quum, parata Miltocythis a Cotye defectione, certam sibi Chersonesi recuperationem fore sperarent. Vid. orat. c. Polycl. 5. p. 1207. Hinc bello ab iis cum Cotye per tres fere annos infeliciter gesto, perdiderunt etiam possessiones illic acquisitas. Cf. Brueckneri lib. de Philippo rege p. 37. s. Idcirco non alienum est ab ipsis Atheniensibus, quod Cotyi in crimine ponit orator. — *ὑφ' αὑτῷ τὴν Θράκην εἶχε.* Hoc dedit H. Wolfius, coniectura an librorum auctoritate incertum est, quod tamen Schaeferus quoque scriptum mavult. Quam eius sententiam vehementer probo. Optativum enim *ἔχοι*, quem praeter Reiskium, Im. Bekkerum, Dindorfium editt. Turicenses quoque fide librorum servant, nonnisi tum locum haberet commodum, si occupatio Thraciae non semel facta, sed per Cotyn iterata esset, quod non credibile est. Vid. de hoc optativi usu Matthiaeum gr. gr. §. 521. Infra §. 115. Cotys dicitur *πᾶσαν ἔχων τὴν ἀρχήν* urbes eripuisse Atheniensibus; ac verisimile est, eum post interitum Miltocythis demum tota Thracia potitum, deinde in Chersonesum progressum, urbes, quas ibi possiderent Athenienses, occupasse. Non prorsus ineptum est *ἔχει*, quod nonnulli libri habent: tum *ἐπειδή* cum praesente historico coniunctum esset, de qua re vid. Valkenarius ad Euripidis Hippol. vs. 34. Mirum est autem, quod libri bonae notae in *ἔχοι* scriptura fere omnes congruunt, quae si falsa est et credo falsam esse, certe nihil illorum auctoritate deterritus sum, quin *εἶχε* imperfectum scriberem, eius origo haud duble librariis aequalitatem modi, qui praecedit, appetentibus adscribenda est. — *καταλάμβανε τὰς πόλεις.* Sunt inprimis urbes illae paucae Chersonesi intelligendae, quas Athenienses possidebant. Vid. §. 158. Wlniewskii comment. p. 194. Non recte Reiskius scribi voluit *καταλάμβανε τὰς πόλεις, τὴν πόλιν ἡδίκει*, ut *τὴν πόλιν* Athenienstum urbem intelligeret. Exstat quidem *τὴν πόλιν* pro *τὰς πόλεις* in nonnullis libris, sed quia sequitur *εἶτα καὶ εἰς ὑμᾶς*, non erat *τὴν πόλιν* verbo

Digitized by Google

§. 114 ἠδίκει adiungenda. Similiter Philippum dicit orat. de rebus Cherson. 56. p. 103. τὸν μὲν οὕτω φανερῶς στρατεύοντα, ἀδικοῦντα, πόλεις καταλαμβάνοντα — μεθύων ἐπαρῴνει μάλιστα μὲν εἰς αὐτόν. Verbum παροινεῖν, a Demosthene frequentatum, pertinet inter exempla duplicis augmenti, de quibus Mathiaeus gr. gr. §. 170. p. 310. et Lobeckius ad Phrynich. p. 154. Παροινία quid sit, explicat Xenoph. Sympos. VI, 2. τὸ παρ' οἶνον λυπεῖν τοὺς συνόντας, τοῦτ' ἐγὼ κρίνω παροινίαν. Adde Hesychii explicationem: ἡ ἐκ τοῦ οἴνου ὕβρις καὶ οἷα δήποτε ἁμαρτία. cf. Thom. Magistr. s. v. Igitur quamcunque iniuriam et contumeliam, qua quis alterum pro arbitrio afficit, etiam sine ebrietatis significatione, denotat. Quare h. l. μεθύων, i. e. ὑπὸ μέθης sive ἐκ μέθης, additum est, quod tamen editt. veteres et Valesius in adnott. ad Harpocrat. p. 114. ad ἠδίκει traxerunt. Sed vid. Xenoph. Anabas. V, 8, 4. ἀλλὰ μεθύων ἐπαρῴνησα. Hoc verbum pari modo construitur atque ὑβρίζειν εἴς τινα, quocum saepe iunctum videmus, veluti orat. in Androt. 62. p. 612. εἰς οὓς ἐπαρώνησεν οὗτος. ibid. 63. ὑπὲρ ὧν ὑβρίσθη καὶ παρῳνήθη. in Conon. 4. p. 1257. ἐπαρῴνουν οὗτοι, τὰ μὲν πολλὰ εἰς τοὺς παῖδας ἡμῶν τοὺς ἀκολούθους, τελευτῶντες δὲ καὶ εἰς ἡμᾶς αὐτούς. ib. 16. p. 1262. ἡμεῖς γὰρ οὔτε παροινοῦντες οὔθ' ὑβρίζοντες ὑπ' οὐδενὸς ἀνθρώπων ἐωράμεθα. Add. Lys. orat. in Simon. 19. p. 98. Aeschin. de fals. legat. 154. p. 49. Antiph. tetralog. III. 1. 6. p. 125. ib. Maetzneri not. et Lennepii adnot. ad Phalarid. epistt. p. 45. ubi multa. Quomodo autem Cotys ebrius nimis superbe et crudeliter se gesserit, id commemorat Athenaeus libr. XII. p. 531, 41. et Harpocrat. s. v. — εἶτα. In aliquot libris ἔπειτα δὲ. Ne probes, libris optimis non accedentibus. Neque eam ab causam probandum est, quod constat, Demosthenem particulam δὲ post ἔπειτα et εἶτα, praecedente πρῶτον μὲν et similibus, omittere solere. At posita est orat. in Timocr. 7. p. 702. μάλιστα μὲν διὰ τοὺς θεοὺς ἔπειτα δὲ καὶ διὰ τοὺς δικάζοντας ὑμῶν ἐσώθην· sine diversitate scripturae; exstat etiam orat. c. Phaenipp. 1. p. 138., quae inter Demosthenicas est, et in Isocratis Plataic. 63. p. 309. post μάλιστα μὲν. Hoc tamen rarissime factum est: usu dicendi maxime commendatur μάλιστα μὲν — ἔπειτα s. εἶτα, ut orat. de coron. 267. p. 315. κακὸν κακῶς σε μάλιστα μὲν οἱ θεοὶ, ἔπειτα οὗτοι πάντες ἀπολέσειαν. et quos locos Baiterus ad Isocrat. Panegyr. 91. p. 25. attulit. — τὴν χώραν ἐποιεῖθ' ἑαυτοῦ. Hoc ab Im. Bekkero e suis libris restitutum, ab editt. novissimis receptum, praestat prae altera scriptura τὴν χώραν ἐποιεῖθ' ὑφ' ἑαυτῷ, quam Reiskius ex antiquis editt. acceperat. Illud significat *aliquid facere proprium suum, ut totum in alicuius potestate et ditione sit*, quod

Digitized by Google

rebus Cotyis, qui singulas urbes Chersonesi Atheniensibus adhuc sub- §. 114
iectas suo imperio adiunxisset, aptissimum est; alterum est *subigere, in potestatem suam redigere*, quod Cotys iam prius fecerat. Vid. Xenoph. Agesil. I, 33. *τὴν Ἀσίαν ἑαυτῶν ποιοῦνται.* Add. Platon. Hipp. min. p. 372. C. — *τὸ πρᾶγμα ἀμήχανον ἦν·* Reiskius ind. graec. p. 30: „excogitari nulla ratio poterat, qua impeditum hoc negotium expediretur, aut, insolentia hominis erat intolerabilis et iam coerceri non poterat amplius." Non satis accurate; est potius ita vertendum: *res erat desperata, cui avertendae nullum posset inveniri remedium.* *Ἀμήχανα* enim, ait Etymolog. magn. s. v., sunt *πρὸς ἃ οὐκ ἔστι τὶς μεχανὴν εὑρεῖν· ἐξ οὗ δεινὰ καὶ χαλεπά.* et paulo post: *ἰστέον ὅτι δύο σημαίνει ἡ λέξις, ἢ τὸν μὴ δυνάμενον μεχανὴν εὑρεῖν, ἢ πρὸς ὃν οὐκ ἔστι μηχανήσασθαι.* Apud Homerum Il. VIII, 130. *ἀμήχανα ἔργα*, Aeschylum Eumen. 531. *ἀμήχανοι δύαι* et Euripides Med. 448. dicit: *οὐ νῦν κατεῖδον πρῶτον, ἀλλὰ πολλάκις, τραχεῖαν ὀργὴν, ὡς ἀμήχανον κακόν.* Vid. Heyn. adnot. ad Iliad. X, 34. Lennep. ad Phalar. epistt. p. 167. a. b. Ceterum animadverte asyndeton, vividae Cotyis iniuste agendi rationis descriptioni maxime accommodatum. Cadit in hunc locum Gregorii Corinth. vol. VII. p. II. p. 1211. ed. Walz. dictum de asyndeto: *ὅτε μὲν βούλοιτό τις ἠθικὸν τὸν λόγον ποιεῖν, τῷ ἀσυνδέτῳ χρηστέον.* Hermogen. de method. c. XI. p. 415. vol. III. Disputat de diversitate asyndetorum Tiberius de figur. vol. VIII. p. 567. ss. Exempla Demosthenis vid. orat. de fals. legat. 76. p. 365. *Πέντε γὰρ ἡμέραι γεγόνασι μόναι, ἐν αἷς οὗτος ἀπήγγειλε τὰ ψευδῆ, ὑμεῖς ἐπιστεύσατε, οἱ Φωκεῖς ἐπύθοντο, ἐνέδωκαν ἑαυτούς, ἀπώλοντο.* de rebus Cherson. 57. p. 103. 69. p. 106. 76. p. 109. Philipp. III. 39. p. 121. 73. p. 130. de coron. 96. p. 258. in Mid. 17. p. 520. 59. p. 533. ib. 200. p. 579.

§. 115. *οὐ τὰ δυςχερέστατα ἕκαστος εἴωθε λογίζεσθαι.* Hoc aptiore ordine verba primus edidit Im. Bekkerus e suis libris, aliis comprobantibus. Vis in *τὰ δυςχερέστατα* est; quare prius collocandum erat quam *εἴωθε.* — *ἃ κατορθώσας διαπράξεται.* i. e. *prospero belli successu usus, re bene gesta perficiet, sibi acquiret.* Ut *κατορθοῦν* hic absolute dictum est, ita etiam orat. adv. Philippi epist. 14. p. 156. *τῶν βασιλειῶν καὶ πασῶν τῶν δυναστειῶν, ἑὼς μὲν ἂν ἐν τοῖς πολέμοις κατορθῶσιν, ἀφανῆ τὰ κακὰ τοῖς πολλοῖς ἐστίν.* cf. ibid. 13. p. 155., ubi not. Schaeferi; Xenoph. Memor. III. 1, 3. ibi Herbst. Cum accusativo constructum vid. Demosth. orat. de coron. 285. p. 320. et 290. p. 322. Si usum verbi et vim spectamus, habet, ait Wyttenbachius ad Plutarch. Moral. I. p. 255. ed. Lips., locum maxime quidem in bellicis factis, sed tamen ut in aliis rebus,

Digitized by Google

§. 115 sic in scribendo, dicendo, disserendo. Cf. Lobeckium ad Phrynich. p. 251. et interprett. ad Thom. Magistr. p. 517. — *βιβουλεῦσθαι, ὅπως.* *Ὅπως* idem esse, quod *ἐξ ὅτου τρόπου* sive *ᾧ τρόπῳ*, indicio est praecedens *τοῦτον τὸν τρόπον*. Hac vi post verba deliberandi cum futuro iungi notum est. Optime hac in re de Demosthene Engelhardius annott. p. 12 — 16. meritus est, exempla oratoris tam certa quam incerta huius usus in iudicium vocans. Adde Nitzschii not. ad Plat. Ion. p. 24. Bremii ad Demosth. Olynth. III. p. 28. 6. apud Schaeferum et hunc ipsum vol. I. appar. crit. p. 232. — *ἂν μὲν δὲ χρὴ περὶ ὑμῶν γιγνώσκῃ.* Reiskius indic. graecit. p. 120. sic interpretatur: „ita se erga vos gerat, eó sit animo, iis moribus, quibus par est eum esse: opponi enim ei *ἂν δ' ἀλόγως ἀδικεῖν ἐπιχειρῇ.*“ Ita dicitur *ἄδικα, δίκαια γιγνώσκειν περί τινος.* — *ἀδικήσεται.* Nonnulli libri *ἀδικηθήσεται.* Vid. adnot. ad §. 110. Eadem scripturae diversitas in libris est orat. c. Leptin. 164. p. 507. in Mid. 90. p. 524. ib. 220. p. 585. — *τοῦ δίκην δοῦναι.* Hunc verborum ordinem e libro Parisino enotare Im. Bekkerus praetermisit. Vulgatum idcirco retinuerunt novissimi editores. At nemo negabit aptius hoc loco dici *τοῦ δίκην δοῦναι* quam *τοῦ δοῦναι δίκην*, quum, si totius loci complexum consideramus, maior vis in *δοῦναι* sit quam in *δίκην* ideoque gravius vocabulum ultimum ut eminentiorem enunciationis locum tenere oporteat. Quamquam opponi potest *δοῦναι δίκην* in unam notionem coalescere nihilque ad sententiam referre, utrum alterutrum ante an post ponatur; attamen propter oppositionem *ἀδικήσεται* erat *δοῦναι* praecipue recepta collocatione efferendum. Huc usque critici collocationem verborum apud Demosthenem vulgatam parum curarunt, ut, si forte Reinh. Klotzium exceperis, qui praeclara in hac re cognitionis suae documenta in quaestionibus criticis dedit, nemo certo sciat, quibus legibus decernendum sit, ubi necessario verbum praecedat, ubi nomen recte sequatur. Sunt tamen satis multa utriusque collocationis exempla in quaque oratione frequentata, saepenumero etiam incerta ex librorum auctoritate. Vid. orat. de Rhod. libert. 16. p. 195. de coron. 183. p. 271. in Mid. 12. p. 518. in Androt. 1. p. 593. ib. 25. et 26. p. 601. 28. p. 602. 43. p. 606. — *τὴν ἐπιστολὴν ἦν, ὅτε — καὶ ἦν ὅτε — Τιμομάχῳ πέμψας.* Reiskium omisisse alterum *ὅτε* in appar. crit. dictum est. Addo, eum id fecisse iniuria. Duas Cotys epistolas scripsit, unam, quum post defectionem Miltocythis populi Atheniensium benevolentia et auxilio indigeret; haec erat hominis modesti et officiosi; alteram, tota Thracia occupata et cognita tristi classis Atticae conditione, misit Timomacho, duci Atheniensium. Hic enim venerat Olymp. 104, an. 4. (361 ant. Chr. n. vid. Clint.

Digitized by Google

Fast. p. 130. ed. Krueger.) successor Menonis, sed opibus et mentis §. 115
destitutus, de quo vid. orat. c. Polycl. p. 1210. extr. et p. 1211. inde colligi potest, epistolam, quam miserat Timomacho, fuisse plenam superbiae et minarum; quaeque minatus fuerit, mox evenerunt, nam urbes Atheniensium ditionis eripuit. Idcirco orator ambas iudicibus recitari iubet, ut cognoscant, qualem se praestet homo, quum sit in angustiis, et quomodo in rebus secundis animum immutet. Quamobrem non apta est Schaeferi interpretatio. „Apparet, inquit, Thracem priorem epistolam scripsisse ad S. P. Q. A.: postea, postquam rerum, ne dignatum quidem esse litteris Athenienses, sed eorum ducem illis in locis certiorem fecisse, quid facto opus esset. Vides, quae vis sit verborum πέμψας Τιμομάχῳ." Non apta est, quia non vidit, verba πέμψας Τιμομάχῳ verbis ὅτε ἀφεστήκει Μιδοκυθήρᾳ opposita nihil continere nisi indicium temporis, quo Cotys alteram epistolam misisset. Si ea, quam voluit homo doctissimus, verbis inesset sententia, debuisset antea aliquid saltem de senatu populoque Athen. commemoratum esse. Sed tale quid ne attigit quidem orator. Denique quod ille addit, Cotyn per alteram epistolam Atheniensium ducem in illis regionibus certiorem fecisse, quid facto opus esset, eo planius etiam facit, ipsum rerum, quarum hic mentio fit, non quarum fuisse. Bene tamen interpretatus, alterum ἦν item regi ab antegresso ἔπεμψε, ad πέμψας autem posse, si quis velit, αὐτὴν intelligi. — ΕΠΙΣΤΟΛΗ. Reiskius, quia binae litterae recitatae sint, ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ in numero plurali scribendum esse censet, quod non necessarium est.

§. 116. ἂν ἐμοὶ πεισθῆτε. Haec scriptura immerito a Schaefero, etiam ab editt. Turicensibus, spreta est, non modo quia altera ἂν ἐμοὶ μὴ πεισθῆτε a libro Paris. Σ aliisque valde commendetur, sed etiam propter sententiam, quae aptissima inde prodeat. Schaeferus enim ita interpretatur: *Quod si mea verbis non flectimini, certe cum hoc exemplum videritis praetereaque cetatis Philippum* —. Ut nihil dicam de eo, quod ista ratione oratio iusto implicatior fiat, quod quidem a Demosthenis loquendi perspicuitate abhorret, quaerendum primum est, quaenam illa oratoris sint verba, quibus se flecti non sinant ii qui audiunt. Antea orator sola exempla attulit et praecipue Cotyis immoderata habendi cupiditate docere voluit, quid civibus exspectandum esset a Cersoblepte filio. Itaque non protulit suam sententiam ab exemplis seiunctam, sed quod demonstrare voluit, id illis ipsis complectens assequi studuit. Schaeferus tamen aliam opinatur esse oratoris sententiam, aliam subesse exemplis. Posset μὴ particula tum modo locum habere, si orator antea exposuisset,

Digitized by Google

§. 116 cuius generis fides esse deberet, quam Censobleptae haberent, ut si istud suum consilium sequi nollent, certe exemplum Philocratis sequerentur, quo ille in Lacedaemonios usus esset. Deinde Schaeferus verbis suis *certe* particulam immiscens, cui nihil in graecis respondet, ita vertit, ac si ἐκείνηγε τὴν πίστιν βουλήσεσθε ἔχειν dictum esset. Scio γε particulam in tali structura nonnunquam omitti, sed rarissime apud Demosthenem, de quo non vid. admot. ad §. 195. Quod autem gravissimum est, ipse orator viam ambigentibus monstrat certissimam, utrum μὴ eliciendum sit an retinendum. Postquam enim Philocratis in Lacedaemonios agendi rationem exposuit, qua ipsi uterentur in Thracem, pergit §. 117. repetens integrum ἂν ἐμοὶ πείθησθε aliis verbis ita: ταύτην, ἂν ἐμοὶ χρῆσθε συμβούλῳ, φυλάξετε τὴν πίστιν πρὸς τοῦτον τὸν Θρᾷκα. Quam ob causam non cunctandum esse putavi μὴ particulam omittere, quod iam prius inter recentiores rectissimo Dindorfius fecit indicio; idem facere paululum addubitavit Im. Bekkerus, homo moderatus et modestus. Omissio μὴ omnia sunt plana, neque quidquam restat difficultatis. Dici quidem potest, esse difficilem explicatu μὴ particulae originem et talia difficiliora non solere comminisci librarios. Esto; si ea non ex ultima antecedentis pronominis syllaba ensta est, quidni rem ita explicemus, ut μὴ librarius tribuamus, qui verba πάντων εἰδόσες significare censerent idem quod ἂν καὶ ἐκεῖνο εἰδῆτε, ut sententia esset: Hoc exemplum quum videritis, si id ad probandam vobis quod volo non sufficiet, habebitis, si etiam illud noritis, quod recentiori tempore Philippus fecit, Censobleptae talem fidem, qualem Philocrates aliquando Lacedaemoniis, ut aiunt, stipulatus est. Error igitur vel difficultas exstitit eo, quod participia, quae ad sententiam cohaerent, seiuncta sunt enunciatione in medio posita. Sed cur hoc factum sit, liquet. Nimirum quum dixisset orator ἂν ἐμοὶ πείθησθε, proprie adnectere debuit verba ἐκείνην τὴν πίστιν βουλ. ἔχειν, sed ei aliud in mentem venit exemplum, quod recens factum erat, quod non sine dolore animi vulnis civium tractabat eosque ut cautiores alio tempore essent, valde admonebat, idque statim subiunxit, quo ad fidem sibi faciendam gravius adderet pondus. Nam, quo tempore haec oratio habita est, Philippus is erat, quem Athenienses ut infestissimum hostem maxime timere coepissent. Denique multo minus utile est μὲν pro μὴ in uno libro inventum, quamquam dicunt ἐγὼ μὲν οἶδα et similia, non sequente δὲ particula. Id haud dubie librarius aegre ferens μὴ in libro, quem describebat, oblatum cum negativa commutavit. — ὅτε μὲν Ἀμφίπολιν ἐπολιόρκει. Hanc verborum collocationem ex optimis libris sumtam defendit praeter Dindorfium et editores Turicenses doctissi-

Digitized by Google

mus Reisk. Klotzius in quaestionibus criticis p. 68. ita: „Quum vulgo scriberetur ἐπολιόρκει Ἀμφίπολιν, libri autem quorum summa est auctoritas alteram verborum positionem Ἀμφίπολιν ἐπολιόρκει commendarent, miror quod neque Bekkerus nec Schaeferus de verbis transponendis quicquam dixerunt, apparet autem recte a me esse scriptum Ἀμφίπολιν ἐπολιόρκει, quod etsi inter se opponuntur verba ἐπολιόρκει et ἔλαβε, tamen est etiam quaedam oppositio inter Amphipolin et Potidaeam, quae quum non tam particulis esset indicata quae magis ad utriusque enunciationis verbum pertinent, necessario verborum collocatione erat declaranda.“ Res, quae in Olymp. 105, an. 3. incidit, commemoratur etiam in orat. de Halon. 27. p. 83.: τῆς δ' ἐπιστολῆς ἦν πρὸς ὑμᾶς ἔπεμψεν ὅτ' Ἀμφίπολιν ἐπολιόρκει, ἐπιλέλησται, ἐν ᾗ ὁμολογεῖ τὴν Ἀμφίπολιν ὑμετέραν εἶναι· ἔφη γὰρ ἐπολιορκηκέναι ὑμῖν ἀποδώσειν ἃς οὖσαν ὑμετέραν καὶ οὐ τῶν ἐχόντων. Miserat Philippus callidum epistolam metuens, ne inita inter Athenienses et Olynthios, qui urbem illo tempore tenebant, societate conatus sui propagandorum et firmandorum regni finium reprimerentur. Eodem anno Pydnam occupavit et anno post Potidaeam, ut Winiewskius auctor est in comment. p. 43. Cf. Voemelii prolegomena Philipp. I. §§. 13. et 16. Ruedigeri comment. histor. p. I. p. 205. Bruecneri libr. de Philippo rege p. 49. s. Schlosseri histor. univ. I, 3. p. 51. — ἐμποιῆσαι τὴν πίστιν βουλήσεσθε ἔχειν. Diffidentiam et cautionem in rebus publicis laudabant veteres, in privatis rebus et erga cives fidem et iustitiam praedicabant maxime observandam. Vid. Demosth. Philipp. II. 23. p. 71. et dicta veterum, quae ad hunc locum p. 33. s. Voemelius composuit. Ad βουλήσεσθε ἔχειν intelligas cum Reiskio πρὸς τὸν Θρᾷκα. Is tamen ea quoque post βουλήσεσθε ut oratoris verba interponi voluit, quia paulo inferius addantur. Bene respondet Schaeferus, non opus esse addi: de quo enim hoc intelligendum esset, nullum auditorum ignorasse. Infra recte addi propter oppositionem Lacedaemoniorum. — Φιλοκράτην τὸν Ἐφιάλτου. Ita Im. Bekkerus ex optimis suis libris et nonnullis Taylorii. Palmerius quoque in margine sui libri invenit Φιλοκράτην. Novissimi editores sequuti sunt. Altera codd. scriptura est Ἰφικράτην, a Reiskio recepta, non tamen apta. Ubicunque enim Iphicrates nominatur, patris nomen non additur, nisi quod apud unum Pausaniam in Boeoticis Timothei filius dictus est. Ibi autem homines docti aut aliquid excidisse, aut errasse scriptorem dicunt. Vid. Palmerii not. ad h. l. Deinde is etiam alibi ob nominis claritatem a librariis cum obscuris hominibus, velut infra §. 130. et orat. de fals. legat. 265. p. 486. commutatus est At Philocrates, qui hic dictus est, ab alio vel pluribus eiusdem nominis, genere addito, etiam

§. 116

§. 116 apud Xenophontem Hellen. IV, 8, 24. distinguitur: πλέον δὲ (ὁ Τελευτίας) περιενηχάνει Φιλοκράτει τῷ Ἐφιάλεου, πλέοντι μετὰ δέκα τριηρῶν Ἀθήνηθεν εἰς Κύπρον ἐπὶ ξυμμαχίᾳ τοῦ Εὐαγόρου, καὶ λαμβάνει πάσας. Ac verisimile est, ea quae orator h. l. refert, a Philocrate dicta fuisse contra Teleutiam, ducem Lacedaemoniorum, illo tempore, quo uterque convenisset, hic hostis Evagorae, ille amicus et socius. Convenerant hostiliter Olymp. 97, an. 3. Cf. Lysiae orat. pro Aristoph. bonis. p. 155. ad extrem. Vid. Schneideri not. ad Xenoph. Hellen. l. c. Ceterum hoc dictum Laconi perperam tribuisse Dion. Chrysosthomum p. 639. C., dicit Valkenarius in adnot. ad Herod. IX, 54.

§. 117. ἐξαπατώντων τι τῶν Λακεδαιμονίων. Lacedaemonii honestatem publico metiebantur emolumento, in qua re Alcibiades a Plutarcho imitatus dicitur τοὺς ἀρίστους Λακεδαιμονίων, οἷς ἦν καλὸν ἁλῶναι καὶ δίκαιον εἶναι τὸ τῆς πατρίδος συμφέρον. Hinc saepe perfidi facti sunt et ob perfidiam increpati a scriptoribus. Primus id vitium notat Herodotus IX, 54. ἐπιστάμενοι τὰ Λακεδαιμονίων φρονήματα, οἷς ἄλλα φρονέοντες καὶ ἄλλα λεγόντων. Eadem specie loquendi exprobrat Andromache apud Euripidem in cognomini fabula Menelao, ad illorum normam composito, simulationem et fallacias vs. 451. s. οὐ λέγοντες ἄλλα μὲν γλώσσῃ, φρονοῦντες δ' ἄλλ' ἀφειμένοι δ' ἀεί;, postquam antea angorem animi his dictis iam levaverat: Σπάρτης ἔποικοι, δόλια βουλευτήρια, ψευδῶν ἄκεστες, μηχανορράφοι κακῶν, ἑλικτά, κοὐδὲν ὑγιὲς ἀλλὰ πᾶν πίφιξ φρονοῦντες. Adde Supplic. vs. 186. Σπάρτη μὲν ὠμὴ καὶ πεπολιῶσθαι τρόπους. Pari acerbitate eos castigat Aristophanes in Pac. vs. 1062. 1065. et 1066. ed. Invers. Συνθήκας πεποίησθ' ἄνδρες χαροποῖσι τειθήποις — καὶ νῦν τρήρωνες ἀλωπεκιδεῦσι πέπεισθε, ὧν δόλιαι ψυχαί, δόλιαι φρένες. nec non in Acharn. vs. 307. ἔστιν ἐπείσω γ' ἄνευξ, οἷσιν οὔτε βωμὸς οὔτε πίστις οὔθ' ὅρκος μένει; et aliis in loca. Iidem intelligendi sunt, ubi Plat. de rep. VIII, p. 548. A. dicit: τοὺς περὶ ταῦτα (in bello) δόλους καὶ μηχανὰς ἐντίμους ἔχειν. Neque admiratio est Agesilao tribuenda, quam Phoebidae occupationem arcis Thebanae speciosa nomine occultat. Εἰ μὲν βλαβερά, inquit, τῇ Λακεδαίμονι πεπραγμὰ εἴη, δίκαιος εἴη ζημιοῦσθαι· εἰ δ' ὠφελιμά, ἀργαῖον εἶναι νόμιμον, ἐξεῖναι τὰ τοιαῦτα εὐτρεπιζειν. ut refert Xenoph. Hellen. V, 2, 32. Conferas scriptores, quos post Barnesium ad Euripid. Androm. l. c. Valkenarius ad Herodotum et interpretes Aristophanis ll. cc. commemorant. Add. Wachsmuthii antiquit. Hellen. I. p. I. p. 194. — ἥντινα βούλεται. Indicativus in media oratione obliqua positus referentis oratoris est, coniunctivus Reiskii vitiosus. Similia attulit

Funkhaenelius in quaestt. Demosth. p. 44. eademque repetiit in Androtiana p. 116., inter ea hunc ipsum locum. Cf. Bernhardyi synt. p. 388. s. Matthiaei gr. §. 507. 3. — *εἰ δεῖξαιεν.* Hanc vulgarem formam optativi e libro Parisino sumtam, non denotatam inde a Bekkero, non dubitavi restituere. Non rara est apud Demosthenem, optimis libris testantibus. Olynth. III. 16. p. 32. *πολεμήσαιεν.* de reb. Cherson. 36. p. 98. *φήσαιεν.* de symmor. 25. p. 185. ubi haec tria: *εἰσενέγκαιεν, δεῖξαιεν, ὁμολογήσαιεν.* in Mid. 50. p. 530. *ἀκούσαιεν.* c. Macart. 76. p. 1076. *ἐξερημώσαιεν.* Exempla huius formae e Platone Stallbaumius ad Plat. Gorg. p. 465. B., e Xenophonte Bornemannus ad Conviv. p. 120., e Thucydide allisque Maetznerus ad Antiph. p. 122. exprompserunt. Cf. Schaeferi adnot. ad orat. de fals. legat. p. 351. 26. Matthiaei gram. I. p. 361. Buttmanni gram. I. p. 362. — *ἐπεὶ ὅτι γ' ἀεὶ βουλήσονται εὖ εἰδέναι.* Infinitivus post *ἐπεὶ* in eo rationem habet suam, quod *εἰπεῖν* in oratione obliqua antecedit, unde, si placet, ad hanc enunciationem *εἶπε* trahi potest. Quare non raro in codd. verbum dicendi vel similia stabiliendis huius generis infinitivis falso adduntur. Vid. orat. in Timocr. 212. p. 766. *ἐπερωτήσας δὲ εἰ δίκαιος αὐτοῖς καὶ καλῶς ἔχων ὁ νόμος φαίνεται, ἐπειδὴ φῆσαι τοὺς δικαστάς, εἰπεῖν (λέγεται) ὅτι.* Xenoph. Memor. I, 1, 13. *ἐπεὶ καὶ τοὺς μέγιστον φρονοῦντας ἐπὶ τῷ περὶ τούτων λέγειν οὐ ταὐτὰ δοξάζειν ἀλλήλοις.* Vid. Poppo de elocut. Thucyd. p. 145. s. Stallbaumius ad Plat. Sympos. p. 189. Matthiaei gram. §. 538. Particula *γε* post *ὅτι* posita ad totam enunciationem pertinet, quae quasi unius verbi vicem obtinet. Lysias orat. pro bonis Aristoph. 13. p. 153. *ἐπεὶ ὅτι γε οὐ χρημάτων ἕνεκα, ῥᾴδιον γνῶναι ἐκ τοῦ βίου παντὸς καὶ τῶν ἔργων τῶν τοῦ πατρός.* Epistol. II, quae Demostheni adscribitur, p. 1471. extrem. *ἐπεὶ ὅτι γε ὑμῖν προσεῖχον τὸν νοῦν καὶ οὐδέσιν ἄλλοις, πολλὰ ἂν ἴδοιτε σημεῖα·* ibique Schaefer. — *τοῦτον τὸν Θρᾶκα. Τουτονὶ* pro *τοῦτον*, uti ante Im. Bekkerum scriptum erat, ne tum quidem probarem, si auctoritas librorum melioris notae accederet. Nam ita Cersobleptes, ad quem tota haec oratio spectet, non est designandus. Alia res est §. 111, ubi *τουτονὶ τὸν Μακεδόνα* dicit. — *μὴ βουλήσεσθε εἰδέναι.* Im. Bekkero *βούλεσθε* praestare videtur. Sed cum Schaefero defendam futurum, quod cum *μὴ* copulatum imperativi vim et potestatem induit. Sic Graeci loquuntur verecundius, ita ut quod vetant, non futurum esse confidant vel optent. De quo futuri usu nonnulli homines docti, cum primis Elmsleius ad Euripidis Med. 804. addubitarunt, sed quam certus is sit, eius rei complura potuerunt proferri testimonia. Aristoph. Plut. 487. *μαλακὸν δ' ἐνδώσετε μηδὲν.* ubi miramur, quam Anglus machi-

§. 117

Digitized by Google

§. 117 nam adhibuerit, ut regulam tueretur suam. Cf. Pac. 329. Sophocl. Al. 572. καὶ τ' ἀμὰ τεύχη μητ' ἀγωνάρχαι τινὲς θήσουσιν Ἀχαιοί. Antig. 84. Ἀλλ' οὖν προμηνύσεις γε τοῦτο μηδενὶ τούργον, κρυφῇ δὲ κεῦθε. sed ibi in libris optimis etiam προμηνύσῃς legitur, quamquam futurum personae Ismenae aptissimum est. Ibi Triclinii scholion haec: ἰστέον, ὅτι οὐ μόνον τὰ εὐκτικὰ ἔστιν ὅτε προστακτικὴν δύναμιν ἔχοντα εὕρηται, ἀλλὰ καὶ ὁριστικὰ ῥήματα ἐπὶ μέλλοντος, ὡς ἔστι ἐνταῦθα. εὕροις δ' ἂν καὶ ἀλλαχοῦ, εἰ ζητοίης. Vid. Dorvillii adnot. ad Charit. p. 237. ed. Lips., Schaeferi ad poet. gnom. p. 318. et 364. a. Matthiae gram. §. 511, 3. Hartungii partt. gr. II. p. 153. — *tina ἂν — πρὸς ὑμᾶς σχοίη γνώμην. quo animo in vos sit affectus*, propenso an infenso. Thucyd. III, 25. πρὸς τοὺς Ἀθηναίους ἧσσον εἶχον τὴν γνώμην, ὥστε συμβαίνειν. alibi γνώμην εἶχον πρὸς τοὺς Λακεδαιμονίους. Xenoph. Anab. II, 5, 29. ἤβούλετο ὁ Κλέαρχος ἅπαν τὸ στράτευμα πρὸς ἑαυτὸν ἔχειν τὴν γνώμην. ibi Bornemannus et Schneiderus ad libr. VI, 6, 12. — *εἰ πάσης ἄρξει τῆς Θρᾴκης.* Quod libri bene multi iique boni, imo optimi exhibent *εἰ πάσης ἄρξειε Θρᾴκης*, id non dubitantes sumpserunt editores Turicenses. Dubitaverant Im. Bekkerus et Dindorfius, et recte quidem. Obstat usus loquendi. Ubi enim πᾶς vel ἅπας apud Demosthenem cum nominibus terrarum coniungitur, articulus non est omissus, velut orat. de coron. 18. p. 231. ἡ Πελοπόννησος ἅπασα διειστήκει. Accedit, ut soni ratio postulet articulum: eo omisso hiat oratio paullum et vox haeret, si Θρᾴκης tum proximo ἄρξειε pronuntiando adigetur. Denique non est praetermittendum, esse librarios propensiores saepe ad omittendum quam ad ponendum articulum, maxime in nominum cum πᾶς et ἅπας coniunctione.

§. 118. Ὅτι τοίνυν ὅλως οὐδ' —, καὶ τοῦτ' ἐκ πολλῶν ῥᾴδιον γνῶναι. Solet orator in transitu hac orationis conformatione frequenter uti. Simillimum locum habemus in orat. c. Leptin. 11. p. 460. Ὅτι τοίνυν οὐδ' ἐστὶν ὅλως, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοῦ ἤθους τοῦ ὑμετέρου κύριον ποιῆσαι τοιοῦτον νόμον, καὶ τοῦτο πειράσομαι δεῖξαι διὰ βραχέων. Cf. orat. in Mid. 171. p. 569. in Androt. 65. p. 613. in Timocr. 91. p. 729. ib. 172. p. 753. c. Aphobus. 4. p. 893. c. Nausimach. 21. p. 990. — *ὑγιαινόντων ἐστὶν ἀνθρώπων.* Haec sic coagmentata melius se iungunt, quam quo ordine dederunt unus cod. et editt. veteres *ὑγιαινόντων ἀνθρώπων ἐστίν.* Eandem verborum collocationem vid. Olynth. III. 20. p. 34. οὔ τοι σωφρόνων οὐδὲ γενναίων ἐστὶν ἀνθρώπων. — ἴστε γὰρ δήπου πάντες, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοῦτο ὁμοίως ἐμοί, ὅτι. Collocatio τοῦτο pronominis ante πάντες ex aliquot libris notata in observato Demosthenis loquendi

Digitized by Google

non sita videtur. Nam nihil frequentius apud oratorem, quam ἔστι §. 118
γὰρ δήπου τοῦθ' ὅτι —, ἔστι γὰρ δήπου τοῦτο πάντες, ὅτι —, et ἔστι γὰρ δήπου πάντες, ὅτι. Verumtamen h. l. differendum erat τοῦτο auctoritate plurimorum et praestantiorum librorum et loco, quo convenit, ponendum. Is ei post ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι recte assignatus est, primum quia in vicinia particulae ὅτι, ad quam pertinet, esse debet, deinde ut ne ὁμοίως ἐμοὶ nudum relinquatur, quod insuave esset. Ad ὁμοίως ἐμοὶ cf. orat. I. in Aristogit. 20. p. 775. ὅ' πάντες ὑμεῖς ἴστε ὁμοίως ἐμοί. — ὅτι Κότυν ποτ' ἐποιήσασθε πολίτην. Civitate haud dubie circa Olymp. 103, an. 4. donata Cotyn sibi devincire voluerunt Athenienses, maxime eo consilio, ut acquisitas urbes Sestum, Crithoten et Eleuntem tutas praestarent. Vid. Brueckn. de Philippo rege p. 87. — δῆλον ὡς. Hoc non puto pro δηλονότι dictum, ut Schaeferus censet, sed ὡς ad participium referendum est et δῆλον absolute interpositum, ut nostratium consuetudini conveniat in hunc modum: ihr machtet ihn zu eurem Mitbürger offenbar weil ihr ihn für wohlgesinnt und euren Freund hieltet. Pari modo orat. de Halon. 88. p. 85. δῆλον ὡς προκεχειρισμένων καὶ ἑτοίμων ὄντων τῶν ἀγαθῶν. Paulo post §. 119. πολίτας ἐποιήσασθ' ὡς εὐεργέτας. Potuisset orator etiam δῆλον ὅτι, sequente ὡς particula, dicere, ut Plat. Gorg. p. 516. A. ὀλίγου δὲ καὶ Θανάτου ἐτίμησαν, δῆλον ὅτι ὡς πονηροῦ ὄντος. — καὶ φίλον. Iniuria cum uno Σ editores Turicenses haec verba post ἡγούμενοι addita in ceteris libris omissiae mihi videntur. Mirum sane esset, si ea ceteri librarii omnes addidissent. Praeterea iis deletis aliquid desideraretur ad sermonem numerosum. — χρυσοῖς στεφάνοις. Aureae coronae prius pro magnis meritis dari non solebant, sed solae oleaginis virgis factae, quae etiam tum manebant, quum illae post bella cum Persis gesta opulentia et luxuria induxissent: de qua re Westermannus in disput. de honoribus p. 49. s. — οὐκ ἄν. Schaeferus ex praecedentibus στεφανοῦντες repeti iubet, Godofr. Hermannus de particula ἄν lib. IV, 4, p. 187. ἐστεφανοῦτε. Saepenumero ἄν particula ad verbum aliquod omissum pertinet. Infra §. 154. ἀφυλάκτων ὄντων ὡς ἂν πρὸς φίλον (scil. εἶεν) τῶν ἐν τῇ χώρᾳ. Olynth. I. 21. p. 15. οὔτε γὰρ — εὐτρεπῶς οὐδ' ὡς ἂν κάλλιστ' (ἔχοι) αὐτῷ τὰ παρόντ' ἔχει. cf. Philipp. II. 8. p. 67. Philipp. III. 30. p. 118. de coron. 194. p. 293. 214. p. 299. 243. p. 307. 291. p. 322. in Mid. 117. p. 552. ib. 223. p. 585. Vid. Schaeferi adnot. adp. 294, 9. et Frid. Frankii ad oratt. Philipp. p. 17.

§. 119. καὶ θεοῖς ἐχθρός. Dicitur is, qui iura deorum et hominum violabat, homo iniustus, improbus, scelestus. Plat. de republ. I. p. 352. B. Δίκαιοι δὲ γ' εἶεν, ὦ φίλε, καὶ οἱ θεοί; — καὶ θεοῖς ἄρα ἐχθρὸς ἔσται ὁ ἄδικος, ὦ Θρασύμαχε, ὁ δὲ δίκαιος φίλος. Fre-

Digitized by Google

§. 119 quaestionis dictio Demosthenis est. Orat. de coron. 31. p. 236. δωροδόκημα δὲ τῶν ἀδίκων τούτων ἀνθρώπων καὶ θεοῖς ἐχθρῶν τοιοῦτον ἐγένετο. ubi verba καὶ θ. ἐχθρῶν in Σ omissa recte defendit Dissenius. cf. ib. 61. p. 245. φορὰν προδοτῶν καὶ δωροδόκων καὶ θεοῖς ἐχθρῶν ἀνθρώπων συνέβη γενέσθαι τοσαύτην. de fals. legat. 268. p. 427. κατ' ἀνδρῶν προδοτῶν καὶ θεοῖς ἐχθρῶν. in Aristocr. 201. p. 687. διὰ τὴν τῶν καταράτων καὶ θεοῖς ἐχθρῶν ῥητόρων — κακίαν. Add. orat. de coron. 46. p. 241. ib. 119. p. 267. ib. 295. p. 324. de fals. legat. 95. p. 371. 197. p. 402. 223. p. 410. 250. p. 420. 315. p. 442. in Mid. 197. p. 578. in Timocr. 195. p. 761. τὴν σεαυτοῦ θεοῖς ἐχθρὰν αἰσχροποιΐαν. in Aristogit. I. 66. p. 790. cf. Xenoph. Cyrop. V, 4, 35. Sophocl. Oedip. R. 1519. de se loquitur Oedipus ἀλλὰ θεοῖς γ' ἔχθιστος ἦκω. et rursus 1346. et Aristophan. Nub. 580. Cleontem appellat τὸν θεοῖσιν ἐχθρὸν βυρσοδέψην Παφλαγόνα — Πύθωνα καὶ Ἡρακλείδην. Hi fratres, Aeno urbe in Thraciae ora ad Hebri ostium sita orundi, Cotyn interemerunt Olymp. 105, an. 2. Aristoteles polit. V, 8. p. 180, 25. s. ed. Goettling., addita necis causa: Πύθων δὲ καὶ Ἡρακλείδης οἱ Αἴνιοι Κότυν διέφθειραν τῷ πατρὶ τιμωροῦντες. Vid. ibi varietatem scripturae nominis Pythonis et quos citat Goettlingius scriptores. Cf. etiam Schlosseri not. ad vers. germ. II. p. 234. Demosthenis libri consentiunt in Πύθωνα, nisi quod unus Πείθωνα habet. Deinde pro Αἰνίους scripserunt nonnulli Αἰνειούς, quod etiam apud Harpocrationem s. v. exstat, tanquam si nomen gentile ab urbe Αἶνεία derivandum sit. Plutarchus vit. Cat. min. c. XI. ἐν τῇ Αἰνίων ἀγορᾷ. Livius tamen XXXI, 31. Aeneos scripsit. Sed ut ad Aenios revertar, Python etiam cognomine ὁ Βυζάντιος appellatus est, ad quam urbem Aeno migrasse habitatum dicunt. Quare non differre videtur ab auctore huius nominis vehementer, qui Philippi rebus inservit postea. Demosth. de coron. 136. p. 272. orat. de Halon. 20. p. 81. epistol. II., quae Demosthenicis addita est, p. 1469. extr. Aeschin. de fals. legat. 125. p. 295. Vid. Reiskii ind. s. h. v. Wachsmuthii antiquit. Hellen. I, 2, p. 377. Wintewskii commentt. p. 133—186. Iacobsius ad orat. de Haloneso p. 319. et Voemelius ad Philipp. II. prolegom. p. 21. n. 4. Sed Heraclides non est idem, qui Byzantium, ut Demosth. orat. c. Leptin. 60. p. 475. commemorat, copiis Lacedaemoniorum electis, Thrasybulo tradidit, quem id statui ex temporum ratione nequeat. Byzantii enim occupatio circa Olymp. 97. an. I. per Athenienses facta est. — εἰ δή τότε, ὅθ' — ἐδόκει, ἔγραφέ τις. Ne cui in mentem veniat mutationis, quia in Σ pro τότε scriptum exstat νῦν (nam quae in hoc libro loquuntur, apud singulos gratiosa sunt)

Digitized by Google

praecavendi causa afferre liceat orat. c. Leptin. 85. p. 482. εἰ δὴ τότε, ὅθ' εὑρίσκετο τὴν δωρεάν, ἠξίωσεν ὑμᾶς —, οὐκ ἂν ἐδώκατε ταύτην αὐτῷ χάριν. Cf. paulo inferius §. 121. — ἔκδοτον αὐτὸν εἶναι. Αὐτὸν omittentes librarii quidam ad similitudinem eorum, quae §§. 120 et 121 sequuntur ἀγώγιμον εἶναι, redegerunt. Hoc autem loco pronomen numeri causa deesse non potest. — ἐξέδοτ' ἄν. Adtendas aoristum et quae proxime se iungunt imperfecta ἐποιεῖσθ' et ἐτιμᾶτε. Aoristus indicat solam actionem quae verbo significatur, notione temporis remota, imperfectis autem res cogitatione ad id tempus referuntur, quo aliquid fiebat. §. 119

§. 120. τί δ'; Ἀλέξανδρον ἐκεῖνον τὸν Θέτταλον. Accusativum hunc regi dicit Schaeferus a verbo ἀποκτείνῃ in media enunciatione posito, ubi perspicuitatis causa iteretur Ἀλέξανδρον. Apud Harpocrationem verba ita coniuncta sunt: τί δ' Ἀλέξανδρον ἐκεῖνον τὸν Θέτταλον; tum grammaticus sic pergit: οὗτος δὲ Φεραῖας μέν ἐστι, συνεμάχησαν δ' αὐτῷ Ἀθηναῖοι κατὰ Θηβαίων, ὅτε δέσμιος ἦν παρ' αὐτῷ Πελοπίδας. Cf. Plutarch. vit. Pelopid. c. 27. ss. Diodor. Sicul. XV, 71. Polyb VIII, 1. Cornel. Nep. vit. Pelopid. c. 5. — ἐχθρὸς δ' ὡς οὐδεὶς ἦν Θηβαίοις. Recte sic scriptum est novissime: Θηβαίοις iure ultimum obtinet locum propter oppositionem ὑμῖν δ' οἰκείως διέκειτο. De re vid. Xenoph. Hellen. VI, 4, 35. ἐπεὶ δ' αὐτὸς παρέλαβε τὴν ἀρχὴν, χαλεπὸς μὲν Θετταλοῖς τάγος ἐγένετο, χαλεπὸς δὲ Θηβαίοις καὶ Ἀθηναίοις πολέμιος, ἄδικος δὲ λῃστὴς καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν. ibi Schneideri adnot. Thessali Thebanos in auxilium vocabant ad deprimendam Alexandri tyrannidem. Plutarch. vit. Pelopid. c. 26. Hinc eius ira in Thebanos. Omnino, ut ait Polybius l. c., πᾶς τύραννος πολεμιωτάτους αὐτῷ νομίζει τοὺς τῆς ἐλευθερίας προεστῶτας. — στρατηγὸν αἰτεῖν. Quum Alexander audiret, mitti a Thebanis iratis magnum exercitum, ab Atheniensibus petiit auxilium. Ii miserunt Autocle duce triginta naves cum mille militibus, uti Diodorus Sicul. XV, 71. refert. — καὶ πάντ' ἦν Ἀλέξανδρος i. e. *et omnia erat Alexander*. Orat. de coron. 48. p. 240. οἱ μὲν κατάπτυστοι Θετταλοὶ καὶ ἀναίσθητοι Θηβαῖοι φίλον, εὐεργέτην, σωτῆρα τὸν Φίλιππον ἡγοῦντο, πάντ' ἐκεῖνος ἦν αὐτοῖς. Herod. III, 157. πάντα ἦν τοῖσι Βαβυλωνίοισι Ζώπυρος. ibi etiam in libris invenitur ἐν τοῖσι Βαβυλ., ut apud Euripid. Med. 223. ἐν ᾧ γὰρ ἦν μοι πάντα. Herod. VII, 156. καὶ ἦσαν ἅπαντα αἱ Συράκουσαι. ubi, sed iniuria, οἱ post ἅπαντα nonnulli inseruerunt. Thucyd. VIII, 95. Εὔβοια γὰρ αὐτοῖς ἀποκεκλῃσμένης τῆς Ἀττικῆς πάντα ἦν. ubi πάντα εἶναι, inquit Goellerus, alicui dicuntur, qui in summo honore, auctoritate et existimatione sunt, qui omnia

Digitized by Google

§. 120 apud aliquem possunt, a quibus omnia exspectant. Luciani somn. §. 20. πάντα γὰρ ταῦτα ἐγώ εἰμι. et §. 21. καὶ πάντα ἦσθα. ubi Iacobitz. Pari modo Latini, ut Livius XL, 11.: Demetrius iis unus omnia est. Etiam pronomina neutre genere praedicati vim sustinent, veluti Sophocl. Oedip. R. 1329. Ἀπόλλων τάδ' ἦν. Euripid. Andromach. 169. Ἕκτωρ τάδε. Cyclop. 63. Demosth. de fals. legat. 18. p. 346. ταῦτα δ' ἦν Φωκεῖς καὶ Πύλαι. Cf. Matthiaei gram. p. 609. et qui ibi citantur interpretes, Godofr. Hermann. ad Viger p. 727. et Volkm. Fritsch. quaestt. Lucian. p. 175. s. — ἆρ ἂν ὦν — ἀσφαλὲς ἦν. Nonnulli libri ἆρ' ὦν — ἀσφαλὲς ἂν ἦν. Posset libris optimis approbantibus utraque scriptura in unum coniungi, ut ἂν dupliciter posita esset. Vid. orat. in Mid. 115. p. 552. ἆρ' ἄν, εἰ̓ εἶχε στιγμὴν ἢ σκιὰν τούτων ὧν κατεσκεύαζε κατ' ἐμοῦ, ταῦτ' ἂν ἐλάσειν; — ὃν μετὰ τοῦθ' ὕβρισε καὶ προὐκηλάκισεν. Xenoph. Hellen. VI, 4, 35. Ἀθηναίοις πολέμιος, ἄδικος δὲ λῃστὴς καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν. Infestavit Alexander praedatoriis navibus Cycladas insulas, Tenum, Peparethum et alias, vicitque Athenienses pugna navali. Vid. Diodor. Sicul. XV, 95. Demosth. c. Polycl. 5. p. 1207. de coron. trierarch. 8. p. 1230. Haec facta sunt ann. 3 et 4 Olymp. 104. Cf. Clintonis Fast. Hellen. p. 128. ed. Krueg.

§. 121. τί δὲ τἄλλα λέγοι τις ἂν; ἀλλ'. Dictum est de hac forma dicendi supra ad §. 114. — Ἀργαῖον κατάγοντας λαβών. De hac re vid. Diodor. Sicul. XVI, 2., qui, postquam de Pausania, e stirpe regia oriundo, regis Thracum auxilio Macedoniam invadere conante narravit, ita pergit: ὁμοίως δὲ καὶ Ἀθηναῖοι πρὸς Φίλιππον ἀλλοτρίως ἔχοντες, κατῆγον ἐπὶ τὴν βασιλείαν Ἀργαῖον, καὶ στρατηγὸν ἀπεστάλκεισαν Μαντίαν, ἔχοντα τριςχιλίους μὲν ὁπλίτας, ναυτικὴν δὲ δύναμιν ἀξιόλογον. Adiuverunt Athenienses Argaeum, filium Aeropi, qui iam Amyntae aetate aliquot annos Macedoniae regnum tenuerat, spe commoti fore, ut, re feliciter gesta, Amphipolim reciperarent. Add. c. 4, ubi Athenienses praelio ad Methonen victi et libertate concessa et sarcinis, quas amiserant, restitutis, Athenas ex pacto dimissi commemorantur. Praeterea vid. Harpocrationem s. v. Ἀργαῖος, ibique interpretes Maussacum et Valesium, Ruedigeri comment. histor. t. I, p. 204. Voemelii prolegom. p. 53. ss. Winiewskii comment. p. 89. s. et Brueckneri libr. de Philippo reg. p. 22. s. Haec referenda sunt ad Olymp. CV, an. 2. a. Chr. 359., ut in Corsini Fastis p. 132. ed. Krueger. indicatum est. — ἀπέδωκε δὲ πάντα ὅσ' ἀπώλεσαν αὐτοῖς. Pariter pronomen ad extremum collocatum est §. 131. orat. de coron. 145. p. 276. Οὔτε γὰρ ἐξήγγετο τῶν ἐκ τῆς χώρας γεγονότων οὐδέν, οὔτ' εἰσήγγετο ὃν ἐδεῖτ' αὐτῷ. Nec minus in

Digitized by Google

speciem rotundioris orationis exit pronomen *ὑμῖν* §. 94. Aristocra- §. 121.
teae: *οὐχὶ καλῶς ἔχει μὴ λῦσαι τὸ ψήφισμα ὑμῖν.* Philipp. I. 18. p. 45. *μηδενὸς ὄντος ἐμποδὼν πλεῖν ἐπὶ τὴν ἐκείνου χώραν ὑμῖν.* Philipp. IV. 62. p. 147. *οὐ γὰρ ὑφ' αὑτῷ ποιήσασθαι τὴν πόλιν βούλεται Φίλιππος ὑμῶν· — ἐπηγγέλλετο.* Sic libri mss. et plures numero et auctoritate praestantiores, quos novissimi editores omnes sequuti sunt. Quod prius vulgo scribebatur *ἐπηγγείλατο*, ex importuna librarii alicuius correctione profectum videtur, qui dispares narrandi formas in enunciatione una atque eadem pati nollet. Sed recte imperfectum etiam hic ut §. 114. aoristis subiungitur. Omnino maior scriptorum in verbo *ἀγγέλλειν* eiusque compositis ad imperfectorum quam aoristorum formas propensio quaedam animadversa est, de qua Bernhardyus synt. p. 373. et Maetznerus ad Lycurg. p. 111. disputarunt, quamquam non exploratum est, quatenus in hac re librariorum studio culpa aliqua tribuenda sit. Sic orat. de fals. legat. 60. p. 360., quem locum Maetznerus attulit, *ἦκε δὲ Δερκύλος ἐκ Χαλκίδος καὶ ἀπήγγελλεν ὅτι πάντα τὰ πράγματ' ἐγκεχείρικε Θηβαίοις ὁ Φίλιππος* ex auctoritate optimorum librorum imperfectum scribendum erat, sed in simili loco ibid. §. 125. p. 379. *ὁ Δερκύλος ἐκ τῆς Χαλκίδος ἦκεν ἀναστρέψας καὶ ἀπήγγειλεν ὑμῖν ἐκκλησιάζουσιν ἐν Πειραιεῖ ὅτι Φωκεῖς ἀπολώλασι.* omnes libri aoristum *ἀπήγγειλεν* tuentur, ubi imperfectum bene stare poterat. Adde alterum exemplum a Maetznero expromptum e Midiana 86. p. 526. *Ἀπήγγελλε τοίνυν τίς μοι περιὸντα αὐτὸν συλλέγειν καὶ πυνθάνεσθαι.* ad optimorum librorum fidem sic scriptum, collatis duobus locis, uno Leptineae §. 105. p. 488. *Πάνυ τοίνυν σπουδῇ τις ἀπήγγειλέ μοι περὶ τοῦ μηδενὶ δεῖν μηδὲν διδόναι, μηδ' ἂν ὁτιοῦν πράξῃ, τοιοῦτόν τι λέγειν αὐτοὺς παρεσκευάσθαι,* ubi FTv et corr. Σ *ἀπήγγελλε*, altero orat. c. Conon. 38. p. 1268. *φασὶ γὰρ — αὐτὸν ἀφάς τινας δεινὰς καὶ χαλεπὰς ἐπαράσεσθαι καὶ τοιαύτας, οἵας ἀκηκοώς γέ τις θαυμάσας ἀπήγγειλεν ἡμῖν*, ut scripsit Im. Bekkerus, scriptura *ἀπήγγελλεν* e ΣΦ notata. Idem sprevit orat. de fals. legat. 198. p. 403. imperfectum *ἀπήγγελλεν* quamvis libris ΣΤ et anecdotis suis commendatum. Confero ad haec, sed parum testata, ex orat. de coron. 19. p. 231. de fals. legat. 19. p. 347. ibid. 204. p. 404., quocum componas §. 63. p. 361. Vid. adnot. ad §. 12. p. 150. s. Quod autem ad vim et potestatem vocis *ἐπαγγέλλεσθαι* attinet, de ea iam grammatici optime egerunt; discrimen eius et vocis *ὑπισχνεῖσθαι* statuentes Ammonius p. 56. *ὑπισχνεῖσθαι ὁ τῷ αἰτήσαντι δώσειν ὁμολογήσας· ἐπαγγέλλεται δὲ ὁ ἀφ' ἑαυτοῦ δώσειν ὁμολογήσας.* et Thomas Mag. p. 871. *ὑπισχνεῖται κυρίως τις τὸ ἀξιωθὲν διδόναι, ἐπαγ-*

Digitized by Google

§. 121 γέλλεται δὲ ὁ δίκα ἀξιώσεως παρέχειν βουλόμενος. Est igitur ἐκαγγέλλεσθαι *polliceri* vel *pronuntiare*. Cf. Taylori disputationem de hac voce ad orat. de fals. legat. p. 356, 10., Fr. Aug. Wolf. ad Leptin. p. 469, 28., Ruedig. ad Philipp. I. p. 35. et Doederlini synon. lat. IV, p. 114. s. — τυχεῖν τούτων. Reiskius: quae Aristocrates puta Charidemo nunc a vobis impetrare vult. Sic quoque p. 661, 3." — καλήν γ' ὕβριν ἦμεν ἂν ὑβρισμένοι. Philipp. III. 66. p. 128. καλήν γ' οἱ πολλοὶ νῦν ἀπειλήφασιν Ὠρειτῶν χάριν, ὅτι τοῖς Φιλίππου φίλοις ἐπέτρεψαν αὐτούς, τὸν δ' Εὐφραῖον ἐώθουν. in hac oratione §. 161. κάλα γε, οὐ γὰρ; ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὰ γεγραμμένα. in Mid. 209. p. 581. τάχν γ' ἂν χαρίσαιντο, οὐ γὰρ; Ruedigerus ad Philipp. III. l. c. vim ironiae γὲ particulae tribuit, non considerans eam potius in adiectivo inesse, quam γε adpositum augeat et intendat. Reiskius ind. graec. p. 289. graeca suo more nostra lingua reddit: *da würden wir schon recht angekommen seyn, da würden wir eine schöne lange Nase davon getragen haben.*

§. 122. ἆρά γε ὁρᾶτε καὶ καταμανθάνετε. Ita pergit cum ironia quadam adfirmationem rei, de qua agitur, expostulans. Sententia plenius expressa haec est: *rebus ita comparatis, nonne, si non aliud, certe hoc videtis et percipitis?* De particulis ἆρά γε supra dictum est in comment. p. 211. Refert hanc dicendi formam Aristides art. rhet. p. 382. vol. IX. ed. Walz. ad alterum ἀξιοπιστίας genus, i. e. ad ἀξιοπιστίαν κατὰ σχῆμα, quae, ut rhetoris verbis utar, γίνεται οὕτως, ὅταν τις τοῖς ὁμολογουμένοις ἀντὶ τῶν ζητουμένων σχήμασι χρῆται. In coniunctis ὁρᾶτε καὶ καταμανθάνετε quae inest verbositas, iustam dicimus, quippe rei graviori exprimendae peropportunam. Ea oratori in istius modi interrogationibus vulgata est. Olynth. I. 12. p. 12. ἆρά γε λογίζεταί τις ὑμῶν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ θεωρεῖ τὸν τρόπον δι' ὃν μέγας γέγονεν ἀφθονῆς ὢν τὸ κατ' ἀρχὰς Φίλιππος; ubi cum Σ et duobus aliis libris γε nolim omitti, ut recte omissa est particula orat. de Cherson. 18. p. 94. ἆρ' ὁρᾶτε καὶ λογίζεσθε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὴν ἐπιοῦσαν ὥραν τοῦ ἔτους, εἰς ἣν ἐρημόν τινες οἴονται δεῖν τὸν Ἑλλήσποντον ὑμῶν ποιῆσαι καὶ παραδοῦναι Φιλίππῳ; — ἡλίκην ἂν ὠφληκότες ἦτε παράνοιαν· *quantam dementiam debuissetis.* Philipp. I. 42. p. 52. ἐξ ὧν αἰσχύνην καὶ ἀνανδρίαν καὶ πάντα τὰ αἴσχιστα ὠφληκότες ἂν ἦμεν δημοσίᾳ. Ita ὀφλισκάνειν ἄνοιαν *stultitiae nomen sibi conflare* et alia huius dictionis genera, veluti μωρίαν, δειλίαν, ἀμαθίαν, γέλωτα ὀφλισκάνειν. Nimirum, ut Mitscherlichius ad Horat. lib. I, 14, 16. interpretatur, is, qui vel facit vel dicit aliquid, unde necessario aliquid malum sibi contrahat, is id debere, ὄφλειν, dicitur. Cf.

Digitized by Google

etiam Lambin. ad h. l. Pro παράνοιαν in libris nonnullis scriptum §. 122
est παρανομίαν, quae vocabulorum commutatio frequens est, ut orat. c. Leptin. 155. p. 504. — ἔστι γὰρ οὐχ ὑγιαινόντων, οἶμαι, ἀνθρώπων. Utens iisdem verbis, quibus hanc partem §. 118. exorsus erat, finem facit suae expositioni cum fructuoso vitae societati praecepto, quo, quemadmodum in Thraces agendum sit, consilii sui rationem omnem complectitur. Ut autem satis ponderis hic exitus haberet et auditorum, quod ipse de hac re sentiret, animis infixum haereret, periodum aequalitate membrorum et antithetorum gravitate eximie illustravit, qua arte saepe argumentationem suam στρογγύλως, valide, eleganter et concinne efferre solet. Vid. Hermogen. de invent. vol. III. p. 145. ed. Walz. Scriptura aliquot librorum ante Im. Bekkerum recepta ὑγιαινόντων ἀνδρῶν, οἶμαι iam eam ob causam improbanda est, quod οἶμαι hic contra usum et consuetudinem extremo positum alibi interseri solet. Deinde ἀνδρῶν pro ἀνθρώπων facillima fuit permutatio librariis, ut Porso suppl. praefat ad Euripidis Hecub. p. LVII. ostendit. — Πανσάμενος. id est, *quum destitit de inimicitia*. Intellige ἐχθρὸς ὤν. Eadem ratione Xenophon Anab. I, 5. 17. hoc verbum adhibuit: ἀκούσας ταῦτα ὁ Κλέαρχος ἐν ἑαυτῷ ἐγένετο· καὶ παυσάμενοι ἀμφότεροι κατὰ χώραν ἔθεντο τὰ ὅπλα. Interdum παύεσθαι solitarium videtur esse et simpliciter et sua vi *quiescere* significare, verumtamen ubique ex ambitu sententiae verbum aliquod, ad quod tanquam adminiculum annititur, vel repetendum vel etiam intelligendum est. Andocid. de myster. 36. p. 6. χρῆναι ἔτι ζητεῖν καὶ μὴ παύσασθαι. sc. ζητοῦντας. Antiph. tetralog. I. β. §. 1. p. 116. οἱ δυστυχοῦντες, ὁπόταν μὲν ὑπὸ χειμῶνος πονῶσιν, εὐδίας γενομένης παύονται. sc. πονοῦντες. orat. de contribut., quae inter Demosthenicas est, 35. p. 176. ὅλως δ' ὅπερ οἱ πολιτευόμενοι πεπόνθασι πρὸς ὑμᾶς, οὐκ ἔνεστ' αὐτοῖς, ὅταν βούλωνται, παύσασθαι, τοῦτο καὶ ὑμῖν περιέστηκε. Isocrat. Plat. 18. p. 300. τοὺς δ' οὐ πρότερον παύσονται, (sc. κακῶς ποιοῦντες) πρὶν ἂν οὕτως ὥσπερ ἡμᾶς διαθῶσιν. et de permutat. 318. p. 345. οὐ τοὺς μὲν ἐνδοξοτάτους τῶν πολιτῶν καὶ μάλιστα δυναμένους ποιῆσαί τι τὴν πόλιν ἀγαθόν, — οὐ πρότερον ἐπαύσαντο, (κακὰ λέγοντες καὶ πράττοντες) πρὶν ἠνάγκασαν ὁμοίους γενέσθαι ταῖς αἰτίαις ταῖς λεγομέναις περὶ αὐτῶν; — τὸ ποιεῖν ἐξεῖναι ταῦτα κωλῦσαι. Reiskius verba ad necessitatem ordinis sui ita redegit: ὥστε κωλῦσαι τὸ ἐξεῖναι ποιεῖν ταῦτα. De concursu trium infinitivorum dictum est ad §. 109. p. 351. s. ταῦτα ποιεῖν, i. e. διαλλάττεσθαι. Item pluralis numerus ταῦτα pronominis post unius rei commemorationem supra p. 140. explicatus est. Idcirco etiam hic inutile est Marklandi τοῦτο. — ἄχρι τούτου — ὑπερβάλλοντας.

Digitized by Google

§. 122 Reiskius scripsit ἄχρι τον *quadamtenus, aliquo usque*, nullius codicis auctoritate adiutus, quamvis laudatus idcirco a Bremio ad p. 11, 3.; posthac ille in uno libro invenit ita correctum, ut ipse scripserat. Sed τούτου, quum praemissum sit enunciato sequenti, ut solet saepenumero participiis praemitti, flagitat hoc loco sententia. Dici quoque poterat ἄχρι τούτου —, ἄχρι τοῦ μηδετέρου τὸν καιρὸν ὑπερβάλλειν, ut est apud Xenoph. Memor. IV, 7, 5., vel ἄχρι τούτου —, ἄχρι οὗ ἄν — ὑπερβάλλωσι, quemadmodum Plat. de rep. V, p. 471. B. dixit. Latine haec sic exprimam: *eatenus et amare eos, puto, oportet et odisse, quatenus* vel *ut neutrius rei*, id est, *neque amoris neque odii, opportunitatem et iustum modum transeant.* Minus recte Schaeferus: „ἄχρι τούτου φιλεῖν, scilicet ὥστε τὸ ἀμύνεσθαι σφῶν αὐτῶν μὴ ἀφελέσθαι: ἄχρι τούτου μισεῖν, scilicet ὥστε διαλλάττεσθαι ἐξεῖναι. Sic μέχρι τούτου legitur p. 668, 16.“ Disputavit de hoc pronominis demonstrativi, participia praeparantis, usu Bernhardyus synt. p. 284, ubi inter alia etiam hic locus allatus est. Complura alia attulit in hanc rem Maetznerus ad Antiph. p. 219., veluti Andocid. orat. de pac. 13. p. 25. διὰ τάδε δεῖν πολεμεῖν, ἢ ἀδικουμένους ἢ βοηθοῦντας ἠδικημένοις. Lys. orat. in Theomn. I. 26. p. 118. τίς γὰρ ἂν ἐμοὶ μείζων ταύτης γένοιτο συμφορά, περὶ τοιούτου πατρὸς οὕτως αἰσχρὰν αἰτίαν ἀκηκοότι. Isocrat. Panathen. 120. p. 257. de permut. 69. p. 342. Deinde in libris nonnullis μηδ' ἑτέρου scriptum est non apta vocis seiunctione, quam apud Thucydidem animadvertimus frequentem, maxime praepositione aliqua interposita. Cf. adnot. ad §. 75. p. 279. s.

§. 123. Οὐ τοίνυν ἔγωγε οὐδ' ἐκεῖνο ἰδεῖν δύναμαι. Haec est probata oratori et vulgata ad nova transeundi forma orationis. Vid. §. 95. orat. c. Leptin. 7. p. 459. Οὐ τοίνυν ἔμοιγε οὐδ' ἐκεῖνο εὔλογον, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, σκοπουμένῳ φαίνεται. — οἷον, εἰ βούλεσθε. Diphili fragm. apud Athenaeum VII. p. 292. 9. οἷον τὸ κατὰ τοὐμπόριον, εἰ βούλει, γένος. Plat. Theaet. p. 208. D. οἷον, εἰ βούλει, ἡλίου πέρι ἱκανὸν οἶμαί σοι εἶναι ἀποδέξασθαι ὅτι τὸ λαμπρότατόν ἐστι τῶν κατὰ τὸν οὐρανὸν ἰόντων περὶ γῆν. Cf. Demosth. ipsum de coron. 315. p. 330. c. Leptin. 21, p. 463. ποιήσωμεν αὐτοὺς εἴκοσιν, εἰ δὲ βούλεσθε, τριάκοντα. in Androt. 13. p. 597. c. Eubul. 68. p. 1320. καλῶ δ' ὑμῖν τοὺς οἰκείους, εἰ βούλεσθε. Ita loqui solent, ubi unum alterumve aptissimum exemplum e pluribus eligunt: in quam rem Schaeferus ad orat. in Androt. p. 597, 7. animum attendit. — ἄλλοι μυρίοι. Hoc de more ἀσυνδέτως addunt, apte, cum quid instantius dicunt. Nam et singula inculcantur et quasi plura fiunt, teste Quinctiliano Institt. orat. IX, 3, 50. Cf. Her-

Digitized by Google

mogenis libr. de method. c. XI. vol. III. p. 415. Demosth. Philipp. §. 123
III, 52. p. 124. Philipp. IV, quae in numero Demosthenicarum est, §. 10. p. 133. πολλὰ δὲ καὶ παραλείπω, Φεράς, τὴν ἐπ' Ἀμβρακίαν ὁδόν, τὰς ἐν Ἡλιδι σφαγάς, ἄλλα μυρία. Adduntur alias solum ἄλλα aut τἄλλα, ut Olynth. I, 9. p. 11. Πύδνα, Ποτίδαια, Μεθώνη, Παγασαί, τἄλλα, ἵνα μὴ καθ' ἕκαστον λέγων διατρίβω, πολιορκούμενα ἀπηγγέλλετο. nonnunquam τὰ τοιαῦτα et omisso articulo τοιαῦτα, ut orat. de reb. Cherson. 25. p. 96., ubi vid. adnot. Schaeferi, et orat. in Mid. 136. p. 559. οὐκ ἔστιν, ἀλλ' οὗτοι δι' ἐχθραν καταψεύδονται μου, καταψευδομαρτυροῦμαι, τὰ τοιαῦτα. Addas praeterea πάντα ταῦτα ex orat. de coron. 249. p. 310. καὶ γραφὰς εὐθύνας εἰσαγγελίας, πάντα ταῦτ' ἐπαγόντων μοι. ibi Dissenius — εἰ μὲν τοίνυν πᾶσι ψηφιούμεθα ταὐτά. Citantur et haec verba et proxima in libr. περὶ τῶν παρὰ Ἑρμογένει σχημάτων vol. III. p. 708. et ab anonymo περὶ σχημάτων vol. VIII. p. 635. ed. Walz., ubi de ea formâ dicendi conditionali agunt, qua argumenta ducuntur a fictione, quam idcirco τὸ καθ' ὑπόθεσιν dicunt et Hermogenes de invent. lib. III, 11. p. 132. τὸ πλαστὸν ἐπιχείρημα vocat. *Fingere*, ait Quinctilianus institutt. orat. V, 10, 96., hoc loco est proponere aliquid, quod, si verum sit, aut solvat quaestionem aut adiuvet: deinde id, de quo quaeritur, facere illi simile." Vid. adnot. ad §. 57. p. 235. Pro ταὐτὰ Schaefero perplacet ταῦτα, quod aliquot libri habent. Comprobant id duo illi rhetores. Verumtamen illud praefereudum est ut aptissimum ,hoc loco, quum antegressa postulent, ut expresse honoris communio indicetur; deinde etiam momenti aliquid habet eius coniunctio cum πᾶσι. Vid. Olynth. II, 9. p. 20. καὶ πᾶσι ταὐτὰ συμφέρει. orat. adv. Philipp. epist. 7. p. 154. de fals. legat. 32. p. 351. εἰ μὲν τοίνυν ταὐτὰ πάντες ἐπρεσβεύομεν, δικαίως οὐδένα ἐπήνεσεν ἡ βουλή. — λήσομεν, ὡς ἔοικε, — δορυφοροῦντες· *nescientes, ut videtur, partibus mercenariorum sumtis cuiusque horum salutem more satellitum tuebimur.* Δορυφορεῖν τινα et τι est aliquem s. aliquid satellitis instar tueri, deinde etiam simpliciter tueri significat. De verbi constructione vid. Matthiaeus gr. §. 413. 2. cf. etiam Heldii adnot. ad Plutarch. Aemil. Paul. p. 253., ubi e Plutarcho haec attulit: vit. Sertor. 25, 2. δουλεύομεν ἑκουσίως τὴν Σερτωρίου δορυφοροῦντες φυγήν. Comp. Aristid. c. Cat. mai. 5, 5. Ἀριστείδης μέν γε Θεμιστοκλεῖ τὰ μέγιστα συμπράττων καὶ τρόπον τινὰ τὴν στρατηγίαν αὐτοῦ δορυφορῶν. Ceterum optime observavit Schaeferus, vix potuisse oratorem uti verbo, quod magis invisum esset Athenienbus: cuius generis inveniendis omnino acuti ingenii erat. Vid. Philipp. I, 9. p. 48. ib. 41. p. 52. Olynth. III, 6. p. 30. De ὡς ἔοικε

§. 123 dictum est p. 176. — τῷ μὲν. scil. φηφισώμεθα. Nonnulli τοῖς μὲν. Sed Charidemus ceteris omnibus opponendus: nam solum Charidemum controversia spectat, ut dicit Schaeferus.

§. 124. οἱ μὴ τυχόντες. Quod nonnulli libri habent οἱ μὴ μετέχοντες, id haud dubie ex illo depravatum est — φέρε, ἐὰν δὲ δὴ. Vid. adnot. ad §. 57. p. 285. — Μενέστρατος. De hoc nihil constat. Videtur partibus Atheniensium circa Olymp. 106, an. 3. favisse, quo tempore illi Plutarcho, tyranno Eretriae, regno eiiciendo occupati erant. — ἀξιοῖ ταὐτὰ. Etiam hic ταὐτὰ cum optimis libris praeferendum duxi, quamquam ii τὰ αὐτὰ exhibent solutam formam, ab editoribus Turicensibus receptam et orat. de pac. 18. p. 61. expressam. — Φάϋλλος ὁ Φωκεύς. Diodor. Sicul. XVI, 36. Μετὰ δὲ τὴν Ὀνομάρχου τελευτὴν διεδέξατο τὴν Φωκέων ἡγεμονίαν ὁ ἀδελφὸς Φάϋλλος. Successit Onomarcho Olymp. 107, an. 1. (352 a. Chr. n.) sed eodem anno lenta tabe correptus vitam finivit, substituto in imperium Phalaeco, filio Onomarchi. Diodor. Sicul. l. c. c. 38. ibique Wesselingius. Ut idem Diodorus c. 56. refert, unus erat ex perditissimis sacrilegis. Et Athenienses, qui rebus Phocensium favebant quam maxime, quum maiora quam pro numero copiarum, quas auxilio mittebant, stipendia acciperent, eiusdem criminis rei habebantur. Diodor. Sicul. c. 57. Hinc orator dicit διὰ καιρόν τινας πολλάκις φίλοι γιγνόμεθα. Φάϋλλος etiam simplici λ scriptum dederunt nonnulli, quae forma, quia diminutivorum naturam sumsit, inter barytona pertinet. Vid. Schaeferi adnot. ad h. l. et Matthiael gram. §. 102, 13. — ἤ τις ἄλλος δυνάστης. Apud Aeschinem orat. de fals. legat. 130. p. 45. Phalaecus vocatur tyrannus. Proprie illi duces exercitus Phocensium erant, sed tempore belli sacri infinitam et liberam potestatem nacti imperatores et principes fiebant. Vid. Flathii histor. Macedon. I. p. 140. — πολλοῖς — πολλάκις. Supra §. 113. vidimus haec coniuncta, hic disiuncta sunt, quae disiunctione utrumque sono effertur. Olynth. II, 24. p. 25. πολλὰ ἰδίᾳ πλεονεκτῆσαι πολλάκις ὑμῖν ἐξὸν, οὐκ ἠθελήσατε. Orat. c. Leptin. 166. p. 508. πολλὰ γὰρ ὑμεῖς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, πολλάκις οὐκ ἐδιδάχθητε. in Timocr. 210. p. 765. πολλοὶ τῶν Ἑλλήνων πολλάκις εἰσὶν ἐψηφισμένοι τοῖς νόμοις χρῆσθαι τοῖς ὑμετέροις. — πότερον. Reiskius πότερα se dedisse dicit euphoniae gratia. Ad haec Schaeferus: miror Reiskii aures. πότερον Bekker., opinor, etiam euphoniae gratia. Utro modo scribas, ad sensum nihil interest." — ψηφισώμεθα νὴ Δία. Vid. adnot. p. 243. — καὶ τί φήσομεν. Iure δῆτα post τί a Reiskio insertum praeter recentiores editores omnes etiam Schaeferus condemnavit. Omissionem poscunt tum librorum auctoritas, tum constans dicendi usus. Orat. c. Leptin. 83. p. 482.

Digitized by Google

καὶ τί φήσομεν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ὅταν τὰ μὲν τρόπαια ἑστήκῃ δῆλα πᾶσιν ἀνθρώποις, ἃ ὑπὲρ ὑμῶν στρατηγῶν ἐκεῖνος ἔστησε, τῶν δ' ἐπὶ τούτοις δωρεῶν ἀφῃρημένον τι φαίνηται; cf. ibid. 38. p. 468. orat. I. in Aristogit. 100. p. 800. ἢ τί ἐρεῖτε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τί ἐρεῖτε, ἄν τις ὑμᾶς ἐρωτᾷ γνωρίσας τοὺς ἀποψηφισαμένους; τί ἐρεῖτε; de reb. Cherson. 37. p. 99. ἂν ταῦτα λέγωσι, τί ἐροῦμεν ἢ τί φήσομεν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι; Altera scriptura καὶ τί δὴ φήσομεν ficta est ad speciem huius generis locorum, qualis est Olynth. III. 6. p. 30. τί δὴ χρησόμεθα — τούτῳ; — εἰ τῶν Ἑλλήνων ἐπ' ἐλευθερίᾳ προεστάναι φάσκοντες. Hanc Atheniensium laudem saepe celebrat Demosthenes. Vid. Philipp. I, 3. p. 40. Olynth. II, 24. p. 25. orat. de coron. 66. p. 247. et alibi. Ac verum est, eos ad tuendam libertatem inferiorum civitatum contra potentiores nihil non ausos esse, non tamen ita, ut suas rationes anteposuerint aliorum saluti. Maxime id moliebantur, ut amissum priori tempore principatum denuo sibi pararent. — τοὺς ἰδίᾳ δυνάμεις — κεκτημένους. In nonnullis libris et anecdotis Bekkeri falso scriptum est ἰδίας. Praestat scriptura ἰδίᾳ propter ἐπὶ τοῖς πλήθεσι, cui oppositum est. Ἰδίαι δυνάμεις sunt propriae copiae, quas quis habet, sed οἱ ἰδίᾳ δυνάμεις κεκτημένοι intelliguntur ii, qui copias privati commodi causa alunt. Iure adverbium quoque locum obtinet orat. in Mid. 213. p. 583. ὥςπερ ἕκαστος τούτων ὑπὲρ τῶν ἰδίᾳ συμφερόντων καὶ ὑπὲρ τούτου σπουδάσεται, οὕτως ὑμεῖς ὑπὲρ ὑμῶν αὐτῶν καὶ τῶν νόμων καὶ ἐμοῦ τοῦ ἐφ' ὑμᾶς καταπεφευγότας σπουδάσατε. cf. Philipp. II. 12. p. 68. οἶδεν οὖν ἀμφοτέρους ἰδίᾳ τὸ λυσιτελοῦν ἀγαπήσοντας, οὐχ ὅ τι συνοίσει κοινῇ τοῖς Ἕλλησι σκεψομένους. Valet autem adiectivum in prooem. p. 1426. extrem. τὰς ἰδίας ἀνελόντας φιλονεικίας τὸ κοινῇ βέλτιστον σκοπεῖσθαι. — ἐπὶ τοῖς πλήθεσι *adversus, contra multitudinem, cum damno multitudinis*, ut orat. in Timocr. 123. p. 739. τὰ ἐπὶ τῷ πλήθει νενομοθετημένα δεινά. et 142. p. 744. Vid. Reiskii ind. graec. p. 228. Matthiaei gram. §. 586. 8. p. 1168. Ceterum τὰ πλήθεα et τὸ πλῆθος usurpantur eadem vi, qua οἱ πολλοί, ut Taylor ad orat. de fals. legat. p. 424, 11. exposuit.

§. 125. ἐγὼ μὲν οὐχ ὁρῶ· εἰ γὰρ —. Neque hoc loco putavi obtemperandum esse auctoritati codicis Parisini Σ, in quo illa verba desunt. Sequuti sunt novissimi editores Turicenses, praeeunte Funkhaenelio in annal. Darmstad. n. 116. p. 962. an. 1841. Cuius rationi tametsi non adstipulor, tamen apponere iuvat summam expositionis, qua homo doctissimus usus est. „Codices FΓΩ. Bavaricus, inquit, ἐγὼ μὲν οὐκ ἔχω praebent, Σ ἐγὼ μὲν οὐχ ὁρῶ omnino non habet. facile iis caremus. Nam ut in responsionibus, cum Graeci particulam

§. 125 negantem aut affirmantem omittere solent, γὰρ locum habet, ita quae sequuntur εἰ γὰρ κ. τ. λ. recte se habent vel omissis illis ἐγὼ μὲν οὐχ ὁρῶ. Haec autem post illam interrogationem supplere licet: nihil erit, quo hoc excusemus, οὐδὲν φήσομεν καλόν." Enimvero his ita expositis ille aliquid postulat, quod alienum est a graecitatis ratione. Nam ubi Graeci interrogant τί φήσομεν καλόν, quaerunt simpliciter, quae iusta et idonea excusatio rei, de qua agitur, futura sit, eoque indicant se ignorare, quid eiusmodi respondeant, non autem illud dici volunt, nihil futurum esse, quo res excusetur. Nihil est igitur rectius et aptius additis illis verbis ἐγὼ μὲν οὐχ ὁρῶ, et nihil falsius Funkhaenelii verborum ellipsi οὐ φήσομεν καλόν, quum non solidum sit fundamentum, quo nititur. Nam docent recte Hartungius et Reinh. Klotzius, si quid in tali enunciationum genere supplendum sit, id ipsum esse, quod ea sententia, quae praecedit γὰρ particulae, enunciaverit, ac nihil alieni assumendum, sed quod per se enascatur. Praeterea qui tenuerunt illa verba interpretes, ii non solum graecitatis rationem perspexerunt, sed illud quoque, quod maxime est Demosthenicum. Nam ita fert mos Demosthenis, ut quum primum interrogavit quid futurum sit, deinde se id non videre subiungat, non curans, quid alii videant, id quod μὲν particula, δὲ non sequente, significat. Ubique huius dicendi formae exempla obveniunt, velut infra §. 137. orat. de reb. Cherson. 37. p. 99. ἂν ταῦτα λέγωσι, τί ἐροῦμεν ἢ τί φήσομεν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι; ἐγὼ μὲν γὰρ οὐχ ὁρῶ. et Olynth. III, 8. p. 30. τί οὖν ὑπόλοιπον, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, πλὴν βοηθεῖν ἐῤῥωμένως ἢ προθύμως; ἐγὼ μὲν οὐχ ὁρῶ. χωρὶς γὰρ —. add. tertium ex orat. pr. Megapol. 13. p. 205. πῶς οὐ βοηθήσουσιν ὑμῖν ἐπ' Ὥρωπον ἢ κάκιστοι πάντων ἀνθρώπων δόξουσιν εἶναι; μὰ τοὺς θεοὺς ἔγωγε οὐχ ὁρῶ. et sic sexcenta, ut iam constans oratoris usus illos homines doctos retinere debuisset, quominus obtemperarent auctoritati unius codicis. At inveniuntur apud Demosthenem exempla, ubi praemissam interrogationem expressa non sequitur responsio. Unum mihi innotuit, id tamen non satis certum et dubiae fidei. Invenitur orat. in Mid. 201. p. 579. οἳ οὖν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὸ μὲν ὑμᾶς δεδιέναι δοκεῖν αἰσχρὸν ἡγεῖται, τὸ δὲ μηδὲν φροντίζειν ὑμῶν νεανικόν, τοῦτον οὐκ ἀπολωλέναι δεκάκις προσήκει; (ἐγὼ μὲν ἡγοῦμαι.) οὐδὲ γὰρ ἕξειν ὑμᾶς ὅ τι χρήσεσθε αὐτῷ νομίζει, ubi signis notata verba Im. Bekkerus, Dindorfius, Meierus, editores Turicenses omiserunt, sed duumviri praestantes doctrina et iudicio Reiskius et Buttmannus retinuerunt, quibus tertius suffragatur Schaeferus. Neque puto qui ea delet quidquam peccaturum, nisi quod ab usu oratoris recedit, invitantibus tamen

Digitized by Google

plurimis et optimis libris: nam verba illa ex legibus linguae hoc loco § 125
recte omitti possunt. Demus autem omissis nostro loco illis verbis *ἐγὼ μὲν οὐχ ὁρῶ* tale quid tacita cogitatione supplendum esse, quale voluit Funkhaenelius, num expositio rei, quae per *γὰρ* particulam infertur, et praecedens interrogatio arctissimo sententiarum vinculo nexae sunt et coniugatae? Nonne aliam exspectamus expositionem vel certe alia orationis specie conformatam, quam usus est orator? Quam bene autem omnia conveniunt interpositis *ἐγὼ μὲν οὐχ ὁρῶ!* Iis enim maxime apposita sunt, quae deinde explicantur. Denique quod, ut hoc addam, solus liber *Σ* verba *ἐγὼ μὲν οὐχ ὁρῶ* omisit, id mihi ita explico, ut vetustum exemplar, ex quo ille descriptus est, hoc loco obliteratum fuisse existimem, quod quidem ut statuamus, cogunt cognati libri, qui *ἐγὼ μὲν οὐκ ἔχω* repraesentant, quae scriptura pro obliterata mihi videtur substituta. — *μηδὲν ἠδικηότι.* Reiskius *μηδένα μηδὲν* scribi vult, Schaeferus contra, quia orator de solis Atheniensibus loquatur, *ἡμᾶς* subaudiendum censet. Neutro opus est, quamquam si quid suppleri velis, id solum *μηδένα* est, non *ἡμᾶς*, quum oratorem universe loqui manifestum sit. — *δεύτερον δὲ μηδ' ἂν ἀδικεῖν βούληται δυνησομένῳ.* Sic ad unum omnes codices rectissime. Nihilominus dissentiunt interpretes et critici. Unam Lutetianam editionem *τῷ* articulum post *δεύτερον δὲ* inserentem sequutus est Reiskius, posthac Dindorfius; Im. Bekkerus, quae est hominis modestia, medium se gerens articulo uncos apposuit; Schaeferus articulum abesse non posse contendit, et, quod mireris, concedit ad Androt. p. 31. Funkhaenelius, nec tamen duo isti homines operae habuerunt pretium, rationes, cur is necessarius sit, commemorare. Novissimi editores Turicenses eum omiserunt; neque video, quid obstet quominus id faciendum sit. Primo quidem adspectu necessaria eius positio videtur esse eam ob causam, quod divisio facta est per *πρῶτον μὲν* et *δεύτερον δὲ*, ut alterum membrum vi non cedat priori, sed si sequentia spectamus accuratius, liquet, verbis *τῷ μηδὲν ἠδικηότι κώκοτε* et *μηδ' ἂν ἀδικεῖν βούληται δυνησομένῳ* unum effici *τοῦ ἀναμαρτήτου* notionem. Quod quum ita sit, quidni articulus in altero membro, quamvis per *δεύτερον δὲ* elato, omitti potuerit? Hoc certe fieri solet in coniunctione duorum nominum, quorum alterum aliquam in se habet cum altero cognationis notam. Dici quoque potest, esse articulum non repetitum, quia distinctione eius, qui hoc loco designetur, non opus sit emphatica, quum de tali homine non hic loquatur orator, sed postea demum. Vid. Dissenii adnott. ad orat. de coron. p. 374. et 407. Ut tamen ne tenuissimus scrupulus resideat apud aliquem, qui omissionem ar-

Digitized by Google

§. 125 ticum non prius velit approbare, quam similia viderit exempla, unum simillimum apponam plura desiderans ipse. Exstat in Platonis Menex. p. 237. A. τὴν εὐγένειαν οὖν πρῶτον αὐτῶν ἐγκωμιάζωμεν, δεύτερον δὲ τροφήν τε καὶ παιδείαν. ubi Engelhardtus haerens paulum, ut decet criticum, sed nihil molliens adversi, omissionem articuli ante τροφὴν negligentia factam ab ipso scriptore dicit. — ἔπειθ' ὡς ἀληθῶς ὅστις. Schaeferus vertit: *si verum volumus, h. e. si causam satis iustam quaerimus.* Vernacule *wahrlich*, v. p. 665, 6. εἰ δεῖ τἀληθὲς εἰπεῖν p. 665, 28.[a] Add. orat. de coron. 294. p. 323. τίνες ὡς ἀληθῶς εἰσὶν οἷς ἄν —. ubi antecedunt verba εἴγ' ἐπ' ἀληθείας δέοι σκοπεῖσθαι. de fals. legat. 229. p. 412. καὶ γὰρ ὡς ἀληθῶς τίς ἔσται λόγος περὶ ὑμῶν, εἰ τοῦτον ἀφήσετε; ibid. 32. p. 351. c. Leptin. 82. p. 482. Plat. Cratyl. p. 387. E. καὶ ὡς ἀληθῶς, ὦ Ἑρμόγενες, τί ἂν ποτε νοοῖ τὸ ὄνομα οἱ δαίμονες; Haec commemoranda erant propter Reiskium, qui de transponendis vv. ὡς ἀληθῶς post ὅστις cogitavit, hac interpretatione: *quem homines omnes vere perspicueque cernent ideo esse hoc privilegium adeptum, quo ne quid malt patiatur.* — ὑπὲρ τοῦ μὴ παθεῖν. Παθεῖν hoc loco absolute dictum est, ut orat. de coron. trierarch. 15. p. 1232. τῶν μὲν τοίνυν ἰδιωτῶν τοὺς μετὰ τοῦ παθεῖν μανθάνοντας ἀκροατὰς ὀνομάζομεν· ὑμᾶς δ', οἵτινες οὐδὲ πεπονθότες πολλάκις ἤδη φυλάττεσθε, τί τις κἀκέσειεν ἄν; sed raro id fieri solet. Idcirco tamen non est cur invitis libris inserendum, ut fecit h. l. Marklandus, approbantibus Reiskio et Schaefero, qui in melett. crit. p. 12. τι ante literam π saepe elisam ostendit. — εὑρισκομένος. εὑρίσκειν et praecipue εὑρίσκεσθαι usurpatur a Demosthene de iis, qui aliquid a populo domo acceperunt. Frequens est hic usus verbi in orat. c. Leptin. 1. p. 457. 15. p. 461. 60. p. 475. 79. p. 481. 159. p. 505. cf. Reiskii Ind. p. 260. — ὅτι μὲν — ἐάσω· ἀλλ' ὡς — ἐξετάζειν δοκῶ. Hoc dicendi genus παράλειψις a graecis rhetoribus dictum, a latinis praeteritio, valde usitatum Demostheni est, ubi quasi praetermittens quaedam, nihilominus dicit paucis, deinde ad alia transit ὡς δεινότερα εἰπεῖν ἔχων. Cf. Hermogenes de method. c. VII. p. 408. s. vol. III. ed. Walz. Gregorius Corinth. vol. VII. p. II. p. 1170. Alexander de figur. vol. VIII. p. 532. Demetrius de elocut. vol. IX. p. 109. et Aquila Roman. de figur. §. 8. Formae tamen huius figurae cum pleniores sunt, tum contractiores. Orat. c. Leptin. 2. p. 457. ἐγὼ δ' ὅτι μὲν τινῶν κατηγοροῦντα πάντας ἀφαιρεῖσθαι τὴν δωρεὰν τῶν ἀδίκων ἔστιν, ἐάσω· καὶ γὰρ εἴρηται τρόπον τινὰ καὶ ὑφ' ὑμῶν ἴσως γιγνώσκεται· ἀλλ' ἐκεῖνο ἂν ἑροίμην ἤδέως αὐτόν, τίνος εἵνεκα, εἰ τὰ μάλιστα μή τινες ἄλλοι πάντες ἦσαν ἀνάξιοι, τῶν αὐτῶν ἠξίω-

σεν ὑμᾶς τε καὶ τούτους. Ibid. 52. p. 472. 99. p. 487. Philipp. III. §. 125
21. p. 116. Ὅτι μὲν δὴ μέγας ἐκ μικροῦ καὶ ταπεινοῦ τὸ κατ' ἀρχὰς ὁ Φίλιππος ηὔξηται, — καὶ πάνθ' ὅσα τοιαῦτ' ἂν ἔχοιμι διεξελθεῖν, παραλείψω· ἀλλ' ὁρῶ —. Ibid. 26. p. 117. in Mid. 15. p. 519. Add. Olynth. III. 27. p. 36. de rebus Cherson. 52. p. 102. ibid. 63. p. 105. ὑμεῖς δὲ ὧν μὲν ἀπεστέρησθε, σιωπῶ· ἀλλ' —. de fals. legat. 331. p. 447. c. Leptin. 33. p. 467. in Mid. 181. p. 573. in Androt. 15. p. 597. in Timocr. 107. p. 733. orat. I. in Aristogit. 9. p. 772. ibid. 37. p. 781. In his ἀλλὰ particula referenda est ad praegressam μέν. cf. Frid. Frankii adnot. ad oratt. Philipp. p. 201. — ὡς οὐδὲ πιστὸς εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον. Haec verba spectant ad illa δεύτερον δὲ μηδ' ἂν ἀδικεῖν βούληται ὀννησομένῳ. Nunc enim ante omnia demonstraturus est, Athenienses non tutos fore ab iniuriis Charidemi. — καὶ σκοπεῖτε ἂν ὑμῖν ὀρθῶς ἐξετάζειν δοκῶ. Prava est pronominis ὑμῖν in vulgata Reiskii scriptura collocatio post ὀρθῶς: nam vis est ponenda in pronomine, non in adverbio. Restitutam primum ab Im. Bekkero scripturam praeter librorum auctoritatem tuetur simillimus locus orat. c. Leptin. 146. p. 501. ἀκούσατε καὶ σκοπεῖτε ἂν ὑμῖν δίκαια φαίνηται. Praeterea propter ἄν particulae usum conferas eiusdem orat. 74. p. 479. μηδεὶς φθόνῳ τὸ μέλλον ἀκούσῃ, ἀλλ', ἂν ἀληθὲς ᾖ, σκοπείτω. et orat. de syntax. 14. p. 170. καὶ σκοπεῖτε ἂν ἀληθῆ λέγω. Hanc conditionalem particulam post verba quaerendi, videndi, observandi et similia cum coniunctivo copulatam Latinorum *an* significare, ubi de rebus dubiis et disquisitione indigentibus agatur, exposuit Godofr. Hermannus ad Viger. p. 835. Et Reisigius in enarrat. Oedip. Colon. p. CCXII. s. explicavit, qua ratione particula conditionalis *an* significare possit. — ἵνα μή τι πάθῃ. Non est quod quis cum Reiskio, cui Im. Bekkerus et Schaeferus obtemperarunt, πάθωσι refragantibus omnibus libris corrigat. Ille ita correxit, quod de pluribus sermo sit. At non offendemus in singulari numero, licet numero multitudinis incluso, si meminerimus, animum hoc loco oratoris totum in uno Charidemo defixum esse, in quem quae antea universe loquutus est, nunc singulatim accommodet. Retinuerunt singularem praeter Diodorfium etiam editores Turicenses, eumque prius defendit Funkhaenelius in quaestt. Demosthen. p. 92., testimonio usus Godofr. Hermanni, qui de similibus in adnott. ad Viger. p. 739. not. 138. b. et ad Aristoph. Nub. 975. 989. disputavit.

§. 126. τῶν ἡμετέρων ἠθῶν καὶ νόμων. Vid. orat. in Androt. 57. p. 610. ἀλλ' οὐ ταῦτα λέγουσιν οἱ νόμοι, οὐδὲ τὰ τῆς πολιτείας ἤθη, ἃ φυλακτέον ὑμῖν. Cf. orat. c. Leptin. 110. p. 490. Τὰ ἤθη

Digitized by Google

§. 126 sunt mores, consuetudines, instituta, ita saepe coniuncta apud scriptores cum *νόμοις* legibus publicis. Vid. Astii adnot. ad Platon. legg. p. 53. — *ἐσπούδασαν γενέσθαι*. Praestat haec verborum collocatio prae altera *γενέσθαι ἐσπούδασαν*: nam *γενέσθαι* soni causa ultimum locum obtinere oportet, quum orator de iis loquatur, qui bonorum civitatis desiderio moti operam dederunt, ut cives revera fierent. — *αὐτοὺς ἂν τυγχάνειν*. Quia in uno libro *ἂν αὐτοὺς* scriptum est, ex hac verborum collocatione *ἂν* particulam censet Schaeferus natam, scilicet ex priori syllaba pronominis. Vim enim eius et potestatem h. l. se non intelligere fatetur. Sed non dubito hunc usum *ἂν* particulae inter ea exemplа referre, quae cum indicativo coniuncta significant, accidere vel accidisse aliquid, quotiescunque occasio ita ferret, ut docuit Godofr. Hermannus ad Viger. p. 820. et in libro de particula *ἂν* l. c. 6. Quare si obliquam orationem in rectam vertimus, haec est: *οἱ μὲν — πολῖται σπουδάσαντες γενέσθαι ἅμα᾽ αὐτοὶ ἂν ἐτύγχανον τούτων κ. τ. λ.* Cf. Philippic. III. 48. p. 123. *ἀκούω Λακεδαιμονίους τότε — ἐμβαλόντας ἂν καὶ κακώσαντας τὴν χώραν ὁπλίταις καὶ πολιτικοῖς στρατεύμασιν ἐπιχωρεῖν ἐπ᾽ οἶκον πάλιν*. — *ὅσους δὲ — εἰσέρχεται*. Quod hoc loco ex uno codice Parisino Σ pro *ὅσοις*, quod ceteri habere dicuntur libri, scripsi *ὅσους*, id qui improbent ut audacius factum, invenientur plures. Verumtamen iam Dindorfio visum est requiri hoc loco accusativum, ut gravissimum alterius scripturae defensorem Im. Bekkerum relinqueret et sequuti sunt novissimi editores Turicenses. Et constat idque probarunt exemplis satis multis Valkenarius ad Euripidis Phoen. v. 1378., Hemsterhusius ad Luciani somn. 2. p. 26., Dorvillius ad Charit. p. 501. ed. Lips., vv. *εἰσέρχεσθαι* et *εἶμι* construi et cum dativo et cum accusativo, ubi res aliqua animum alicuius sive aliquem subire, invadere dicitur. Suppeditantur haec dativi exempla, Herod. III, 19. *αὐτῷ τι Καμβύσῃ ἐσελθεῖν οἰκήιον τοιοῦτο*. Plat. Lys. p. 218. C. *οὐκ οἶδ᾽ ὁπόθεν μοι ἀτοπωτάτη τις ὑποψία εἰσῆλθεν*. de rep. I. p. 330. D. Theaet. p. 147. C. et D. Sophocl. Oedip. Colon. 312. Trachin. 298. Plutarch. vit. Timol. c. 26. et accusativi, Homer. Il. 17, 157. Aeschyl. Prometh. 1004. Euripid. Iphig. Taur. 1340. Aulid. 57. Orest 1328. Herod. I, 116. III, 42. VI. 125. VII, 46. Plat. de legg. VIII, 835. D. 838. B. Xenoph. Anab. VI, 1, 17. Dicere quidem pro mea causa possum, esse frequentiorem accusativi cum his verbis constructionem, et quod toties factum sit, ut, si quid exquisitius sit et rarius, librarii praetulerint usitatiori et simpliciori, id hoc quoque loco accidisse, sed nolo ad tale quiddam devenire: nam opponere quispiam possit, esse in hac

Digitized by Google

structura non ita rarum apud Demosthenem dativi usum, velut in §. 126 hac ipsa Aristocratea §. 188. *οὐδενὸς εἰςῄει μοι φθονεῖν*, et de fals. legat. 33. p. 351. *τῷ δὲ μηδὲν ἑαυτῷ συνειδότι δεινὸν εἰςῄει.*, et quod saepenumero optimus ille codex Σ a ceteris libris immerito declinarit, id quominus hic quoque factum esse statuatur, nihil impedire. Omnia potius huc redeunt, ut quaeramus, utra scriptura ad totius loci sententiam verior sit et aptior. Et profecto, qui perpenderit oratorem de iis loqui, quorum animos neque desiderium civitatis bonorum neque aemulatio occuparit, is intellexerit, rectissimam et verissimam esse accusativi scripturam. Nam *εἰςῄει, εἰςῆλθε αὐτοῖς ἐπιθυμία, οἶκτος, ζῆρος* si vernacule reddere volumus, hoc modo fieri potest: *es kam ihnen Verlangen, Mitleid an*, alterum autem comparare possumus cum nostro: *es befiel, ergriff, erfasste sie Verlangen* etc. Itaque non potest videri mirum, scriptores singulos in his dictionibus mox dativo uti mox accusativo casu pro ratione sententiae, quam exprimere volunt, quemadmodum Plat. in Phaedon. p. 58. E. *οὔτε γὰρ ὡς θανάτῳ παρόντα με ἀνδρὸς ἐπιτηδείου ἔλεος εἰςῄει.* et paulo post p. 59, A. *διὰ δὴ ταῦτα οὐδὲν πάνυ μοι ἐλεεινὸν εἰςῄει.* dixit. — *τὴν πλεονεξίαν δ' ἀγαπῶσιν.* Repetas si vis ante hoc enunciatum pronomen relativum nominativo casu, cuius omissio constans est et pervulgata. Plat. Phaed. p. 65. B. *δοκεῖ —, ᾧ μηδὲν ἡδὺ τῶν τοιούτων μηδὲ μετέχει αὐτῶν, οὐκ ἄξιον εἶναι ζῆν.* ubi vid. Heindorf., et Euripid. Suppl. 862. *ᾧ βίος μὲν ἦν πολύς, ἥκιστα δ' ὄλβῳ γαῦρος ἦν·* quem locum Matthiaeus gr. §. 428. 2. et ad Euripid. Hippol. 78. attulit. Cf. eundem ad Med. 875. et Godofr. Hermann. ad Viger. p. 707. — *τούτους δ'.* Ita optimorum librorum auctoritate primus edidit Im. Bekkerus. Usum et vim δὲ particulae in opponendo, qua apodosin occupat, bene explicaverunt Buttmannus in excursu ad orat. in Mid. p. 152., Godofr. Hermannus ad Sophocl. Philoct. 86. 87. Hartungius de particulis gr. l. p. I. p. 183. s. Cf. Isocrat. Panegyr. 98. p. 61. *ἃ δ' ἐστὶν ἴδια καὶ τῆς ἡγεμονίας ἄξια καὶ τοῖς προειρημένοις ὁμολογούμενα, ταῦτα δ' ἐμὸν ἔργον ἐστὶν εἰπεῖν.* Copiam exemplorum dederunt Wyttenbachius in eclogis histor. p. 409. et Foertschius in commentatt. crit. de locis nonnullis Lysiae et Demosthenis p. 41. s. — *οὐδ' ὁτιοῦν ἡμῶν φροντίσαντας.* Etiam hic non dubitavi *ἡμῶν* ex optimis libris pro *ὑμῶν* recipere. Vid. adnot. ad §. 102. p. 338. Editores Turicenses *ὑμῶν* retinuerunt.

§. 127. *πρὸς ὃ ταῦτ' ἐγὼ βλέπων λέγω.* Haec verba bene sic coagmentata aegre tulerunt qui *πρὸς ἃ βλέπων ἐγὼ ταῦτα λέγω* scripserunt, qua ratione eorum constructionem redderent faciliorem. —

Digitized by Google

§. 127 *Πύθων οὗτος.* De addito pronomine dictum est §. 107. p. 348. cf. §. 111. De Pythone vid. adnot. ad §. 119. — *εὐθὺς ἀπεκτονώς.* Vid. adnot. p. 131. — *ὅποι τύχοι.* sc. *ἀπελθών.* — *ἐποιήσατο.* Nonnulli libri *ἐποιεῖτο*, quod Schaefero non displicet. — *οὐ γάρ ἐστιν, οὐκ ἔστιν.* De hac eorundem verborum iteratione, quam *ἐπίζευξιν* vocant, scite disputavit Kruegerus annott. ad Demosth. Philipp. I. p. 22. s., satis multa ex Demosthene afferens exempla, veluti Olynth. II. 10. p. 20. *οὐ γὰρ ἔστιν, οὐκ ἔστιν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ἀδικοῦντα καὶ ἐπιορκοῦντα καὶ ψευδόμενον δύναμιν βεβαίαν κτήσασθαι.* Philipp. I. 46. p. 53. de fals. legat. 296. p. 436. in Mid. 46. p. 529. de coron. 24. p. 233. 47. p. 241. 208. p. 297. add. orat. de reb. Cherson. 61. p. 103. Cf. Norrmanni not. ad Aristid. art. rhet. p. 178. Huius figurae usus est, ut Herodiani de figur. verba ponam vol. VIII. p. 603. ed. Walz., *ὅταν τὰ προκείμενα ὀνόματα διαλαμβάνοντες τὴν ἐπιφορὰν ἐκφαντικωτέραν ποιησώμεθα.* Citat Schaeferus h. l. anecdota Bekkeri p. 139, 7. et 160, 27., ubi priore loco haec: *ὅτι δὲ πέφυκε τὸ οὐ διπλασιάζεσθαι, ἀλλὰ καὶ τριπλασιάζεσθαι πολλάκις ἐπὶ βεβαιώσει ἀναιρέσεως, δηλοῖ τὸ κατὰ Ἀριστοκράτους, οἷον· „οὐ γὰρ ἔστιν, οὐκ ἔστι παρὰ τούτοις κ. τ. λ.*, et praeterea Bastium ad Gregor. Corinth. p. 57. — *τοῖς ἐπὶ τῇ τοῦ πλεονεκτεῖν προαιρέσει ζῶσιν.* Haec Reiskius indic. p. 422. sic vertit: *his qui tota vita nulli alii rei student, quam ut rem faciant.* Cf. orat. de coron. 64. p. 246. *ἐπὶ τῇ τῆς ἰδίας πλεονεξίας ἐλπίδι.* — *οὐδὲν οὔτε βέβαιον οὔθ' ὅσιον.* Cf. Xenoph. Agesil. III, 6., ubi scriptor Agesilai fidem et religionem laudans, ad extremum haec addit: *οὕτω μέγα καὶ καλὸν κτῆμα τοῖς τε ἄλλοις ἅπασι, καὶ ἀνδρὶ δὴ στρατηγῷ, τὸ ὅσιόν τε καὶ πιστὸν εἶναί τε καὶ ὄντα ἐγνῶσθαι.* — *δεῖ τούτων — κατηγορεῖν.* Haec ita Reiskius interpretatur: *quisquis recte sapit, hos homines cavendo vincere debet, non fraudis eos accusare, posteaquam damno suo cognoverit a se fidem ipsis habitam temere nondum usu probatis.*

§. 128. *τοὐναντίον ἢ τἀληθὲς ὑπάρχει. ex contrario* sive *contra quam verum est.* Supra §. 6. *πολὺ τἀναντία ἢ προεῖπεν ὑπειλημμένον.* ubi vide adnot. Orat. de reb. Cherson. 33. p. 98. *τοὐναντίον ἢ νῦν ἅπαντας.* Attulit ibi Fr. Frankius orat. in Mid. 136. p. 575. *τὸν ἐναντίον ἢ τοῦτον τὸν τρόπον εἶλετο ζῆν.* Dicunt etiam *τοὐναντίον* et *τἀναντία τούτων φημί, ποιῶ.* i. e. *ἢ ταῦτα.* Aperte autem errant, qui talia, ut *τοὐναντίον* hoc loco et alibi *τἀναντία*, reliquis verbis ita interponi putant, ut libera sint continenti oratione et soluta. Imo ei, quamvis non arcte, tamen ita adnexa sunt, ut cum verbo, quod positum est, cohaereant, veluti hic *τοὐναντίον θείημεν*

Digitized by Google

sic intelligas ac si dictum esset τὴν ἐναντίαν θέσιν θείμεν. Neque §. 128
verum est, si quis ad τοὐναντίον explicandum nonnunquam ποιεῖν extrinsecus assumat, neque id, si non a verbo enunciationis singulari, tamen a generali, quae in eo sita est, faciendi notione suspensum esse dicat, ut orat. de fals. legat. 252. p. 420. ὃ δὲ τοῦ σχήματος ἦν τούτου πολλῷ τῇ πόλει λυσιτελέστερον, τὸ τὴν ψυχὴν τὴν Σόλωνος ἰδεῖν καὶ τὴν διάνοιαν ταύτην οὐκ ἐμιμήσατο, ἀλλὰ πᾶν τοὐναντίον. ubi ad rem istam explanandam sic interpretor: *mentem Solonis non imitando sed plane contrario modo repraesentavit*, quocum comparentur, quae alia huius usus exempla Foertschius in observatt. crit. in Lys. oratt. p. 28. attulit. — τὸν Χαρίδημον αὐτόν. ipsum Charidemum. Opponitur Cersobleptes, de quo statim. Ita Schaeferus. — γεγενῆσθαι περὶ ἡμᾶς σπουδαῖον. rebus vestris intentum, salutis vestrae studiosum fuisse, ut σπουδάζειν περί τινα saepe invenitur. Orat. pr. Megapol. 19. p. 207. σπουδαιοτέρους τούτους περὶ Θηβαίους γεγενημένους. de fals. legat. 277. p. 430. ἀνὴρ σπουδαῖος καὶ πολλὰ χρήσιμος τῇ πόλει. — σχήσειν. Propria huius futuri formae vis coercendi est, rarior habendi, de qua re vid. Schaeferi adnot. ad orat. de coron. p. 241, 6. Cf. Olynth. I. 9. p. 11. σχήσειν καλῶς, de pac. 18. p. 61. ἐχθρῶς σχήσειν, et paulo post ἐχθροτέρως σχήσουσιν. de coron. l. c. §. 45. ἀσφαλῶς σχήσειν, ubi Dissenius Hesychium t. II. c. 1331. citavit. — ἢ τὰ Κερσοβλέπτου πράγματα. h. e. ἢ ἐπὶ τὰ Κ. πράγματα, quae praepositionis omissio post ἤ frequentissima est. Orat. pr. Megapol. 19. p. 207. ἐφ' ὑμᾶς προτέρους ἦλθεν ἢ Θηβαίους. ibi Schaeferi not.; idem ad Philipp. III. p. 127. 8. cf. ex eadem orat. §. 2. p. 110. 15. p. 114. de pac. 14. p. 60. 16. p. 61. — τῇ διὰ τοῦ ψηφίσματος πλεονεξίᾳ. Πλεονεξία hoc loco, ut §. 126., idem significat, quod πλεονέκτημα. Cf. Isocrat. Nicocl. 22. p. 31. τὰς ἐν τῷ πολέμῳ πλεονεξίας ἁπάσας περιειλήφασιν. ibid. ab initio αἱ πλεονεξίαι λυποῦσιν αὐτούς et paulo ante οὐκ ἀρετῆς ἀλλὰ πλεονεξίας ἕνεκα ποιεῖσθαι τὰς τοιαύτας διατριβάς. Non dissimilis usu alia vox φιλοτιμία est, apud Demosthenem usurpata ea vi, ut non sit honoris studium, sed id, quo illud movetur et nutritur, laus, gloria, decus. Et καλὰ nonnunquam dedecus est. — λογιζόμενος αὐτὸν εὑρίσκω. Reiskii sententiam, αὐτὸν hoc loco, praecedente pronomine relativo, pro τοῦτον dictum esse, iure reprobavit Schaeferus, αὐτὸς nusquam idem esse quod οὗτος dicens, ipse tamen falsus in eo, quod constructione verborum sic expedita: ὑπὲρ οὗ — πλεονεξίᾳ, τοῦτον οὐκ ἀξιόπιστον — εὑρίσκω, cum participio λογιζόμενος coniunxit αὐτόν. Isto modo et molestiam quandam indidit orationi et simul proposuit quod est contra usum di-

Digitized by Google

§. 128 cendi. Nam ubi εὑρίσκω coniunctum est cum λογιζόμενος et similibus verbis, his non addi solet proprium obiectum. Vid. §. 135. οὐ τοίνυν οὐδ' ἐκεῖνο λογιζόμενος δύναμαι κατιδεῖν. c. Leptin. 13. p. 461. ἐκ δὲ τοῦ νόμου σκοπῶν εὑρίσκω πόλυ τοῦτον κεχωρισμένον. ibid. 40. p. 469. καὶ μὴν οὐδ' ὅπως οὐκ ἀντιδώσει τῷ Λεύκωνί τις, ἐὰν βούληται, δύναμαι σκοπούμενος εὑρεῖν. de fals. legat. 134. p. 382. οὐκ ἔχω σκοπούμενος εὑρεῖν ὅ τι μεῖζον τούτου κατηγορήσω. orat. advers. epist. Philipp. 8. p. 154. καὶ πολλάκις εὑρίσκω λογιζόμενος οὐ μόνον, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὰ συμμαχικὰ τῷ Φιλίππῳ πρὸς ὑποψίαν ἥκοντα καὶ δυσμένειαν ἀλλὰ καὶ, et quae ex poetis attulit Lobeckius ad Sophocl. Aiac. p. 483. Deinde si idem pronomen, ut orationem gravans inutiliter, omitti posse concedit, praetervidit id, quod praecipuum est. Nam id interdum adhibetur ita, ut indicet, quod maxime in considerationem venit, ut hoc loco. Cf. Xenoph. Anab. I, 9, 29. καὶ οὗτος δὴ ὃν ᾤετο πιστὸν οἱ εἶναι, ταχὺ αὐτὸν εὗρε Κύρῳ φιλαίτερον ἢ ἑαυτῷ. i. e. thn, thn grade. ubi alia addidit Kruegerus. orat. de Halon. 45. p. 88. ὅσοι δ' Ἀθηναῖοι ὄντες μὴ τῇ πατρίδι, ἀλλὰ Φιλίππῳ εὔνοιαν ἐνδείκνυνται, προσήκει αὐτοὺς ὑφ' ὑμῶν κακοὺς κακῶς ἀπολωλέναι. c. Leochar. 68. p. 1100. ὅσοι μὴ ἐπεποίηντο, φησίν, ὅτε Σόλων εἰσῄει εἰς τὴν ἀρχήν, ἐξεῖναι αὐτοῖς διαθέσθαι ὅπως ἂν ἐθέλωσιν. Aeschin. orat. in Ctesiph. 249. p. 468. ὅτῳ δὲ ταῦτα μὴ μαρτυρεῖται, μὴ βεβαιοῦτε αὐτῷ τοὺς ἐπαίνους. Bene de hoc pronominis usu disputavit Maetznerus ad Lycurg. p. 307. et melius quidem, quam ad Antiph. p. 254. cf. Stallbaum. ad Plat. Lys. p. 204. B. et alibi.

§. 129. Καὶ σφόδρα γε εἰκότως δεδιώς. id est, *et valde quidem, adeoque valde, ut par est, timens.* Olynth. II. 10. p. 21. τὰ τοιαῦτα εἰς μὲν ἅπαξ καὶ βραχὺν χρόνον ἀντέχει, καὶ σφόδρα γε ἤνθησεν ἐπὶ ταῖς ἐλπίσιν, ἂν τύχῃ. Vid. Hartungii dicta de particulis gr. I. p. 396. ss. et Reinh. Klotzii adnott. ad Devarii libr. de gr. ling. particulis II. sect. I. p. 315. ss. In hac particularum iunctura Bakius in biblioth. crit. nov. vol. I. p. 212. non recte docet, γε concedentis esse, quasi per eiusmodi refutationem, quae ad speciem concedat, ut Latinorum et — quidem. Quod quomodo intelligendum sit, ipse aperit illa ex Olynthiaca verba sic latine reddens: *et fieri potest, ut floruerint sperandi fiducia, forte fortuna.* Non magis ille feliciter in interpretandis reliquis locis, quae e Demosthene ibi affert, versatus est. — κήδεστὴς ἦν Ἰφικράτει τὸν αὐτὸν τρόπον ὅνπερ Χαριδήμῳ Κερσοβλέπτης. Cotys fuit socer Iphicratis, ut tetatur Cornelius Nepos vit. Iphicr. c. 3.: Menesthea filium reliquit, ex Thressa natum, Cotj regis filia. Idem refert Athenaeus III. p. 131.

Digitized by Google

a., Anaxandridis versus apponens, quibus convivium nuptiale, quod §. 129
Cotys paraverat, deluditur. Quemadmodum igitur affinitatis ratio inter Cotyn et Iphicratem certa est, ita dubitant interpretes, Cersobleptes socer fuerit Charidemi an gener. Utrumque permittit usus vocis *κηδεστής*, docentibus idem et plus etiam grammaticis, Hesychio, Moeride, Thom. Magistro, Suida, Zonara, Etymologico magn. At meo quidem iudicio non dubium est, quin orator Cersobleptem intelligi socerum Charidemi voluerit. Nam si Cotys socer Iphicratis erat, uti erat, si illis auctoribus fides habenda est, eam rem Athenienses ut civi suo minime honorificam novisse existimandum est, quum etiam ex orat. in Timoth. 66. p. 1204. constet, Timotheum intentasse Iphicrati accusationem *ξενίας*, et si istud eius matrimonium noverunt, non potuerunt, verba *κηδεστὴς ἦν Ἰφικράτει — Χαριδήμῳ Κερσοβλέπτης* audientes, de alio Charidemi cum Cersoblepte affinitatis gradu cogitare, quam quem Iphicrates cum Cotye inierat. Etiam doctissimus Westermannus in commentat. de publicis Atheniensium honoribus ac praemiis p. 33. n. 24. statuit, Cersobleptem filiam suam Charidemo collocasse. Aliter autem in hac re sentit Schaeferus, vocem *κηδεστὴς* hoc loco ratus solius affinitatis notione intelligendam esse. Et si Reiskius Charidemum pro socero Cersobleptis habere mavult idcirco, quod ille hoc maior natu fuerit, aetatem neque huius neque illius ostendit, et si Charidemum aetate anteivisse Cersobleptem concedimus, tamen non novum est, viros natu minores filias nubiles habere posse viris natu maioribus. Sed Reiskius ita argutatur, ut vulgatam suam *Χαρίδημος Κερσοβλέπτη*, quae etiam in aliquot Bekkeri libris invenitur, defendat. Ea autem recepta praeterea tollitur, quae h. l. tam suavis est, membrorum concinnitas, ideoque eam Im. Bekkerus cum libris Dindorfiusque et editores Turicenses reiecisse putandi sunt, probante Schaefero. Hoc ipse Reiskius sensisse videtur, sic dicens: „Quid si autem *κηδεστὴς* non *gener*, sed *martius sororis* sit? Habuerit tum Iphicrates in matrimonio sororem Cotyis et Charidemus sororem Cersobleptae. Possit sic priorum librorum vulgata stare.“ Sed hoc probari non potest, quia certum est, Iphicratem filiam Cotyis, non sororem in matrimonium duxisse.

§. 130. *σκεψώμεθα δ' οὑτωσί.* Duo libri *σκέψασθε δ' οὑτωσί*, quorum scribae in iis numerandi sunt, qui saepenumero orationem fingunt ad eam formam loquendi, quam alibi apud Demosthenem animadverterunt. Ita maxime usitata sunt oratori *σκέψασθε, σκοπεῖτε, σκοπεῖσθε, λογίζεσθε καὶ θεωρεῖτε*, ubi aliquid expositurus est. Orat. c. Leptin. 43. p. 470. de coron. 48. p. 241. Olynth. II. 12. p. 21. Philipp. III. 43. p. 122. — *ἄνδρες Ἀθηναῖοι.* Sic Reiskius et no-

Digitized by Google

§. 180 vissimi editores omnes: duo Bekkeri libri ὦ ante vocativum habent, itemque duo Vindd. codd., ut refert Voemelius in prolegom. ad orat. de Halon. §. 3. Atque Schaefero, quia orator sic loqui soleat, placet ὦ additum, quod idem Plutarchi vit. Themistoclis c. 2. ante καῖ addi mavult, quamquam id in libris non optimae notae inveniatur. Tutissimum est in hac re dubia ubique optimos sequi libros. Iure omissa est interiectio orat. de coron. 196. p. 293., 208. p. 297. 257. p. 312. 296. p. 324. c. Leptin. 43. p. 470. in Mid. 148. p. 562. c. Zenoth. 10. p. 884. de fals. legat. 209. p. 406. de Cherson. 35. p. 98. Non manifesta causa est, cur Im. Bekkerus orat. c. Olymp. 48. p. 1179. ὦ vocativo Ὀλυμπιόδωρε omissum in codd. FΣΦ addiderit, sed ademerit paulo post §. 45, quibus locis rectius egit Reiskius. Certas leges et rationes expromere, ubi ὦ ponendum sit, ubi omittendum, non facile cuiquam continget, et si quis certas apud unum scriptorem se invenisse putet, inventas tamen non statim transferet ad alios. Veluti si dicere velis, ubi in principio aut in fine orationis appellatio sine ὦ posita sit, ut Demosth. orat. c. Leptin. 1. p. 457. et c. Zenothem. 1. p. 882. et orat. de Halon. 1. p. 76., eam esse graviter admonentis, idem alias invenies non observatum, ut Xenoph. Anab. III, 2, 2., et Demosth. de Cherson. 57. p. 99., ubi in uno codice Σ ὦ ἄνδρες omissum est; neque quod dicunt, omitti interiectionem, ubi quis increpet et obiurget alterum, constanti usu probatur, eaque in ipsis conviciis plerumque retinetur. Cf. Lobeckii adnot. ad Sophocl. Aiac. 1154. Causa huius diversitatis aperta est: animi enim habitus in eadem re non idem est apud quemque: alius vehementer irascitur, alius placidius, alius minitatur, ubi alius miserationem et contemtum ostendit. Quare quae Sintenis ad Plutarch. vit. Themistocl. p. 12. praecipit, iis non assentiendum est. Sed verum est quod dicit, in amica appellatione poni et omitti interiectionem, ut legenti Xenophontis Hieron. c. 1. statim apparebit, ubi consensu librorum §. 4. Ὦ Ἱέρων et §. 16. solus vocativus invenitur. Ubi autem in eiusmodi locis libri discrepant, solum ab optimis auxilium petendum est, id quod etiam Bornemannus ad Xenoph. Sympos. IV, 53. suadet. Cf. Bernhardyi syntax. p. 70. et Fr. Frankius in specim. novae edit. Aeschin. p. 19. s. — χαλκῆς εἰκόνος — καὶ τιμῶν ἄλλων. Aeschines orat. de fals. legat. 80. p. 38. καὶ γὰρ τὰς εἰκόνας ἴστατε καὶ τὰς προεδρίας καὶ τοὺς στεφάνους καὶ τὰς ἐν πρυτανείῳ σιτήσεις δίδοτε τοῖς τὴν μάχην νικήσασιν. Cf. Demosth. orat. c. Leptin. 107. p. 489. et 120. p. 493. et inprimis Westermanni comment. de publicis Atheniensium honoribus ac praemiis, unde simul discendum est, quae alia praemia et honores pro meritis et

Digitized by Google

victoriis acceperit Iphicrates. — *ἐναντία τοῖς ὑμετέροις στρατηγοῖς* §. 130
ναυμαχεῖν. Olymp. 104. a Thracibus et Iphicrate, qui illo tempore apud Cotyn dux mercenariorum erat, mari feliciter pugnatum est contra duces Atheniensium Autoclem, Menonem et Timomachum, qui post reditum de rebus male gestis accusati sunt. Vid. §. 104., de fals. legat. 180. p. 398. in Polycl. 12. p. 1210. in Phorm. 53. 54. p. 961. Cf. Clintonis Fast. Hellen. p. 128. ed. Krueg., Brueckneri libr. de Philipp. reg. p. 37. s. De Iphicratis rebus in Thracia gestis plura sciremus, si superessent hodie Theopompi libri historici. — *περὶ πλείονος ἐποιήσατο τὴν ἐκείνου σωτηρίαν.* Aliter egit Timotheus, de quo Cornelius Nep. in eius vita haec dixit: Hunc adversus tamen Timotheus postea populi iussu bellum gessit: patriaeque sanctiora iura, quam hospitii esse duxit. — *καὶ εἰ μὴ μετριωτέραν ἔσχετε τὴν ὀργὴν ὑμεῖς — ἀθλιώτατον ἀνθρώπων ἁπάντων εἶναι.* Haec melior verborum collocatio est quam altera nonnullorum librorum, in quibus ante *ἔσχετε* locum habet *ὑμεῖς*, quod sine accentu rhetorico est, ita ut etiam abesse possit. Deinde *ἐκώλυεν* scripsi cum uno Parisino libro *Σ*, non denotatum inde ab Im. Bekkero, alioquin id editores Turicenses recepissent. Nam, quod magnum est, eadem fere verba, quae hic legimus, repetuntur in orat. trierarch. 9. p. 1230. ibique libri omnes imperfectum *ἐκώλυεν* exhibent consentientes, nisi quod *ἄν* particula in uno *Σ* omissa est, quem Im. Bekkerus sequitur. Verba ibi repetita haec sunt: *εἰ δὲ μὴ μετριωτέραν ἔσχετε τὴν ὀργὴν τῆς ἐκείνων πονηρίας, οὐδὲν αὐτοὺς ἐκώλυε τεθνάναι,* non observata ab iis, qui locorum apud Demosthenem iisdem fere verbis repetitorum collectionem fecerunt, quorum comparatio ad crisin factitandam multum valebit. Denique Reiskiana verborum structura *ἀνθρώπων ἁπάντων ἀθλιώτατον εἶναι* secundum libros ab editoribus novissimis iure reiecta est, ut *ἀθλιώτατον* primum locum, quo propter vim suam poni debebat, obtineret. Vid. §. 6. *κακονούστατον ἀνθρώπων ἁπάντων.* Philipp. III. 14. p. 114. *καὶ γὰρ ἂν ἀβελτεράτατος εἴη πάντων ἀνθρώπων.* c. Lacrit. 52. p. 941. *οὗτοι δ' οἱ μαραίτατοι ἀνθρώπων ἁπάντων.* Ceterum Iphicrates infelicissimus omnium factus esset, si Athenienses eo iracundiae in eum processissent, ut eum, relictis Cotyis partibus, in patriam non reciperent.

§. 131. *σωθείς.* *Τότε* ante hoc participium in editt. veteribus et a Reiskio insertum, quod etiam in duobus Bekkeri libris exstat, ortum videtur inde, quod oppositionem temporis expressius significandam fuisse putaverint. Idem alibi accidisse librariis animadvertimus, ut orat. in Mid. 20. p. 521. eodemque inclinavit Reiskius, li-

Digitized by Google

§. 131 brorum saepe auctoritate non adlutus, ut orat. de Halon. 2, 77. de coron. 217. p. 301. ab init. et in Androt. 41. p. 606. ubi vid. Funkhaenelii not., cum qua conf. interpretes ad ll. cc. — *ἐσπούδασεν αὐτῷ.* De *αὐτῷ* in fine enunciationis posito dictum est supra p. 121. — *καὶ πρὸς ὑμᾶς δι' ἐκεῖνον τι φιλάνθρωπον ἔπραξεν.* Pro *καὶ* Reiskius scribi mavult *οὐδὲ.* Nam dicunt, ut Engelhardtus ad Platon. Lachet. p. 64., negatione praecedente, nihil nisi *οὐδὲ* vel *μηδὲ* sequi posse. Hoc tamen praeceptum sine ulla exceptione non verum est: hic enim per *καὶ* particulam enunciatio, cui praefixa est, antecedenti ita adnectitur, ut eius explicationem contineat, nihil novi addat. Idcirco distinguendi nota ante *καὶ* rectius abesset. Deinde pro *δι' ἐκεῖνον* in nonnullis libris ita scriptum est, ut Marklandus et Reiskius voluerunt, *δι' ἐκεῖνον,* id est, *propter illum, illius gratia.* Potius hoc dicit orator: *non modo nihil Iphicratem facere iussit, quod vobis gratum et acceptum esset, ut a vobis veniam factorum impetraret, sed ex contrario postulavit ab eo, ut reliqua vestra oppida secum oppugnaret.* Ita iam ex opposito manifestum est, scripturam *δι' ἐκεῖνον,* secundum optimos libros novissime receptam et Schaefero probatam, unice veram esse. Cf. §. 138. *διὰ τῆς ἐκείνου βασιλείας πολλοὺς ἀδικοῦντι.* §. 141. *διὰ τῆς Ἀριοβαρζάνου δυνάμεως πόλεις κατελάμβανε.* Enimvero recte praecipiunt, *διὰ* cum genitivo structum significare causam instrumenti loco habitam, cum accusativo causam moventem aut finalem. Vid. adnotat. ad §. 104. p. 341. et Sinten. ad Plutarch. vit. Themistocl. p. 121. Ex hoc discrimine, si sententiam totius loci spectamus, orat. in Mid. 116. p. 552. a Reiskio, Schaefero et Meiero recte editum est *φανερῶς ἤδη δι' ἐμὲ τὸν Ἀρίσταρχον ἐσκοφάντει·*, ubi Im. Bekkerus et novissimi editores Turicenses secundum cod. Parisinum Σ alliosque *δι' ἐμοῦ* scripserunt. Ac bene observata est illa lex orat. de pac. 22. p. 62. *καὶ τὴν δόξαν τοῦ πολέμου τοῦ δοκεῖν δι' αὐτὸν κρίσιν εἰληφέναι καὶ τὰ Πύθια θεῖναι δι' ἑαυτοῦ.* Pariter suo loco est genitivus orat. in Mid. 119. p. 553. *καὶ πρὸς ἐμὲ αὐτῷ δι' ἐκείνου γίγνεσθαι τὰς διαλύσεις.* et accusativus orat. de coron. 94. p. 257. 305. p. 327. c. Leptin. 65. p. 476. 82. et 84. p. 482. in Mid. 82. p. 541. — *τὰ λοιπὰ τῶν ὑμετέρων χωρίων.* Vid. §. 158. *ὥστε κἀκεῖν' μισθώσας αὐτὸν τῷ Κότυϊ τὰ ὑπόλοιπα τῶν ὑμετέρων χωρίων Κρεθωτὴν καὶ Ἐλεοῦντα ἐπολιόρκει.*

§. 132. *λαβὼν αὐτός.* *Αὐτός* immerito in nonnullis veteribus edilt. omissum est. Additum est, ut Schaeferus ait, Iphicratis respectu, qui cum antea duxisset *τὸ ξενικόν*, nunc ipse Cotys dux eius factus est. — *προσμισθωσάμενος quum insuper mercede sibi con-*

Digitized by Google

duxisset. Cotys enim non solum exercitum, quem Iphicrates college- §. 132
rat, mercenariorum conduxit, sed ils etiam alium ducem praeposuit, quam prior imperium deposuisset. Eadem vi verbum nobis occurrit apud Thucydidem libr. II, 33. — *προεβαλλε.* „Plura deinceps Atheniensium castella adoriebatur.“ Hac interpretatione probat Schaeferus, quod Im. Bekkerus restituit, imperfectum, relecto aoristo, quem Reiskius e libris deterioris notae tenuerat. Vid. §. 114. *κατελάμβανε τὰς πόλεις.* et §. 144. *πόλεις κατελάμβανε Ἑλληνίδας.* — *εἰς Ἄντισσαν — καὶ πάλιν εἰς Δρῦν.* Harpocration, quem Schaeferus citavit, ita: *Ἄντισσα,* inquit, *μία πόλις τῶν ἐν Λέσβῳ.* et sub altera voce: *Δημοσθένης κατ' Ἀριστοκράτους, πόλις ἐν Ἠπείρῳ. ἔστι δὲ καὶ ἑτέρα ἐν Θρᾴκῃ, ἧς νῦν ὁ ῥήτωρ μνημονεύει. ταύτην Θεόπομπος ἐν εἰκόστῃ πέμπτῃ φησὶν ὑπὸ Ἰφικράτους κατοικισθῆναι. — ὡς μὲν ὑμᾶς — ἐλθεῖν, οὗς.* Usurpant *πορεύεσθαι, ἔρχεσθαι, πέμπειν ὥς τινα,* ubi meditata et praeparata missio vel itio significatur. Quare si quis forte eo venit, quo noluit, *ὡς* locum non habet. Itaque quod grammatici docent, poni *ὡς,* ubi quis e longinquo et timide vel cum reverentia appropinquet alicui, non verum est vel ex parte tantum verum, quum definitio ista nequeat ubique adhiberi, quamquam hic aptissima est. Nam *ὑμᾶς* involvit Athenienſium praestantiae sensum, uti ex oppositis *τοῦ Θρᾳκὸς καὶ τοῦ βαρβάρου* videmus, neque opus est, quod Schaeferus suadet, ut melius intelligamus vim contrapositi, post *οὗς* supplere *Ἕλληνας καὶ Ἀθηναίους ὄντας.* — *τοῦ Θρᾳκὸς καὶ τοῦ βαρβάρου.* Iterati articuli ante *βαρβάρου* ratio sita est in distinctione fortiori, quae hic ex oppositionis lege oritur. Eodem modo articulum usurpavit orat. de fals. legat. 280. p. 432. *Θρασύβουλον ἐκεῖνον τὸν Θρασυβούλου τοῦ δημοτικοῦ καὶ τοῦ ἀπὸ Φυλῆς καταγαγόντος τὸν δῆμον.* ib. 87. p. 369. *καὶ τὸν αἴτιον καὶ τὸν παρασκευάσαντα τὴν ἐξουσίαν ταύτην ἐκείνῳ μισεῖν καὶ τιμωρεῖσθαι.* ubi tamen *ΣΤ τὸν* ante participium omiserunt. Bene de hoc articuli usu disputavit Maetznerus ad Antiph. p. 142., praeter nostrum et duo illa allata exempla eius generis alia afferens. Etiam Dissenium adeas ad orat. de coron. p. 374., ubi subtiliter haec exposuit: „neque opus est ut multum differant res, immo etiam quod non multum differt, in amplificatione saepius paullo magis distinguitur, ut §. 98. *ἡ προαιρήσις ἡ ἐμὴ καὶ ἡ πολιτεία,* et §. 205. *τὸν τῆς εἱμαρμένης καὶ τὸν αὐτόματον θάνατον. Nempe repetitur articulus ubi distinctio logica aut emphatica ita postulat.*“

§. 133. *ἐκ τῆς τῷ Χαριδήμῳ νῦν ἀδείας κατασκευαζομένης.* Animadvertas participii collocationem post substantivum articulo instructum, quae ubi sit consueta et quam causam habeat, exempla

Digitized by Google

§. 133 ostendunt illa, quae Schaeferus ad Demosth. orat. de coron. p. 323 13., Poppo in prolegom. ad Thucyd. p. 298., Dindorfius ad Xenoph. Hellen. II, 4, 10. Fr. Frankius in Iahni ann. critt. t. XIV. I. p. 213 not. et in quaestt. Aeschineis p. 16., denique Maetznerus ad Antiph. p. 239. ad usum nobis suppeditarunt. Vulgo ea scriptores utuntur, ubi ad vim participii accuratius definiendam unum vel duo vel plura additamenta accedunt, eaque aut singula nomini addunt vel coniuncta, aut ita dirimere solent, ut unum ante nomen collocent et alterum participio praefigant. Haec collocatio indicanda est ad speciem eorum exemplorum, qualia haec sunt: οἱ ἄνθρωποι φιλοῦσι τὸν ἄνδρα σπουδαῖον. i. e. *quum probus est*, vel *quod probus*, aut *si probus est*, et ἐνέπρησαν τὰς σκηνὰς ἐρημὰς, i. e. *quia deserta erant*. Nimirum sententiae pondus et gravitas in participio cernitur praecipue, et idcirco illustri et conspicuo positum sit loco, id est, ultimo, quo totus verborum complexus plenam accipiat lucem. Rem manifestiorem reddamus, si haec ipsa oratoris verba sic mutemus: ἐκ τῆς κατασκευῆς τῆς ἀδείας, ᾗ τῷ Χαριδήμῳ νῦν πράττεται, αὐξηθείς. Enimvero participium κατασκευαζομένης vi sua h. l. eminere, inde liquet, quod id et αὐξηθεὶς notione sua in fine enunciationis recurrit. Orat. de fals. legat. 65. p. 361. οὐδ' ἂν εἰς ἐφικέσθαι τῷ λόγῳ δύναιτο τῶν ἐκεῖ κακῶν νῦν ὄντων. ubi sententia est: neque nostra memoria neque etiam superiori tempore quidquam atrocius vel maius factum est, quam quae in Phocide nunc sunt. Orat. de coron. 125. p. 269. διὰ τὰ ὑπὸ τούτου βλασφημίας εἰρημένας ἀντὶ πολλῶν καὶ ψευδῶν αὐτὰ τἀναγκαιότατ' εἰπεῖν περὶ αὐτοῦ. ubi εἰρημένας est, *quum dictae sint*. Antiph. de Herod. caed. 81. p. 139. Χρὴ δὲ καὶ τοῖς ἀπὸ τῶν θεῶν σημείοις γενομένοις εἰς τὰ τοιαῦτα οὐχ ἥκιστα τεκμηραμένους ψηφίζεσθαι. *quum divinitus apparuerint*. Lucian. de saltat. c. 34. ἀλλὰ τό γε ἐν τῷ παρόντι μοι κεφάλαιον τοῦ λόγου τοῦτό ἐστι, τὴν νῦν ὄρχησιν καθεστῶσαν ἐπαινέσαι. antea dicit οὐ πᾶσαν ὄρχησιν πρόκειται γενεαλογεῖν. Thucyd. II, 5. ἐς τὴν νῦν πόλιν οὖσαν — ξυνῴκισε πάντας. ubi paulo post ἠνάγκασε μιᾷ πόλει ταύτῃ χρῆσθαι. Sophocl. Philoct. 1300. ἀνθρώποισι τὰς μὲν ἐκ θεῶν τύχας δοθείσας ἐστ' ἀναγκαῖον φέρειν. ubi, ut vim participii illustres, δοθείσας bis ponere possis τὰς ἐκ θεῶν (δοθείσας) τύχας δοθείσας ἐστ' ἀναγκαῖον φέρειν. i. e. *quam sortem dii hominibus dederunt, eam ut donum necesse est ferre*. Non aliter explicanda sunt illa verba Thucyd. V, 34. οἱ Λακεδαιμόνιοι ἐψηφίσαντο τοὺς μὲν μετὰ Βρασίδου (μαχεσαμένους) Εἵλωτας μαχεσαμένους ἐλευθέρους εἶναι. Ibi Helotibus libertate donatis, quod pugnaverant cum Brasida, cives opponuntur ignominia affecti, qui se capi passi essent et arma tra-

Digitized by Google

didissent. Demosth. de coron. 201. p. 295. *τίσι δ' ὀφθαλμοῖς πρὸς Διὸς ἐωρῶμεν ἂν τοὺς εἰς τὴν πόλιν ἀνθρώπους ἀφικνουμένους;* ubi *ἀνθρώπους ἀφικνουμένους* una notione complectimur ac si dictum sit *ἐπήλυδας* sive *ξένους*. Cf. Demosth. orat. de coron. 98. p. 259. 298. p. 323. 314. p. 329. de fals. legat. 22. p. 347. c. Leptin. 55. p. 473. in Timocr. 72. p. 723. pr. Phorm. 52. p. 960. orat. II. in Stephan. 11. p. 1132. Aeschin. in Timarch. 165. p. 23. de fals. legat. 115. p. 43. Isocrat. Paneg. 179. p. 78. Lys. orat. in Agor. 61. p. 135. Isaei orat. de Pyrrhi heredit. 50. p. 43. Thucyd. lib. I. 11. 90. II, 18. III, 54. 56, 67. IV, 114. V, 5. VII, 23. 50. 52. 55. VIII, 36. 92. Xenoph. Hellen. II, 1, 1. 4, 10. V, 1, 36. Cyrop. VI, 1, 18. Sophocl. Electr. 694. Trachin. 435. In his non vi carere participia, quod quidem Dissenius ad orat. de coron. p. 434. censet, ex eo quoque apparet, quod haec eorum collocatio in iis maxime verbis frequentata fuit, quae copulantur substantivis eiusdem originis vel cognatae significationis, in qua loquendi ratione substantivum ad sententiam non desiderari admodum vel vi carere omni, inter omnes constat. Ita orat. de coron. 85. p. 237. *τίνες οὖν ἦσαν οἱ παρὰ τούτου λόγοι τότε ῥηθέντες;* dici quoque integra sententia potuit *τίνα — τὰ παρὰ τούτου τότε ῥηθέντα*. cf. de Rhod. libert. 32. et 33. p. 200. orat. I. in Aristog. 1. p. 770. Aeschin. orat. in Timarch. 93. p. 13. de fals. legat. 118. p. 43. Non tamen verum est, si quis ubique gravitatem participii sustentari velit oppositione: sunt enim haud pauci loci, ubi nulla oppositio animadvertitur ac ne cogitari quidem potest. Vid. Sinten. ad Plutarch. vit. Themistocl. p. 55. Neque minus errant ii, qui omni logica ratione neglecta, causam et originem huius loquendi modi in solo numero oratorio quaesiverunt. — *νεωτερίζῃ δέ τι καὶ κινῇ πρὸς ὑμᾶς. si quid novet et moveat contra vos.* Intelligas res novas et turbas, quas Cersobleptes excitare possit ad ea immutanda, quae de Chersonesi possessione constituta sunt. Reiskius tamen pro *καὶ κινῇ* scribi vult *καὶ κοινῇ*, i. e. *etiam contra vos cunctos* vel *universos*, ut orator simultates Cersobleptae cum Charidemo cum eiusdem simultatibus erga cunctam Atheniensium rem publicam, privatum odium cum publico composuerit. Contra dicit recte Schaeferus: „Talis comparationis hic nec vola nec vestigium: neque odium, sed neglectus Charidemi dicitur.“ Ut utriusque vocabuli ostendat coniunctionem, affert Herodian. I, 13, 7. *δεδιὼς — τὴν τοῦ δήμου κίνησιν, μή τι καὶ περὶ αὐτοῦ νεωτερίσειεν*. Cf. orat. de Rhod. libert. 12. p. 193. *τῆς δ' αὐτῆς ἀρχῆς ἐπιτείχισμα πρὸς τὸ μηδ' ὁτιοῦν παρακινεῖν·* ubi Schaeferus nostrum Aristocrateae locum citans verbum *παρακινεῖν* per *νεωτερίζειν* interpretatur. Isocrat. Areo- § 133

Digitized by Google

§. 133 pag. 80. p. 146. *ἐν τῷ μηδὲν κινεῖν ὧν αὐτοῖς οἱ πρόγονοι παρέδοσαν.* Coniunctum est cum *μετατιθέναι* orat. ad Nicocl. 17. p. 18. *τῶν προσταγμάτων καὶ τῶν ἐπιτηδευμάτων κίνει καὶ μετατίθει τὰ μὴ καλῶς καθεστῶτα.* cum *μεταστῆναι* orat. de pac. 123. p. 184. *τὴν δημοκρατίαν ἐπὶ μὲν ἐκείνων ἐν πολλοῖς ἔτεσιν οὔτε κινηθεῖσαν οὔτε μεταστᾶσαν.* cum *μεταίρειν* orat. de fals. legat. 174. p. 395. *εἶτα τὸ ψήφισμα ἐπέχειρησαν κινεῖν καὶ μεταίρειν, ἐφ' ᾧ πρεσβεύοντες ἥκομεν·* ac nihil frequentius est quam *κινεῖν τὰ καθεστηκότα.* Denique ut hoc addam, *τι* in cod. Parisino *Σ* omissum, etsi *νεωτερίζειν* absolute dicitur, ut apud Polybium V, 29, 9. *ὡς μέλλοντος αὐτοῦ νεωτερίζειν*, tamen hic propter proximum *κινεῖν* abesse non potest. Quum scriba illius libri etiam alibi ad omittendum pronomen indefinitum inclinet, idem hoc loco, si absolutum verbi usum noverit, paulo cupidius fecisse videtur, donec istius modi omissionem in tali contextu verborum ineptam esse viderit. Tum demum, opinor, *τι* superscripsit, quippe quem non existimem negligentia peccasse. Praeterea, etiamsi *κινεῖν* non sequeretur, tamen mihi non deessem in probanda omissione pronominis, quum id verbo *νεωτερίζειν* vulgo addi soleat, quemadmodum in epistol. Philippi 6. p. 160. *ἂν ἐκεῖνός τι νεωτερίζῃ.* Lys. orat. pro Polystrat. 16. p. 159. *εἴ πέρ τι νεωτερίζειν ἐβούλετο εἰς τὸ ὑμέτερον πλῆθος.* — *ἐξαρκεῖ τοῦθ' ὑμῖν. satisfit vobis, satis habetis, contenti estis*, interprete Schaefero, qui iure improbat Reiskianum *expedit, prodest.* Demosth. orat. c. Calid. 7. p. 1273. *ἐξήρκει ταῦτ' αὐτοῖς ἠδικημένοις περιορᾶν.* Plat. Sympos. p. 192. E. *εἰ ἐξαρκεῖ ὑμῖν, ἂν τοῦτον τύχητε.* et ibid. B., Isocrat. Panegyr. 123. p. 66. *οἷς οὐκ ἐξαρκεῖ δασμολογεῖσθαι καὶ τὰς ἀκροπόλεις ὁρᾶν ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν κατεχομένας.* Lys. orat. c. Simon. 25. p. 98. Adde *ἐφ' ὑμᾶς αὐτοὺς κατεσκευακέναι.* Schaeferus ita: „num vires Thracis contra vos vestra ipsorum opera auctas aequo feretis animo, dummodo Charidemum deceptum videatis?“ Ita etiam Reiskius verba recte intellexit. Cum ad *αὐτοὺς*, quod in nonnullis libris deest, tum ad *ὑμᾶς*, pro quo *ἡμᾶς* omnes fere editt. veteres habent, tuendum afferro similem locum orat. in Mid. 98. p. 546. *τὸ γὰρ χρήματων πολλῶν θρασὺν καὶ βδελυρὸν καὶ τοιοῦτον ἄνθρωπον ἐᾶν εἶναι κύριον ἀφορμήν ἐστιν ἐφ' ὑμᾶς αὐτοὺς δεδωκέναι.*

§. 134. *μὴ ἐπιτρέπειν αὐτῷ.* sc. *τοῦτο διαπράττεσθαι.* Philipp. IV. 9. p. 133. plene dictum est *οὐκ ἐπιτρέπετε ταῦτα ποιεῖν αὐτῷ. — προϊδέσθαι.* Et paulo ante et paulo post *προορᾷ*, ut apud Xenophontem Cyrop. IV, 3, 21. formam *προεωρᾶτο* sequitur activum. Vid. adnot. ad §. 109. p. 351. — *χαρίζεσθαι.* Cicero de amicit. c. 25. Obsequium multo molestius, quod peccatis indulgens praecipitem ami-

Digitized by Google

cum ferri sinit. Publius Syrus in mimis n. 109. Bonus animus num- §. 134
quam erranti obsequium accommodat. Isocrat. ad Demon. 30. p. 8. *ἐὰν ἀποδέχῃ τῶν φίλων τοὺς πρὸς τὸ φαυλότατον χαριζομένους, οὐχ ἕξεις ἐν τῷ βίῳ τοὺς πρὸς τὸ βέλτιστον ἀπεχθανομένους.* — *κἀκείνοις καὶ σφίσιν αὐτοῖς.* tam illis, qui amantur, quam illis ipsis, qui istos amant, ut Reiskius interpretatur. — *αὐτὸς — ἐκείνου.* Animadverte cum Schaefero transitum a numero plurali ad singularem, satis tamen hoc loco praeparatum antecedente *ἀμφοῖν*, ut non posset oratio bene aliter quam per singularem *αὐτὸς* et *ἐκείνου* continuari. Solent Graeci, quae toti alicui hominum generi tribuerunt ante, tum ubi oratio pergit, ad unum vel singulos transferre, ut certi quidam, in quibus proprie res, de qua loquuntur, animadvertitur, animo obversentur. Plat. Phaedon. p. 62. D. *τὸ γὰρ μὴ ἀγανακτεῖν τοὺς φρονιμωτάτους ἐκ ταύτης τῆς θεραπείας ἀπιόντας, ἐν ᾗ ἐπιστατοῦσιν αὐτῶν οἵπερ ἄριστοί εἰσι τῶν ὄντων ἐπιστάται, θεοί, οὐκ ἔχει λόγον· οὐ γάρ που αὐτός γε ἑαυτοῦ οἴεται ἄμεινον ἐπιμελήσεσθαι.* Euripid. Hecub. 1189. *ἀνθρώποισιν οὐκ ἐχρῆν ποτε τῶν πραγμάτων τὴν γλῶσσαν ἰσχύειν πλέον, ἀλλ' εἴτε χρήσ' ἔδρασε, χρήσ' ἔδει λέγειν, εἴτ' αὖ πονηρά, τοὺς λόγους εἶναι σαθρούς.* ubi vide adnot. Pflugkii, et Stallbaum. ad Platon. l. c. et de rep. p. 389. D, — *πρὸς τὸ καλῶς ἔχον τίθεσθαι.* ad decori rationem referre, ut interpretatur Zeunius ad Viger. p. 297. — *τὴν ἥδη χάριν.* Hoc exemplo novissimi interpretes Xenophontis Anabas. VII, 7, 24. ad stabiliendam nonnullorum librorum scripturam *τὰς ἤδη κολάσεις* usi sunt. Attulit Bornemannus etiam Thucydid. II, 64. *μὴ αἰσχρὸν τῷ ἤδη προθύμῳ.* Cf. Demosth. Philipp. I. 3. p. 41. *τῇ τότε ῥώμῃ* et *τῇ νῦν ὕβρει.* ibid. 14. p. 44. *τῇ νυνὶ βοηθείᾳ.* Deinde in verbis, quae subsequuntur, *τοῦ μετὰ ταῦτα χρόνου παντὸς περὶ πλείονος ἡγεῖσθαι* est compendium dicendi in comparationibus multo usu tritum: res enim ipsa, ut alias persona, pro eius attributo nominatur. Plena oratio esset, ut Schaeferus dicit: *τὴν ἥδη χάριν τῆς τοῦ μετὰ ταῦτα χρόνου παντὸς περὶ πλείονος ἡγεῖσθαι.* Orat. in Timocr. 120. p. 738. *διαφέρει δὲ τοσοῦτον αὐτῶν ἡ ἱερωσυλία τῶν ἄλλων, ὅτι τὴν ἀρχὴν οὐδὲ ἀνήνεγκαν εἰς τὴν ἀκρόπολιν, δίον αὐτούς·* ubi Reiskius *τῆς τῶν ἄλλων* scribi vult, meliora docente Schaefero. Eandem ille correctionem adhibuit in Andocidis orat. de pac. 30. p. 142. *τήν τε συμμαχίαν ἀποδεικνύντες ὅσῳ κρείττων ἡ σφετέρα εἴη τῶν Ἐργεσταίων.* proponens *τῆς τῶν Ἐργεσταίων.* Cf. Aristocrat. §. 207. *τὴν Θεμιστοκλέους μὲν γὰρ οἰκίαν — ὁρᾷ τῶν πολλῶν οὐδὲν σεμνοτέραν οὖσαν.* Add. Xenoph. Anabas. II, 3, 15. *ἡ δὲ ὄψις ἠλέκτρου οὐδὲν διέφερε.* h. e. *ἠλέκτρου ὄψεως.* ubi vid. adnot. Kruegeri, qui citat Schaefer. ad

Digitized by Google

§. 134 Apollon. Rhod. II. p. 164. Cf. Schaeferi adnot. ad Plutarch. t. V. p. 150. Matthiae gr. §. 453. p. 848.

§. 135. *εἰ καὶ βάρβαρος καὶ ἄπιστος ὁ Κερσοβλέπτης.* Particulae *εἰ καὶ* significant *quamquam, quamvis:* fingit orator adversarios concedere, Cersobleptem revera barbarum et perfidum esse, sed tamen curaturum, ne tantis afficiat iniuriis Charidemum. Nusquam istae particulae, ut *καὶ εἰ etiamtum, si, etiamsi,* in ficta conditione locum habent, nisi ubi significant *si etiam,* id est docente Godofr. Hermanno ad Viger. n. 307., ubi *καὶ* non cum *εἰ,* sed cum aliquo eorum vocabulorum, quae sequuntur, coniungi debet, veluti orat. in Mid. 199. p. 578. *τίς γάρ ἐστιν ὅστις —, εἰ καὶ μηδεὶς ἄλλος ἐπῆν ἀγὼν ἔτι μηδὲ κίνδυνος, οὐκ ἂν ἐπ' αὐτῷ τούτῳ κατέδυ;* Quare Buttmannus ad Midian. §. 51. n. 4. non iure adversatur Godofr. Hermanni expositioni. Cf. Engelhardti adnot. ad Platon Apolog. p. 196. ss. — *ἐξετάσω.* Non intelligo, quid Marklandum moverit, ut *ἐξετάσω* mutaret in *ἐξετάζω.* Imo coniunctivo aoristi hic locus maxime idoneus est.

§. 136. De *μέν γε* dictum est §. 110. p. 353. — *τιμὰς, σίτησιν, εἰκόνας, πατρίδα,— πάνθ' ὧν ἄνευ ζῆν οὐκ ἄξιον ἦν Ἰφικράτει.* Est *συναθροισμὸς,* quem rhetores dicunt, ubi series verborum per gradus ascendit et graviter finitur una plurium rerum comprehensione. Inprimis vid. Rutilii Lupi de figur. sent. et eloc. libr. I, 2., qui tenniores graecos rhetores, Alexandrum de figur. p. 439., Zonaeum p. 675. et anonym. de figur. p. 700. vol. VIII. ed. Walz. cum doctrina tum exemplis locupletare possit. Cf. Quinctil. institt. orat. VIII, 4, 27. s. Addo e Demosthenis orationibus haec exempla: de coron. 80. p. 258. *ἐξ ὧν ὑμῖν μὲν τὰ κάλλιστα, ἔπαινοι, δόξαι, τιμαὶ, στέφανοι, χάριτες παρὰ τῶν εὖ πεπονθότων ὑπῆρχον.* ubi vid. Dissen., ibid. 43. p. 240. 94. p. 257. c. Leptin. 60. p. 475. ib. 122. p. 494. in Mid. 106. p. 549. in Aristocr. §. 185., addo etiam unum ex Isocratis orat. de pac. 96. p. 178. *τοὺς μὲν ἰδιώτας ἐνέκλησαν ἀδικίας, ῥαθυμίας, ἀνομίας, φιλαργυρίας. — ὧν ἄνευ.* Raro *ἄνευ* nomini postpositum est. Xenoph. Cyrop. VI, 1, 14. *ὧν ἄνευ ἡμεῖς οὐκ ἂν δυναίμεθα στρατεύεσθαι.* ubi Poppo e Lucian. dialog. mort. XXII. *ἐμοῦ ἄνευ* affert. cf. Sophocl. Oedip. Col. 503. *οὐδ' ὑφηγητοῦ γ' ἄνευ.* Apud Thucydidem V, 63. exstat *ἄνευ ὧν. — ζῆν οὐκ ἄξιον.* Vid. *λόγον ἐπιτάφιον,* qui Demosthenicis adscribitur, §. 31. p. 1399. *τῶν ἀριστείων στερηθεὶς Αἴας ἀβίωτον ἑαυτῷ ἡγήσατο τὸν βίον. — οὐκ ἐπεστράφη.* Altera scriptura *ἀπεστράφη* est, quam Reiskius sic interpretatur: *passus non est a consilio suo per ea se deduci,* parum sollicitus, utrum quis hanc an illam scripturam eligat. Sed recte illum refutavit Schaeferus, animum advertens ad finitima et loco et notione *ἐφρόντισε, μελῆσαι, λόγον*

Digitized by Google

σχολὴ, προνοηθείη. Nam οὐκ ἐπεστράφη est *non respexit*, *non curavit*, *non attendit*. Coniuncta vides φροντίζειν et ἐπιστράφεσθαι orat. Philipp. IV. 9. p. 135. οὐδὲ ἐφροντίσατε οὐδ' ἐπεστράφητε οὐδὲν τούτων. quae Schaefero probata coniectura confirmatur Theognidis vs. 432. correcto. Hesychius ἐπιστρέφομαι· — φροντίδα ποιοῦμαι. atque eodem modo scholiastes ad Sophocl. Philoct. 599. Cf. Boissonadii adnot. ad Philostr. Heroic. p. 645. et Iacobsii Anthol. Palat. II. p. 557. In epistola Philippi init. legitur substantivum vi ἐπιμελείας: οὐδεμίαν ἐποιεῖσθε ἐπιστροφήν. cf. orat. de fals. legat. 306. p. 439. et Diodor. Sic. XIII, c. 111. οὐδεμίαν ἐπιστροφὴν χρημάτων ποιούμενοι. ibi Wesseling. De adiectivo ἐπίστροφος vid. Blomfield. not. ad Aeschyl. Agam. 388. Ceterum utrumque verbum non raro mutatum est a librariis, ut Philipp. IV. l. c. index Aldi ἀπεστράφητε habet. — οὗτος δ' ὡς ἀληθῶς τίνος ἂν καὶ λόγον σχοίη μή τινος Χαρίδημον ἀποστερήσῃ; Si structuram enunciationis spectamus, similiter Plato Cratyl. p. 397. E. Καὶ ὡς ἀληθῶς, ὦ Ἑρμόγενες, τί ἄν ποτε νοοῖ τὸ ὄνομα οἱ δαίμονες. qui locus simul docet τί καὶ non esse *quid tandem*, ut Ruedigerus ad Philipp. I. 46. p. 53. interpretatur, sed id per τί ποτε exprimi. Nam si Platonis loco τί ἄν καὶ νοοῖ et hic τίνος ἄν ποτε λόγον σχοίη poneremus, sententiae ratio utrimque mirifice perverteretur. Qui interrogat τίνος ποτὲ λόγον ἔχει, is, quum diu frustra exspectaverit, aliquando scire cupit, cuius rei rationem habeat, sed qui τίνος καὶ λόγον ἔχει, is non solum quid, sed an aliquid respiciat, dubitat. Quare hoc modo dicitur, nihil plane esse, quod quis respicere possit, ideoque responsio sequitur οὐδ' ὁτιοῦν ἐστι. Ita vim et potestatem καὶ particulae post interrogativa optime explicavit Godofr. Hermannus ad Viger. p. 837. et ab eius partibus stat Bremius ad Demosthenis oratt. select. p. I. p. 143. Porro quod τινος post μὴ Taylor delevit eique obtemperavit Schaeferus, Reiskius autem, qui tamen praeterea eius loco τούτου proposuit, et Im. Bekkerus uncis incluserunt, in eo homines doctissimi non recte fecerunt. Id unus prius iure servavit Dindorfius et novissime sequuti sunt editores Turicenses. Primum enim hucusque nullum neque deterioris neque optimae notae novimus codicem, qui adstipuletur delentibus; deinde satis opportuna eius conservandi adest ratio. Singulae enim res ante enumerantur, honores, victus publicus, statuae, patriae, addit orator, paene omnia, sine quibus vita nullius pretii erat Iphicrati, sed quibus eum spoliaturus Cotys nihil curavit. Iam vero opponit, earum omnium nullam neque aliquam Charidemo esse, quam perdere possit, non liberos, non imagines, non cognatos, non aliud quidquam denique, atque id bene

§. 136

Digitized by Google

§. 136 indicat pronomine indefinito τινος, quod sane inutile esset, si neque antecederet rerum singularum enumeratio neque sequeretur. — οὐδ' ὁτιοῦν ἐστι γὰρ παρ' ὑμῖν αὐτῷ. Hanc optimam scripturam atque maxima fide dignam restitui praeeunte Dindorfio, quocum Reisk. Klotzius in libro de particulis gr. vol. II. sect. I. p. 251. a. consentit, in eius locum, quam Reiskius Augustanum I. sequutus recepit. Is enim γὰρ ante ἐστι collocavit. Ac Reiskio mireris assentiri Im. Bekkerum, in recepta scriptura offensum nescio qua re, nisi ei duriuscula vocalarum γὰρ παρ' coniunctio visa sit. Quod editiones veteres habent οὐδ' ὁτιοῦν· ἔστι γὰρ παρ' ὑμῖν αὐτοῦ vitiosum est, et tum demum ferri posset quodammodo, si οὐκ εἰκων ante οὐ παῖδες positum esset. Orta est haec interpunctio insolita particulae γὰρ collocatione: quam machinam etiam alibi adhibitam esse testatur Reisigius coniectan. in Aristoph. I. p. 147. Hic autem γὰρ recte obtinet quartum locum, aut, si οὐδ' ὁτιοῦν in unam notionem coire status, tertium, quia in ἐστι, quod sententia postulat, vis inest; significat enim *vere esse, exstare*. Ita sonus est in ταῦτα apud Euripid. Hippol. 1002. οὐδὲ ταῦτα γὰρ σκοπεῖν πρόθυμός εἰμι. nisi ibi scribere malis ταῦτ' ἄγαν σκοπεῖν. Orat. c. Leptin. 56. p. 478. νὴ Δί' ἀνάξιοι γάρ τινες τῶν εὑρημένων τἀῦτ' ἦσαν. non est ἀνάξιοι propter vim suam ab affirmatione νὴ Δία seiunctum. Sine idonea causa Im. Bekkerus etiam orat. I. in Aphob. 9. p. 815. πεντεκαίδεκα ταλάντων γὰρ τρία τάλαντα τίμημα. γὰρ particulam de suo loco movit, levem auctoritatem sequutus. Haeserunt in sede particulae librarii orat. II. c. Onet. 4. p. 877. οὐδ' ὑφ' ἑνὸς γὰρ ἀναγκασθεὶς ἀνθρώπων αὐτὸς ἀνεῖλε τοὺς ὅρους. Sed rectissime defendit Klotzius l. c. in orat. in Neaer. 55. p. 1364. οὐ πολλῷ χρόνῳ γὰρ ὕστερον ἢ ἔπεμψαν Φράστωρ τὴν τῆς Νεαίρας θυγατέρα, ἠσθένησε. dicens οὐ πολλῷ χρόνῳ fere unam notionem efficere, quasi esset: ὀλίγῳ γὰρ ὕστερον. Alia exempla congesta sunt a Schaefero ad h. l. appar. crit. et vol. V. p. 561. 760., in melett. crit. p. 76., Volkm. Fritschio quaestt. Lucian. p. 100, in adnott. in vesp. Aristoph. 741. vol. VII. p. 581. Cf. Godofr. Hermanni adnot. ad Sophoclis Philoct. 1437. Atque idem Latinorum usus comparandus est. Cicero de finib. V, 26. lib. II, 9. Vid. Goerenzius ad Cicer. de finib. II, 7, 21., Handius ad Tursellin. t. I. p. 578.

§. 137. καὶ μὴν εἰ μήτε φύσει πιστὸς ὁ Κερσοβλέπτης, ἔκ τε τῶν γεγενημένων κ. τ. λ. Claudit argumentationem suam singula illa, quae ante exposuit, breviter repetens. Particulam μήτε sequitur τε, sententia affirmative formata, ut maiorem accipiat vim quam si per negationem expressa esset. Thucyd. I, 5. ὡς οὔτε ὧν συν-

Digitized by Google

θάνονται ἀπαξεούντων τὸ ἔργον, οἷς τ' ἐπιμελὲς εἴη εἰδέναι οὐκ §. 137
ὀνειδιζόντων. I, 126. οὔτε ἐκεῖνος κατενόησε, τό τε μαντινεῖον οὐκ ἐδήλου. Copiam exemplorum collegerunt Stallbaumius ad Platonis Phileb. p. 50. et Matthiaeus gr. §. 609. p. 1226. Ceterum et ad πιστὸς et ad ἄπιστος supplendum esse ἐστὶ monet Schaeferus contra Hier. Wolfium, ad ἄπιστος intelligentem νομίζεται, et δικαίως ἄπιστος interpretatur iure, merito suo infidus s. fide indignus. — τίνος εἵνεκα. Notabile est Demosthenem, qui paulo post §. 139. dixerit ἕνεκα, nunc maluisse εἵνεκα. Nam hanc formam hoc loco optimi libri testantur, ab Im. Bekkero tamen, quod mireris, neglectam, ab editoribus Turicensibus comprobatam. Eam excepto Dindorfio multi, quos Voemelius ad Philipp. II. p. 47. et Benselerus ad Isocratis Areopagit. p. 352. nominarunt, Demostheni agnoverunt usitatam. Verum nemo inquisivit adhuc, quid causae sit, cur orator nonnunquam εἵνεκα ionicam formam praetulerit atticae: quippe exempla consectabantur potius quam diversitatis rationem illustrabant. Causa est, ut opinor, a numeris oratoriis petenda. Nam in his τίνος ἕνεκα quinque brevium syllabarum continuatio non admodum iucunda est auribus; praecipue initio interrogationis, ubi vocis impressio quaedam postulatur. Itaque currentibus numeris, quod eos inhiberet, optime usu formae εἵνεκα obiecit orator. Quae res an ita se habeat, ut dixi, ne dubitetur, alios locos consensu memorabiles et a librorum fide certos adiciam, veluti ex Aristocratea §. 182. ἦν — τίνος εἵνεκα καιροῦ περιπεποίηται καὶ διεσπούδασται μὴ λαβεῖν ὑμᾶς. c. Leptin. 2. p. 457. ibid. 117. p. 492. τίνος εἵνεκ' ἐφ' ἡμῶν πρῶτον καταδειχθῆ τοιοῦτον ἔργον; 128. p. 496. τίνος εἵνεκ', εἴγε τὸ τῶν ἱερῶν τέλος ἐστὶ λειτουργεῖν; 145. p. 501. τί γὰρ εἵνεκα τούτου βελτίων ἔσθ' ὁ νόμος —; Fortasse ita etiam scribendum est orat. in Mid. 56. p. 532., ubi August. I. et duo Bekkeri libri κε εἵνεκα habent, quamquam ἕνεκα idcirco retineri potest, quod interrogatio ultra haec duo τίνος ἕνεκα non continuatur. Non autem postulatur εἵνεκα Philipp. I. 3. p. 40. τίνος οὖν ἕνεκα ταῦτα λέγω; et orat. c. Spud. 5. p. 1029. τίνος οὖν ἕνεχ' ὑμῖν, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, ταῦτ' εἶπον; particula οὖν moram inferente. In Aristocratea §. 193. ὁ μὲν ἕνεκα τοῦ κακόν τι ποιεῖν τὰ τοιαῦτα ἐξετάζων μηδικακεῖ. a numerorum ratione εἵνεκα verius est quam a fide librorum, quum a duabus brevibus syllabis in longam nitatur oratio necesse sit. Eadem causa valet initio Leptineae in verbis μάλιστα μὲν εἵνεκα τοῦ νομίζειν συμφέρειν τῇ πόλει et εἶτα καὶ τοῦ παιδὸς εἵνεκα τοῦ Χαβρίου. cf. orat. c. Zenothem. 12. p. 885. τοῦ συμφέροντος εἵνεκα τοῦ ἑαυτῶν. Male in clausula Olynthiacae primae χρηστὰ δ'

Digitized by Google

§. 137 εἵη παντὸς εἵνεκα. quatuor breves syllabae convenirent ἕνεκα scripta. Eadem scriptura obesset numeris in Leptin. 98. p. 487. ἔφη γὰρ ἐξαπάτης εἵνεκα παραγεγράφθαι τοῦτον τὸν νόμον. et ibid. 41. p. 469. ᾧ φιλοτιμίας εἵνεκα ἡ περὶ τῆς δωρεᾶς σπουδὴ γένοιτ' ἄν. duae longae syllabae brevibus praeeuntibus et sequentibus meliorem moram obiiciunt, quam si una longa interiecta oratio decurrat: nam e sententia Ciceronis id est numerosum in omnibus sonis et vocibus, quod habet quasdam impressiones, et quod metiri possumus intervallis aequalibus: in quam rem interpretes Demosthenis nondum acri diligentia attenderunt. — ἁπλῶς καὶ κομιδῇ τετυφωμένως οὕτως. *sic per puram putam stultitiam.* Ita recte interpretatur Schaeferus, ἁπλῶς καὶ κομιδῇ referens ad τετυφωμένως, cuius vim duobus illis adverbiis augeri dicit, collato loco orat. I. in Aristog. 45. p. 784. εἰ κοπρός ἐστιν Ἀριστογείτων ἁπλῶς. De οὕτως postposito vid. dicta p. 129. Verbum τετυφῶσθαι explicat Harpocration s. v. Τετύφωμαι, inquit, ἀντὶ τοῦ ἐμβεβρόντημαι, ἔξω τῶν φρενῶν γέγονα. triplicem deinceps eius originis afferens explicationem. Ita etiam Photius c. 427. et Suidas s. v. Vid. Passovii lexic. s. v., qui citat Iacobsii not. ad Achill. Tat. p. 459; add. eiusdem dicta ad Philipp. II. 20. p. 116. ed. Brem.; unde apparet, posteriores Graecos eodem modo sibi explicuisse verbum, ac Bekkeri anecd. p. 308. Τετύφωμαι, τὸ μαίνεσθαι σημαίνει ἡ λέξις, ἐπεὶ καὶ τὰ Τυφώνια πνεύματα μανίαν ἐποιεῖ ἐμπεσόντα. Demosth. orat. de fals. legat. 219. p. 409. μαίνομαι et τετύφωμαι coniungit, ut Aristoteles problem. III, 16. τετυφωμένους καὶ μανικούς. Philipp. III. 20. p. 116. τετυφῶσθαι opponitur v. ὑγιαίνειν; orat. de coron. II. p. 229. idem est quod ἀνόητος, ut Plat. Hipp. m. p. 290. A. et orat. in Mid. 116. p. 552. invenitur notione stupendi, ut Polybii loco ἀγνοεῖ καὶ τετύφωται a Valesio ad Harpocrat. allato. — συλλάβωμεν αὐτῷ. sc. τούτων, ἃ βούλεται διαπράξασθαι. Schoemannus tamen ad Isaeum p. 419. ἃ βούλεται διαπράξασθαι pendere vult a συλλάβωμεν, ut dicta sint, quemadmodum Isaei τούτῳ τὰ ψευδῆ συλλαμβάνει. i. e. adiuvat eum mendaciis proferendis. Comparat praeterea notum illud βοηθεῖν τὰ δίκαια. — καὶ ταῦτ' ἐφ' ἡμῖν ὄντα, καὶ ταῦτα *idque*, ut orat. de Cherson. 55. p. 108. καὶ ταῦτ' ἐφ' ἡμᾶς ἁρπάζων. de Rhod. libert. 23. p. 197. de fals. legat. 227. p. 411. in Mid. 55. p. 532. Deinde ἐφ' ἡμῖν ὄντα male Hier. Wolfius, Marklandus, Taylor: *cum ea penes nos sint, cum tota res in nostra potestate sit.* Addit Wolfius de suo ἐφ' ἡμᾶς ad similitudinem eorum, cuius generis haec sunt: ταῦτα γὰρ πάντ' ἐφ' ἑαυτοὺς ἡγοῦντο εἶναι orat. de pac. 23. p. 62. Philipp. II. 6. p. 67. ibid. 33. p. 73. ὅτι ταῦτ' ἐφ' ὑμᾶς ἐστιν. At recte

Digitized by Google

Reiskius ind. graec. p. 228. a Schaefero citatus: *contra nos facientia, nobis noxia.* et Seager. ad Aristoph. av. 544. t. VII, I. p. 415. ed. Dind.: *and that too when his enterprises tend to our own detriment.* Neque rara est haec significatio, ut Bremius oratt. sel. p. 208. allique contendunt, exemplis satis multis optimorum scriptorum confirmata, Homeri, Herodoti, Aeschyli, Sophoclis, Euripidis, Thucydidis, Xenophontis, compluribus ipsius Demosthenis aliorumque. Collectis a Reiskio in ind. e Demosthene addas orat. de fals. legat. 205. p. 405. καὶ χρήματα οὗτοι μὲν ἔχουσιν ἐφ' ὑμῖν. in Timocr. 70. p. 723. ἀλλ' ὅλος ἐξ ἀρχῆς — ἐφ' ἡμῖν κεῖται (ὁ νόμος). quocum conferas Thucyd. 1, 40. τὸν νόμον ἐφ' ὑμῖν αὐτοῖς μᾶλλον ἢ ἐφ' ἡμῖν θήσετε. Praeterea alia congessit Maetznerus ad Antiph. p. 238. Vid. adnot. ad §. 124. p. 381. Hac enim ratione formant dativum, qui dicitur, incommodi, qui solus, non addita praepositione, rarissimus est: dativus commodi autem, quo solo nihil frequentius, raro appositam habet praepositionem, ut Aeschyl. Suppl. 620. et 956. ed. Well. οὕτως ὡς ἐφ' ἑκάστῃ διεκλήρωσεν Δαναὸς θεραποντίδα φέρνην. quo loco Bornemanni interpretatio verborum Xenophontis Anab. VII, 7, 39. οὔτε ἔχω παρὰ σοῦ ἐπὶ τοῖς στρατιώταις οὐδέν. i. e. *für die Soldaten, in commodum militum,* defendi licet contra Kruegerum, eam a graecitate alienam dicentem. Sed Bornemannus ipse non recte cepit dicta illius Angli, in contrariam partem ἐπὶ τοῖς στρατιώταις explicantis. — ἐγὼ μὲν οὐχ ὁρῶ plurimi et optimi libri habent; in nonnullis tamen legitur ἐγὼ μὲν γὰρ οὐχ ὁρῶ, cui scripturae eo fidem astruere possis, quod cod. Parisinus Σ γὰρ supra scriptum habet. Id etsi per se bonum est et exemplis satis firmatum oratoris, quemadmodum orat. de Cherson. 37. p. 99. de symmor. 12. p. 181. in Mid. 158. p. 565. in Timocr. 180. p. 741. 154. p. 748., tamen γὰρ illatum correctio tantum mihi visa eorum, qui istam particulam responsioni convenire existimarent et alibi in responsionibus inveniri meminissent, codd. optimorum auctoritatem elevare non potuit. Est etiam in hoc fortasse aliquid momenti, quod longe frequentiores apud Demosthenem istae dicendi formae sunt ἐγὼ μὲν οὐχ ὁρῶ, ἐγὼ μὲν οὐκ οἶμαι sive οἴομαι, ἐγὼ μὲν οὐκ ἀξιῶ, ἐγὼ μὲν οὐχ ὑπολαμβάνω et ἐγὼ μὲν οἶμαι, vid. orat. c. Leptin. 28. p. 465. de coron. 284. p. 320. c. Leptin. 4. p. 458. 79. p. 481. ib. 12. p. 460. in Mid. 115. p. 552. in Aristocr. 133. p. 664. ib. 140. p. 666. in Androt. 71. p. 615. in Mid. 35. p. 525. ib. 197. p. 578. 218. p. 584. in Timocr. 180. p. 756., quam quae eodem modo expressae, insuper γὰρ particulam adsciscunt. Causa satis manifesta est. Illae enim propriae sunt sedatioris, hae concitatioris expositionis, quae non tam

§. 137

Digitized by Google

§. 137 crebra sit necesse est quam illa altera. Nam qui dicit ἐγὼ μὲν οὐχ ὁρῶ, is dicit tantum, se rem non intelligere, at alios fortasse intellecturos esse, id quod μὲν, δὲ non sequente, indicat; qui autem addito γὰρ ita respondet, is non solum eandem facit oppositionem, sed simul etiam adfirmat e rerum, quae antea expositae sunt, conditione, se rem non intelligere. Hae duae tamen respondendi formae non sufficiunt, tertia accedat necesse est, ubi nulla oppositio est, sed ubi quis, quod ipse sentit, significat, nihil quaerens, quid alii sentiant. Ea continetur his ἔγωγε οὐχ ὁρῶ, ἔγωγε οἶμαι, ἔγωγε ἡγοῦμαι, ἔγωγ' ἂν φαίην orat. c. Leptin. 28. p. 466. orat. I. in Stephan. 65. p. 1221. c. Leptin. 85. p. 488. in Timocr. 138. p. 743. pro Megapol. 13. p. 205. Qua ratione tres orator respondendi modos veluti in gradationis speciem distinctos habet, quos singulos, prout eius animo et sententiae, quam exprimit, conveniunt, usurpare solet.

§. 138. Nunc ventum est eo, ut turpitudinem ostendat, quam urbs psephismate sancito consequutura sit. Ulpianus ad hunc locum dicit: διττὸν συμφέρον, τό τε ἐν πράξει καὶ ἐν δόξῃ. De conformatione enunciationis Ὅτι τοίνυν —, καὶ τοῦτο δεῖ μαθεῖν supra dictum est ad §. 118. De vi et potestate v. ἄνευ vide notata §. 112. — τοῖς πράγμασι i. e. rebus publicis, reipublicae, ut saepe. — οὐδὲ — τοιοῦτον οὐδὲν ἐψηφισμένῃ φαίνεσθαι. Reiskius οὐδὲν pro τι positum dicit propter praegressam negationem οὐδὲ, adversante Schaefero. Hic enim ait, illius Atticismi, quem Reiskius dicat, vim non porrigi ad duas diversas notiones, sed circumscriptam esse terminis unius quamvis compositae; praeterea τοιοῦτον οὐδὲν ἐψηφισμένῃ φαίνεσθαι soloecum esse, quippe graecismum poscere τ. μηδὲν ἐφ. φ., ideoque οὐδὲν referendum esse ad οὐδὲ et ut hoc fieri possit, inverso ordine οὐδὲν τοιοῦτον scribendum. Sed primum nihil habent libri, quod mutationem istam excuset; deinde negari non potest, negationem primariae enunciationis nonnunquam etiam in enunciationem ex illa aptam vim habere; denique non ubique in oratione ab alia pendente μὴ locum habet. Quae unum Demosthenis exemplum manifesta faciet, Supra enim §. 90. dicit: δείξω σαφῶς οὐδὲ αὐτὸν τοῦτον ἡγούμενον εἶναι κρίσιν οὐδεμίαν τῷ τὴν αἰτίαν ἔχοντι. ubi si Schaeferi praecepta vera essent, οὐδεμίαν ex duplici causa stare non posset. Addo alium, quamvis dissimilem locum, a novissimis grammaticis citatum, e Plat. Apolog. Socr. p. 31. E. οὔ γάρ ἐστιν ὅστις ἀνθρώπων σωθήσεται οὔτε ὑμῖν οὔτε ἄλλῳ πλήθει οὐδενὶ γνησίως ἐναντιούμενος. Denique ad interiorem utriusque enunciationis cohaerentiam indicandam momentum quoque habet attractio in participio ἐψηφισμένῃ conspicua. — οἰκοῦντί τῳ. Πόλιν οἰκεῖν bene explicat Schae-

Digitized by Google

ferus fixam habere sedem, cui opponatur infra *περιέρχεσθαι κατὰ πᾶσαν χώραν*. Adde *νόμοις κολιτευομένῳ*. Non dixit *νόμοις ζῶντι*, quod exspectes, siquidem is apud veteres vitam civilem agere putabatur, qui rem publicam attingeret. Vid. Reiskii ind. p. 412. Similiter in Isocrat. epistol. 9., ubi de mercenariis loquitur: *εἰ νοῦν εἴχομεν, οὐκ ἂν περιεωρῶμεν — μείζους καὶ κρείττους συντάξεις στρατοπέδων γιγνομένας ἐκ τῶν πλανωμένων ἢ τῶν πολιτευομένων. — Θρᾳκὶ δὲ ἀνθρώπῳ βασιλεῖ. homini Thraci eidemque regi*, ut Reiskius interpretatur. *Ἄνθρωπος*, quamvis saepe alibi, hoc loco non cum contemtu dicitur, sed indicat solum, esse singularem, in cuius commodum Charidemus multis noceat. Si quis *ἀνθρώπῳ* coniungere vellet cum *βασιλεῖ*, eum vituperaret Valkenarius, si viveret, nusquam apud veterem graecum scriptorem legi affirmans de rege *ἄνθρωπος βασιλεύς*. Vid. eius adnott. crit. in loc. N. T. p. 336. cf. Bremium ad Lys. p. 270. — *δεινὸν ὄν ἧττον ἂν ἦν αἰσχρόν· νῦν δὲ*. Vide adnot. §. 94. p. 318. ss. § 138

§. 139. *οἱ ξεναγοῦντες*. Duo codd. habent *ξεναγωγοῦντες*. De utraque forma disputat Lobeckius ad Phrynich. p. 450. et adnot., a, Schaefero citatus. Cf. Wyttenbach. ad Plutarch. de ser. num. vind. p. 517. t. II. ed. Lips. De mercenariis, caritate patriae non imbutis, sed lucrum quaerentibus et civitates graecas vexantibus questus est Demosthenes etiam orat. Philipp. I. 24. p. 46., de Cherson. 25. ss. p. 96., quocum consentit Isocrates orat. de pac. 44. ss. p. 168. s. maxime in epistola, quae ei adscribitur, nona p. 502. ed. Bekk. *οἱ τῆς μὲν βασιλέως χώρας μικρὸν μέρος λυμαίνονται, τὰς δὲ πόλεις τὰς Ἑλληνίδας, εἰς ἣν ἂν εἰσέλθωσιν, ἀναστάτους ποιοῦσι, τοὺς μὲν ἀποκτείνοντες, τοὺς δὲ φυγαδεύοντες, τῶν δὲ τὰς οὐσίας διαρπάζοντες κ. τ. λ.* Eos etiam imperium urbium sibi vindicasse, exemplo ipse fuit Charidemus, aliud commemorat Aristoteles polit. V, 5, 9. Cf. Wachsmuthii antiquitt. Hellen. I, 2, p. 313. et Car. Fr. Hermanni antiquitt. publ. p. 378. Eo, quod *ἄρχειν* utitur, oratorem dicit Ulpianus terrere cives, qui ipse imperium et principatum tenere voluerint. — *τὴν αὐτῶν*. Reiskius *τὴν αὑτῶν*. Recte *αὑτῶν* scripsit Marklandus, allato p. 667, 16. *τῆς αὑτῶν πατρίδος*. Add. Isocrat. Panathen. 164. p. 267. *τὴν δ' αὑτῶν μόνην καλῶς διοικουμένην*. Panegyr. 41. p. 48. *ἐν ταῖς αὑτῶν ἀχρήστως ἔχειν*. ib. 49. p. 50. 168. p. 75. et 146. p. 71. *ἐν ταῖς αὐτῶν οὐχ οἷοι τ' ἦσαν ζῆν*. ibi in cod. Ambrosiano *αὐτῶν πόλεσιν*. Vid. ad h. l. Dindorf. — *ἐπιβουλεύσοντος*. Bene sic ad librorum auctoritatem Im. Bekkerus et novissimi editores. In nonnullis scriptum exstat *ἐπιβουλεύσαντος*, uti Reiskius correxerat vertens: *qui, si ita contingat, sit insidiaturus*. Tum, ut recte Schaeferus

Digitized by Google

§. 139 monet, addi debebat ἄν particula. — οἷς ἂν τύχῃ. Intelligas ἐκβουλεύσας. Vid. adnot. p. 275. — ἐψηφισμένους φαίνεσθαι. Contra librorum auctoritatem Taylor attractionis lege scribi iussit ἐψηφισμένους φαίνεσθαι, quemadmodum §. 138. ἐψηφισμένη φαίνεσθαι dictum sit. Obloquuti sunt iure Reiskius et Schaeferus, accusativum arcte cum infinitivo cohaerentem probantes, neglecta attractione. Vid. Xenoph. Cyrop. II, 1, 15. Ἔξεστι δ' ὑμῖν, εἰ βούλεσθε, λαβόντας ὅπλα — εἰς τὸν αὐτὸν ἡμῖν κίνδυνον ἐμβαίνειν. Isocrat. Trapezit. 29. p. 364. ὅτι ἐμοὶ μέν, ὅς ἐνεκάλουν, εἰ τοὺς ἐλέγχους ἐφοβούμην, ἐξῆν καὶ μηδεμίαν συνθήκην ποιησάμενον χαίρειν ἐᾶν τὸ πρᾶγμα. et quae Stallbaumius ad Plat. Eutyphr. p. 5. A. Crit. p. 51. D. et Bremius ad Isocrat. Archidam. p. 99. s. attulerunt.

§. 140. πῶς γὰρ οὐκ αἰσχρὸν κ. τ. λ. Ad haec Ulpianus: ἐπιχείρημα ἐκ τοῦ ἐλάττονος· εἰ γάρ φησι κατηγορεῖς τῶν ἐλάττω πλημμελούντων· καὶ μείζονα αὐτὸς ἀδικῶν οὐκ εἶ μεμπτότερος; Vid. Hermogen. de invent. III, 7. p. 122. ss. vol. III. ed. Walz. — Λακεδαιμονίοις μὲν ἐγκαλεῖν. Plutarch. vit. Agesilai c. 23. πέμπουσιν Ἀνταλκίδαν πρὸς Τηρίβαζον αἴσχιστα καὶ παρανομώτατα τοὺς τὴν Ἀσίαν κατοικοῦντας Ἕλληνας, ὑπὲρ ὧν ἀπολέμησεν Ἀγησίλαος, βασιλεῖ παραδιδόντες. Haec Graecis ignominiosa pax per Antalcidam cum Artaxerxe Mnemone Olymp. 98, ann. 2. sancita quanto dedecori fuerit Lacedaemoniis, etiam in vit. Artaxerxis c. 21. commemoratur. Porro hoc nomine a Demosthene de Rhod. libert. 29. p. 199. vituperati sunt Lacedaemonii et ab Isocrate Panegyr. 175. p. 77. ubi inter alia haec: αἱ δ' ἐκδεδομέναι τοῖς βαρβάροις μάλιστα μὲν Λακεδαιμονίοις ἐκκαλοῦσιν. Ipsas pacis leges Xenophon Hellen. V, 1, 28. ss., Diodorus Sic. XIV, 110. explicant, in quibus constitutum erat, ut omnes graecae in Asia civitates ab arbitrio regis Persarum penderent. Quare Isocrates, ut hoc loco Demosthenes, dicit: διαῤῥήδην γράψαντες, χρῆσθαι τοὐθ' ὅ τι ἂν αὐτὸς βούληται. De hac pace vid. Iacobsii not. ad vers. german. p. 205. Voemelii adnot. ad orat. de Haloneso p. 139. — Pro θέλῃ ex aliquot libris Reiskius, ut editores Turicenses, ἐθέλῃ habet, quam longiorem formam Benselerus ad Isocrat. Areopag. p. 260. praefert breviori, consonante antecedente. In qua re, auctore Lobeckio ad Phrynich. p. 7., codicibus obtemperandum est. Cf. eiusdem not. ad Sophocl. Aiac. vs. 24. p. 81. s., unde apparet, etsi constanter fere dixerint ἐὰν θεὸς θέλῃ vel ἐὰν θεοὶ θέλωσι, tamen a scriptoribus non spretam fuisse alteram formam ἐὰν θεὸς ἐθέλῃ. Praeterea in libris nonnullis legitur ὁτιοῦν βούλεται, quod est inventum librariorum, qui meminerint, βούλεσθαι in hac loquendi forma usitatissimum esse, ut §. 67. ποιεῖν ὅτι ἂν βούληται.

Digitized by Google

Philipp. I. 12. p. 43. de coron. 192. p. 292. *ὡς ἂν ὁ δαίμων βουλη-* §. 140
θῇ. et Thucyd. VIII, 58. de Persarum rege: *καὶ περὶ τῆς χώρας τῆς ἑαυτοῦ βουλευέτω βασιλεύς, ὅπως βούλεται.* Quid discriminis inter utrumque verbum intercedat, expositum est ad §. 83. p. 302. — *ἐκδοῦναι.* Quod scriptum exstat in nonnullis libris *ἐκδεδωκέναι*, ut locum accipiat, non permittit vis et potestas perfecti — *καὶ πάντας.* Vid. adnot. ad §. 73. p. 276. — *Χαρίδημος ἔσεσθαι.* Ita recte scripsit Im. Bekkerus et novissimi editores, Reiskius inverso ordine *ἔσεσθαι Χαρίδημος*, quod est contra Demosthenis *εἶναι* collocandi morem. Philipp. I. 4. p. 41. *δυσπολέμητον οἴεται τὸν Φίλιππον εἶναι.* in Aristocr. §. 61. *ἀγώγιμος ὁ κτείνας ἔσται.* de Cherson. 33. p. 98. *πράους καὶ φιλανθρώπους ὑμᾶς ἐθίζειν εἶναι.* et quae §. 25. p. 179. allata sunt. — *οὐ γὰρ ἄλλο τι ποιεῖ τὸ ψήφισμα τουτί, ὅτε.* Omnis reliqua in apparatu crit. denotata scriptura videtur verbis *ἄλλο τι* originem debere. — *οὐ διείρηται.* Altera scriptura *διῄρηται* iure reiecta est ab omnibus recentioribus editoribus. Nam non valet distinguendi, quae in *διῃρῆσθαι* inest, sed distincte explicandi, definiendi, constituendi notio, quam habet recepta scriptura. Vid. adnot. p. 275. Cf. Plat. de legg. XI. p. 932. E. VII. p. 809. E., ubi quoque *διείρηται* aliquamdiu per alteram *διῄρηται* obscurata fuit. Vid. quae supra p. 228. dicta sunt. — *ἐκπήρτηται φόβος.* Orat. de coron. 324. p. 332. *τὴν ταχίστην ἀπαλλαγὴν τῶν ἐκπεπτημένων φόβων δότε.* apud Aeschinem *καὶ φόβους ἐκπήρτησα τοῖς ἀκροωμένοις.* Supra dixit §. 105. *εἰ μὴ λύσετε τὸ ψήφισμα τοδί, καὶ τοῖς βασιλεῦσι θαυμαστὴ γενήσεται δι' αὐτὸ ἀθυμία καὶ τοῖς στρατηγοῖς αὐτῶν.* cf. §. 106. et §. 15.

§. 141. *ἔν τισι καιροῖς καὶ χρόνοις.* Ultima verba *καὶ χρόνοις*, licet omissa in aliquot libris, male omisit Reiskius tanquam aliena manu profecta. Sed hoc ubertatis genere nihil frequentius est praecipue apud oratores. Bene ea explicaverat Hier. Wolfius: *ἔν τισι καιροῖς* propter tempora, quia res ita vestrae postulabant: *ἔν τισι χρόνοις* ad praeteritum tempus refertur, quod certum non exprimitur." Ad orat. in Neaer. p. 1357. 2. commode adhibet Schaeferus Ammonii explicationem vocum p. 80: *ὁ μὲν καιρὸς δηλοῖ ποιότητα χρόνου, οἷον, ὅτε πόλεμος ἦν· χρόνος δὲ ποσότητα, οἷον, πρὸ δέκα χρόνων ἢ μετὰ δέκα ἔτη.* Idem nostro loco duo exempla earundem vocum coniunctionis attulit, unum illud ex orat. in Neaer. l. c. *ἦν δὲ ὁ χρόνος οὗτος ᾧ Ἀστεῖος μὲν ἦν ἄρχων Ἀθήνησιν, ὁ καιρὸς δὲ ἐν ᾧ ἐπολεμεῖθ' ὑμεῖς πρὸς Λακεδαιμονίους τὸν ὕστερον πόλεμον*, alterum e secunda epistolarum, quae Demostheni adscribuntur, p. 1468. init. *εἰ μηδεὶς ὑμᾶς ἀναμιμνήσκει τοὺς χρόνους μηδὲ τοὺς καιροὺς ἐν οἷς τὰ μέγιστ' ἐγὼ χρήσιμος ἦν τῇ πόλει.* quae haud dubie e Timocrat.

Digitized by Google

§. 141 15. p. 704. profecta sunt; ἀνάγκη δὲ πρῶτον ὑπομνῆσαι τοὺς χρόνους ὑμᾶς καὶ τὸν καιρὸν ἐν ᾧ τίθησι τὸν νόμον. Add. Olynth. III. 16. p. 32. τίνα γὰρ χρόνον ἢ τίνα καιρὸν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοῦ παρόντος βελτίω ζητεῖτε; epist. V. p. 1491. παρέσομαι δὲ εἰς τὸν χρόνον κἀγώ, καθ' ὃν σὺ φῂς καιρὸν εἶναι. quocum conf. Sophod. Electr. 1292. χρόνου γὰρ ἄν σοι καιρὸν ἐξείργοι λόγος. Vid. Schaeferi adnot. ad orat. de Cherson. p. 99. 8. et Doederlini synonym. p. IV. p. 267. — Ἀριοβαρζάνην. De hoc Taylor necessaria et cognitione digna exposuit ad h. l. Erat praefectus Lydiae et Ioniae totiusque Phrygiae, quemadmodum Cornelius Nepos vit. Datam. c. 2. et Diodorus Sicul. XV, 90. referunt. Hoc teste inter eos satrapas fuit, qui contra regem Persarum seditionem excitabant: cuius rei etiam Demosthenes in orat. de libert. Rhod. 9. p. 193. mentionem fecit. Cl. Wesseling. adnot. ad Diodor. Sicul. l. c. Ab Atheniensibus enim ad hoc bellum gerendum auxilium petierat, nisus civitate, qua illi prius eum et tres filios unaque Philiscum et Agauum donaverant. Vid. §. 202. huius orat. Cf. Harpocrat. s. h. v. et Valesii not. Philiscus fortasse idem est, quem, Diodoro Siculo auctore lib. XV, 70., Artaxerxes misit Graecos hortatum, ut bellis finitis gratiam inter se componerent. — διὰ τῆς Ἀριοβαρζάνου δυνάμεως. Vid. supra §. 138. διὰ τῆς ἐκείνου βασιλείας πολλοὺς ἀδικοῦντι. Vid. adnot. ad §. 131. — Παῖδας ἐλευθέρους ἀδικῶν καὶ γυναῖκας ὑβρίζων. Qui ἀδικῶν ut spurium et sensus incommodi, quemadmodum Reiskius et Im. Bekkerus, uncis incluserunt, aut eiiciendum censent, ut Schaeferus, li summo iure ad usum loquendi provocare possunt. Primum enim, ubi παῖδες καὶ γυναῖκες aut inverso ordine, qui tamen rarior est illo, (vid. Wachsmuthii antiquitt. Hellen. t. III. p. 171. s. et Krueger. ad Dionys. historiogr. p. 99.) γυναῖκες καὶ παῖδες s. τέκνα coniunguntur, non duo posita sunt verba, ut παῖδες suum habeat suumque γυναῖκες, sed quod mulieribus accidit, idem etiam pueris accidisse dicitur. Orat. in Neaer. 103. p. 1380. παῖδες δὲ καὶ γυναῖκες ἠνδραποδίσθησαν. Aeschin. orat. in Ctesiphont., ubi urbis occupatio describitur, ἀγομένας γυναῖκας καὶ παῖδας εἰς δουλείαν. Herod. VI, 19. Thucyd. V, 82. 116. Xenoph. Hellen. VII, 1, 30. Diodor. Sicul. XV, 79. Deinde ὑβρίζειν παῖδας et εἰς παῖδας usitatissimum est et ipsis legibus pervulgatum. Sic apud Thucydidem VIII, 74., ubi nuntiatur militibus, qua ratione hostes Athenis grassantur, inter alia etiam haec dicuntur: καὶ ὅτι αὐτῶν καὶ γυναῖκες καὶ παῖδες ὑβρίζονται. et eorum, quae idem libr. VII, 68. dicit: ἐν ᾧ, εἰ κατώρθωσαν, ἀνδράσι μὲν ἂν τἄλλα προσέθεσαν, παισὶ δὲ καὶ γυναιξὶ τὰ ἀπρεπέστατα, πόλει δὲ τῇ πάσῃ τὴν αἰσχίστην ἐπίλησιν. media verba circumscriptionem ὕβρεως

Digitized by Google

continent, Ita orat. de foedere cum Alexandro, quae est inter Demosthenicas, 3. p. 212. ὑβριζόμενοι εἰς παῖδας καὶ γυναῖκας sunt ii, quorum filii et mulieres male tractantur. In orat. adv. Mid. 47. p. 529. prima verba legis Solonis sunt: ἐάν τις ὑβρίσῃ εἴς τινα ἢ παῖδα ἢ γυναῖκα ἢ ἄνδρα, τῶν ἐλευθέρων ἢ τῶν δούλων et ultima ἐὰν ἐλεύθερον ὑβρίσῃ. et quod gravissimum est, in epistola IX, quae Isocrati adsignatur, ubi pariter atque hoc Aristocrateae loco incommoda et calamitates civitatibus graecis per mercenarios inferri solitae describuntur, ii postremo dicuntur ἔτι δὲ παῖδας καὶ γυναῖκας ὑβρίζοντες. Quae omnia sicut planum faciunt, omissionem participii ἀδικῶν ab hominibus illis doctissimis non sine idonea ratione probatam fuisse, ita conservatio eius internis aeque atque externis veritatis documentis nititur. Atque id iure iam Dindorfius servavit retinueruntque novissimi editores Turicenses. Nam primum quod ne in ullo quidem hucusque collatorum librorum vestigium omissi ἀδικῶν exstat, id dehortari nos debet de hac voce exstirpanda aut uncis includenda. Deinde si ὑβρίζων ad παῖδας ἐλευθέρους et ad γυναῖκας una pertineret, eo quaevis insolenter et contumeliose tractandi ratio significaretur. Sed id noluit orator. Τβρίζειν potius arctiori vi accepit, ut ὕβρις δι' αἰσχρουργίας intelligeretur: quam mulierum contumeliam inter mala Philisci facinora inprimis indicavit, ut Athenienses animum adverterent ad ea, quae sibi a Charidemo, data occasione, metuenda essent, quippe qui illius non dispar moribus non disparia studia sequeretur. Cuius rei metum Atheniensibus iam supra §. 57. iniecit, ubi dicit: ἐλθὼν δὲ εἰς πόλιν οἰκῇ που, τῆς μὲν ἐξουσίας μηκέτι κύριος ὢν δι' ἧς πολλὰ ποιεῖ τῶν ἀπειρημένων ὑπὸ τῶν νόμων, τοῖς δ' ἔθεσι καὶ ταῖς ἐπιθυμίαις ταῦτ' ἐπιχειρῶν πράττειν, ἄλλο τι ἢ σιγῶντα δεήσει Χαρίδημον ἐᾶν αὐτὸν ὑβρίζειν; Quum igitur peculiaris mulierum violationis et turpitudinis commemoratio consilio oratoris maxime conveniret, non est mirum, quod a vulgari loquendi usu παῖδας καὶ γυναῖκας abiit et quum simul malam puerorum tractationem indicare vellet, idcirco loquutione ἀδικῶν, quamvis ampla, tamen aptissima usus est. Phavorinus dicit: ὕβρις ἐστὶν ἀδικία πρὸς ἀτιμίαν φέρουσα, ὕβρις οὐ μόνον ἐν λόγοις, ἀλλὰ καὶ ἡ κατὰ πᾶν ἔργον αἰσχρὸν et Aristoteles polit. V, 8. commemorat ἀδικίαν μάλιστα δι' ὕβριν factam. Praeterea non omittendum est, quod ad παῖδας addit ἐλευθέρους; hoc enim additamento notio universa quam ἀδικεῖν habet, angustior fit, quum παῖδας ἐλευθέρους ἀδικεῖν significet iura et dignitatem puerorum laedere quam habent libere nati; veluti gravi poena cautum erat ingenuum puerum verberare. Tum illud ipsum additamentum argumento est, non posse ὑβρίζων simul ad παῖδας

§. 141

Digitized by Google

§. 141 referri, quia tum aut ἐλευθέρους καὶ παῖδας καὶ γυναῖκας dicendum, aut ἐλευθέρους plane omittendum erat. Denique comparare cum nostro loco liceat singula, ubi scriptores de simili re loquentes similia usurpant. Prae ceteris in hanc rem afferenda sunt Isocratis verba Panegyric. 114. p. 64., ubi mala imperii triginta tyrannorum exponuntur. Inter alia ibi dicit: ἔτι δὲ παίδων ὕβρεις καὶ γυναικῶν αἰσχύνας καὶ χρημάτων ἁρπαγάς, τίς ἂν δύναιτο διεξελθεῖν; Addas, quod Cicero Verrin. oratt. libr. IV, c. 52. de Verre in Sicilia turpiter vivente dicit: „mitto adhibitam vim ingenuis, matresfamilias violatas", et auctor ad Herenn. lib. IV, c. 8. de urbe occupata: qui id agere ausi sunt aut cogitare potuerunt, — quo modo deûm templis spoliatis, optimatibus trucidatis, aliis abreptis in servitutem, matribusfamilias et ingenuis sub hostilem libidinem subiectis, urbs acerbissimo concidat incendio" et paulo ante: „In iis, qui violassent ingenuum, matremfamilias constuprassent, pulsassent aliquem, aut postremo necassent, maxima supplicia maiores consumpserunt." Nec desunt loci, ubi duo illa vocabula vel similia coniuncta sunt, quemadmodum orat. in Timocr. 125. p. 739. πόλυ αἴσχιον τὴν πόλιν ἀδικουμένην καὶ ὑβριζομένην μὴ λαβεῖν δίκην καὶ ὑπὲρ τῆς θεοῦ καὶ ὑπὲρ αὐτῆς. et qui locus apprime huc pertinet ex orat. de coron. 205. p. 296. ὁ δὲ καὶ πατρίδι ὑπὲρ τοῦ μὴ ταύτην ἐπιδεῖν δουλεύουσαν ἀποθνήσκειν ἐθελήσει, καὶ φοβερωτέρας ἡγήσεται τὰς ὕβρεις καὶ τὰς ἀτιμίας, ἃς ἐν δουλευούσῃ τῇ πόλει φέρειν ἀνάγκη, τοῦ θανάτου. cf. orat. in Mid. 23. p. 522. καὶ συνείλοχα ὕβρεις αὐτοῦ καὶ ἀτιμίας τοσαύτας ὅσας ἀκούσεσθε αὐτίκα δὴ μάλα. ut in optimis libris pro πονηρίας scriptum exstat. — ὅσα ἂν ἄνθρωπος ποιήσειεν ἄνευ νόμων καὶ τῶν ἐν πολιτείᾳ καλῶν τεθραμμένος, εἰς ἐξουσίαν ἐλθών. Si ἂν revera hoc loco deesset, ut deest in pluribus libris, etiam Parisino Σ, significarent verba: *quae hominem opinor facere rudem et incultum.* Tum orator sola cogitatione talem hominem fingeret esse, quum tamen eum describat, qui nullis legibus nullaque disciplinae publicae honestate educatus, si ad potentiam venerit, foeda et scelesta facere possit. Haud dubie ἂν particula excidit in illis libris, incipiente iisdem literis proxima voce, quod itidem factum est in simili loco orat. in Mid. 79. p. 540. εἶτα τῆς ἀδελφῆς ἔτ' ἔνδον οὔσης τότε καὶ παιδὸς οὔσης κόρης ἐναντίον ἐφθέγγοντο αἰσχρὰ καὶ τοιαῦτα οἷ' ἂν ἄνθρωποι τοιοῦτοι φθέγξαιντο. Ibi etiam in pluribus et iisdem atque hoc loco libris ἂν omissa est, quod consultone an forte a librariis factum sit, non prius decernendum erit, quam si omnia exempla huius generis omissionum collecta fuerint. Deinde ἄνευ νόμων — τεθραμμένος dicitur, qui suis cupiditatibus et vitiis indulget et licentia inso-

Digitized by Google

lentiaque regi se patitur, spreta iustitia, temperantia, continentia, sine §. 141
quibus respublica constare nequit. Talem dicunt sequi τὸ φύσει δίκαιον, quod legibus oppositum est. Videsis quae de hac re egregie exposita sunt in orat. I. in Aristogit. p. 774. ss., inprimis quae orator §. 24. dixit: πάντα γὰρ τὰ σεμνὰ καὶ καλά, καὶ δι' ὧν ἡ πόλις κοσμεῖται καὶ σώζεται, (οὗτοι φυλάττουσιν·) ἡ σωφροσύνη, ἡ πρὸς τοὺς γονέας καὶ φοὺς πρεσβυτέρους ὑμῶν παρὰ τῶν νέων αἰσχύνη, ἡ εὐταξία, τῇ τῶν νόμων προσθήκῃ τῶν αἰσχρῶν περίεστι, τῆς ἀναισχυντίας, τῆς θρασύτητος, τῆς ἀναιδείας. Cf. Car. Fr. Hermanni antiquitt. publ. §. 72. n. 2. p. 152. s.

§. 142. ἐν δὲ Λαμψάκῳ τινὲς ἄνθρωποι γίγνονται δύο. Patriam duorum hominum dicit Lampsacum, urbem Asiae minoris iuxta Propontidem sitam. De τινὲς numeralibus addito dictum est supra in adnot. ad argum. II. p. 6. Vid. orat. c. Leptin. 145. p. 501. τρεῖς σέ τινες γραψάμενοι πρότεροι τοῦδε οὐκ ἐπεξῆλθον. ubi Schaefer. — Θερσαγόρας ὄνομα αὐτῷ, θατέρῳ δ' Ἐξήκεστος. Notandus est usus pronominis αὐτὸς, cuius loco, quum duo antea nominati sint, ex vulgari ratione hoc poni debebat: Θερσαγόρας ὄνομα αὐτῶν θατέρῳ, θατέρῳ δ' Ἐξήκεστος. Et scimus sic in libris nonnullis et in Reiskiana editione scriptum exstare, nisi quod ibi pro altero θατέρῳ δ' positum est τῷ δ'. Verumtamen recepta scriptura fide librorum praestantior est eamque praeter Im. Bekkerum, Dindorfium, editores Turicenses etiam Schaeferus probavit. Αὐτῷ dictum est, quasi praecessisset ἐν δὴ Λαμψάκῳ τις ἄνθρωπος γίγνεται. Facile autem supplere possis τῷ ἑτέρῳ μὲν, ut Homer. Il. XXIV, 527. s. δοιοὶ γάρ τε πίθοι κατακείαται ἐν Διὸς οὔδει, δώρων, οἷα δίδωσι, κακῶν, ἕτερος δὲ, ἐάων. quem locum Schaeferus ad Lambert. Bos. p. 162. attulit. Cf. eiusdem adnot. p. 329. Alterum horum hominum, Execestum, loco lexici sui dignatus est Harpocration s. v., sed fere nihil de eo refert. — παραπλήσια τοῖς παρ' ἡμῖν γνόντες περὶ τῶν τυράννων. Harmodio et Aristogitoni, Hipparchi interfectoribus. Quorum quia non meminisset scriptor Cod. Wimar. sec. dedit explicandi causa τοῖς νομίμοις τοῖς παρ' ὑμῖν. Pro ὑμῖν novissime recte scriptum est ἡμῖν, quamquam paulo inferius §. 143. τοὺς μὲν παρ' ὑμῖν sequitur. Deinde pro περὶ τῶν τυράννων nonnulli libri, ipse quoque codex Parisinus Σ, non tamen multi, habent περὶ τὸν τύραννον, quae scriptura ita falsa est, ut mirandum sit, Funkhaenelium dubitasse de ea reiicienda. Quippe eam defendi posse arbitrans induxit se in captiones, ipsi hodie, ut sperandum est, non amplius probatas, neque ita munitas, ut assensum tulerint editorum Turicensium, qui hic rectissimo iudicio lectionem Parisini libri reiecerunt.

Digitized by Google

§. 142 Audiatur ipse Funkhaenelius, qui quidem sic argutatur: „Verba quidem τοῖς παρ' ἡμῖν communem sententiam vel pluralem flagitare videntur, sed quid impedit, quominus orator tantum Lampsacenorum illorum rationem habens singulari utatur et dicat eos idem de Philisco tyranno sensisse quod quosdam Atheniensos, ad quae verba facile hoc intelligas, *hos Athenienses non de Philisco ita sensisse, sed de suis tyrannis.* Neque enim auditoribus dubium ullo modo esse potuit, quin orator Harmodium et Aristogitonem significaret.“ Quod quam coactum, durum et oratoris perspicuitate indignum sit, nemo non videt. Neque cogitavit Funkhaenelius satis de usu loquendi, sed quasi usitata esset ista constructio γνόντες περὶ τὸν τύραννον, ut non plures eius auctores afferret, unius Lysiae locum a Matthiaeo §. 539. p. 1385. citatum or. XI. §. 7. τοιαύτην γνώμην περὶ τὸν πατέρα ἔχειν sufficere arbitratus est. Certe vellem exemplum eius loquutionis vel unum e Demosthene addidisset. Sed nullum erat, ut, si ita legeretur, ut cod. Σ habet, omnino hic unicus esset in eius orationibus locus, quo dictum est γνῶναι περί τινα, quum γνῶναι περί τινος et similia frequentissima sint, quemadmodum in hac ipsa oratione §. 115. ἂν μὲν ἃ χρὴ περὶ ὑμῶν γιγνώσκῃ Κερσοβλέπτης exstat. Quod autem ad corruptionem genitivi pluralis attinet, eam mihi persuasi librario deberi, qui ω cum ο, quod non raro factum est, permutavit; quem alios eo lubentius sequutos esse existimo, quo frequentius apud posteriores Graecos γνῶναι περί τινα fuerit. — ἀποκτιννύασι. De hac forma Schaeferus citavit not. ad Porson. Medeam p. 80. ed. tert. Lips. Vid. adnot. ad §. 38. p. 202. — τὸν Φιλίσκον. Recte articulus inde ab Im. Bekkero in editionibus recentioribus additus est. Is omittitur fere apud Demosthenem aliosque scriptores, ubi quis primum nominatur, sed addi solet, ubi idem nomen iterum recurrit. Ita §. 143. ὁ Θερσαγόρας καὶ ὁ Ἐξήκεστος; et §. 155. ὁ Ἀρτάβαζος et τοῦ Ἀντοφραδάτου, nudis iisdem nominibus antecedentibus; orat. c. Leptin. 132. p. 497. ὧν εἷς ἐστὶν ὁ Ἀνυτίδας et paulo post ὁ Ἀνυτίδας καὶ ὁ Διονύσιος, antea Ἀνυτίδας καὶ Διονύσιος. ibid. 61. p. 475. ἡ Θάσος et τὸ Βυζάντιον, antea 59. p. 474. Θάσον et 60. p. 475. Βυζάντιον, et 63. p. 476. τὴν Πύδναν, sed antea 61. p. 475. Πύδναν. et p. 466. s. Λευκῶν saepe cum articulo; ubi autem idem in cursu orationis rursus et compluries nominatur, non raro fit, ut articulus, prout quem scriptor magis minusve in conspectu animi ponere vult, modo addatur modo omittatur. Vid. ibid. 41. p. 469. Quare etiam hoc loco in verbis proximis τῶν τότε ὑπὲρ Φιλίσκου λεγόντων articulus recte abesse potuit. Et si quis paulo inferius ἐάν τις ἀποκτείνῃ τὸν Φίλισκον scribi vellet, pari modo erraret, ac si

Digitized by Google

in Leptinea 69. p. 477. *ὁ Κόνων* scriberet, quod illic orator consue- §. 142
tudinem psephismatum imitatur, altero loco inscriptionem cum Cononis nomine commemorat, quae documenta articulum in nominibus propriis omittunt. Item §. 143. *τῶν Φιλίσκου φίλων*, ubi libri Fv *τοῦ* addunt, articulus recte omissus est ab editoribus. Auctoritas librorum id iubet, non grammatica, adversante tamen Kruegero ad Anab. I, 9, 13. Nam multi sunt loci, ubi articulus in hac coniunctione nomini proprio addi solet. Xenoph. Cyrop. I, 5, 2. *Κυαξάρης ὁ τοῦ Ἀστυάγους παῖς*. Cf. c. 4, 25. Vid. Bornem. ad Xenoph. Cyrop. I. c. Schaefer. ad Demosth. Olynth. II. p. 17, 12. et aliis locis. Ubi autem viri nobilitati et in ore omnium versantes nominantur, ibi eorum nominibus, etiam si primum appellantur, articulus addi solet, ut orat. c. Leptin. 90. p. 484. et 93. p. 485. Solon bis commemoratur articulo insignitus, item orat. de fals. legat. 251. p. 420., deinde autem ibi compluries sine articulo. — *δικαίως*. Interpungendo distinxerunt editores Turicenses. Vid. adnot. ad §. 78. p. 288. s. Add. orat. de fals. legat. 277. p. 430. *ἀλλ' ὅμως οὐδὲν αὐτὸν ὠφέλησε τούτων, δικαίως· οὐ γὰρ —. ἐμισθότει μὲν τοῖς ἐν Περίνθῳ ξένοις*. Perinthus urbs opulenta erat in Propontide sita, cuius situm Diodorus Sicul. XVI, 77. describit. Cum incolis eius necessitudinem quandam inierant Athenienses et amicitiam gerebant, ut opinor, ad mercaturam quaestumque faciendum. Quae coniunctio etiam postea iuvabat. Vid. Diodor. Sicul. l. c. c. 74. Ac verisimile est, Athenienses, ut sua commoda tutissime sequerentur, Philiscum, qui praefectus illius regionis maritimae mercenariorum catervas aleret, liberalitate sibi ad quoddam tempus conciliasse. Vid. Brueckneri libr. de Philipp. reg. p. 34. ss. — *ὥςπερ οὗτος νυνὶ*. In nonnullis codd. male scriptum est *ὥςπερ νυνὶ οὗτος* propter oppositionem *τῶν τότε ὑπὲρ Φιλίσκου λεγόντων, ὅτε* —, quae receptum ordinem, qui est in editt. antiquis et recentioribus, requirit. Similiter orat. de coron. 224. p. 303. *ἅπερ οὗτος νυνὶ*. ibid. 292. p. 323. *ὥςπερ οὗτος νυνὶ*. de fals. legat. 75. p. 364. *ὥςπερ Φωκέας νυνὶ*. c. Leptin. 116. p. 492. *τοῖς αὐτοῖς οἷςπερ ἡμεῖς νῦν*. c. Callicl. 6. p. 1273. de Cherson. 21. p. 95. ib. 57. p. 103. 75. p. 108. advers. epist. Philipp. 7. p. 154. Philipp. III. 31. p. 119. Philipp. II, 3. p. 66. Olynth. III. 24. p. 35. Olynth. I, 21. p. 15.

§. 143. *εἰ δ' ἐφήπτετό τις τῶν Φιλίσκου φίλων ἢ παίδων, ἐξεβίδοτ' ἂν ὑπὸ τοῦ ὑμετέρου ψηφίσματος*. Ad *ἐφήπτετο* intelligendum est *αὐτῶν*, non *θατέρου*, ut Schaeferus voluit. Ambo occiderunt Philiscum, ambo post caedem factam Lesbi habitabant in ditione Atheniensium. Cur igitur, si amicis vel filiis ultio exigenda erat ab occisoribus, alteri eorum neque ambobus manus admovenda erat? Quia

Digitized by Google

§. 143 id fieri non potuerit ab uno aliquo? Ita quidem opinatur Schaeferus. Quasi unus aliquis, qui occisores capere vellet, sibi adiungere non potuisset socios? Neque opus est Seageri coniectura ἐξεδίδοντ' ἄν in Diar. Classic. LVIII. p. 862. a. proposita. Ac Schaeferum minime sequutus in eodem errore versatur Funkhaenelius, qui quidem in quaestt. Demosthenicis p. 92. ita interpretatur: *si quis Philisci amicorum aut filiorum eos, Thersagoram et Execestum, arripuisset,* ἐξεδίδοτ' ἄν sc. θάτερος αὐτῶν. hocque tam apertum esse dicit, ut Seagerum ἐξεδίδοντ' ἄν coniecisse indigneris." Quis autem credat, istos, ut Seagerum, Schaeferum, Funkhaenelium, putasse, ἐξεδίδοτ' esse tertiam personam singularis imperfecti passivi. Totum locum aperies et ex tenebris his in apertam lucem proferes, si ἐξεδίδοτ' habueris pro ἐξεδίδοτε. Scilicet ad legem illam τῆς ἀνδροληψίας et ritum haec pertinent singularem, supra §. 82. descriptum et §§. 83—86. expositum, ubi vide adnotata, praecipue quae p. 300. ad explicanda et defendenda Pollucis verba dicta sunt. Lesbus autem, quo se tyrannicidae illi contulerant habitatum, erat illo tempore inter socias civitates et sub ditione et iurisdictione Atheniensium. Vid. Boeckhii Oeconom. publ. Atheniens. I. p. 446. ss. Qua de causa quid impedit, quominus ἐξεδίδοτε ad Athenienses referamus? Proxima quoque ἐφαίνεσθε — κατεψηφισμένοι id comprobant. Quod ἐξεδίδοτ' pro passivo ab illis interpretibus acceptum est, iste error partim ex ignoratione rerum, partim e verbis additis ὑπὸ τοῦ ὑμετέρου ψηφίσματος profectus videtur. Sed ut recte dicitur πράττειν τι ὑπό τινος, ita quoque licet ἐκδιδόναι ὑπὸ ψηφίσματος, i. e. *auctoritate psephismatis.* Cf. orat. de fals. legat. 61. p. 360. τὰ δόγματα, ὑφ' ὧν καθεῖλον αὐτῶν τὰ τείχη. — εἰ τοὺς μὲν —, τοὺς δ'. Haec Schaeferus ad rationem utriusque membri per μὲν — δὲ particulas vincti indicandam in latinum bene sic vertit: si, cum Harmodium et Aristogitonem summis honoribus condecoraveritis, Thersagoram et Execestum rapi ad poenam essetis passi." Solent enim Graeci, ut Buttmannus ad orat. in Mid. §. 49. 7. dicit, id quod caput rei est per δὲ afferre, alterum autem per μὲν nonnisi oppositionis causa praemittere. Cf. Matthiael gramat. §. 622. 4. Schaeferi adnott. ad h. l., ad orat. in Timocrat. p. 709. 28. c. Phorm. p. 920. 2. c. Callipp. p. 1244. 11. Qui dicendi usus apud Demosthenem frequentissimus nobis obvenit, maxime praegressis δεινόν, αἰσχρόν, similibus. Vid. Aristocrat. §§. 211. 212. 213. et 214. de fals. legat. 267. p. 426. καὶ γὰρ ἂν καὶ ὑπερφυὲς εἴη, εἰ κατὰ μὲν τῶν Ὀλυνθίους προδόντων πολλὰ καὶ δεινὰ ἐψηφίσασθε, τοὺς δὲ παρ' ὑμῖν αὐτοῖς ἀδικοῦντας μὴ κολάζοντες φαίνοισθε. Ibid. 280 et 281. p. 431. de coron. trierarch. 9. p. 1220.

Digitized by Google

καίτοι σκέψασθε τίν' ἄν ποτε δόξαιτε βεβουλεῦσθαι τρόπον, εἰ διὰ §. 148
τὴν αὐτὴν πρόφασιν τοὺς μὲν θανάτου κρίναντες τοὺς δὲ στεφανώσαντες φανείητε. — Χαλκοῦς ἱστάντες. Orat. de fals. legat. 261. p. 425. Φίλιππον θαυμάζουσι καὶ χαλκοῦν ἱστᾶσι καὶ στεφανοῦσι. ibid. 330. p. 446. c. Leptin. 120. p. 493. χαλκοῦς ἱστάναι. orat. II. in Aristogit. 23. p. 807. τὸν μὲν γράψαντα τοὺς νόμους Σόλωνα ἐψηφίσθαι χαλκοῦν ἐν ἀγορᾷ στῆσαι. Usitatissimum est χαλκοῦν τινα ἱστάναι, si placuit alicui statuam aeneam poni. Vid. comment. Westermanni de publicis Atheniensium honoribus et praemiis p. 14. ss. — ταῖς μεγίσταις δωρεαῖς τιμῶντες ἐφαίνεσθε. Hic ad ea, quae explicatione indigent, accurate interpretanda malo Fr. Aug. Wolfii dicta, quam Frotscheri ad Xenoph. Hieron. III, 14. proponere. Ille in prolegomenis ad Demosth. Leptin. t. III. ed. Schaef. p. 18. haec dicit: Meruerunt illi (Harmodius et Aristogiton) plurima et amplissima praemia, statuas aeneas, honoratiorem in publicis consessibus locum, victum Prytanei, immunitatem, alia, partim nova exemplo, ex quibus pleraque etiam posteris propria manebant. Cf. Demosth. orat. de fals. legat. 280. p. 431. in Mid. 170. p. 569. et quos Car. Fr. Hermannus antiquitt. publ. §. 72. n. 5. citavit. — κατεψηφισμένοι. sc. ἐφαίνεσθε. In nonnullis libris scriptum exstat κατεψηφίζεσθε, cui iam Taylor κατεψηφισμένοι, quod in suis libris invenerat, praetulit. Idem fecerunt praeter Im. Bekkerum Dindorfiumque editores Turicenses. Reiskius magis inclinat ad κατεψηφίζεσθε, improbante Schaefero, qui lectores praeterea monet, ἐφαίνεσθε κατεψηφισμένοι quam concinne respondeat superiori ἤτε πεποιηκότες. — τοῦτο τοίνυν ἐπ' ἐκείνου μὲν, εὖ ποιοῦν, οὐ συνέβη φενακισθεῖσιν ὑμῖν αἰσχύνην ὀφλεῖν. Hoc idem valet ac si dictum esset: τοιαύτη τοίνυν ἡ αἰσχύνη ἐπ' ἐκείνου μὲν, εὖ ποιοῦσα, οὐ συνέβη φενακισθεῖσιν ὑμῖν. Nam τοῦτο explicatur verbis quae sequuntur αἰσχύνην ὀφλεῖν, id quod etiam Ilier. Wolfius vidit. cf. Reiskii ind. p. 254. s. v. εὖ. Neque quisquam offendet in eo, quod articulus infinitivo non additus est. Is saepenumero deest, praecedente τοῦτο, etiam in prosa oratione, quod Schaeferus tamen ad orat. Philipp. III. p. 116. 28. negat, ubi ex optimis libris recte ita scriptum est: ὅμως οὔθ' ὑμῖν οὔτε Θηβαίοις οὔτε Λακεδαιμονίοις οὐδεπώποτε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, συνεχωρήθη τοῦθ' ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων, ποιεῖν ὅ τι βούλεσθε. ibid. 9. p. 113. Olynth. III. 12. p. 31. orat. de Halon. 14. p. 80. ibid. 31. p. 84. de Cherson. 72. p. 107. οὐδὲ ἔμοιγε δοκεῖ δίκαιον τοῦτ' εἶναι πολίτου, τοιαῦτα πολιτεύμαθ' εὑρίσκειν. c. Leptin. 12. p. 460. τῶν δὲ τοῦτο πρῶτον ὑπάρξαι τῆς ὁμονοίας σημεῖον ἀξιούντων, κοινῇ διαλῦσαι τὰ χρήματα. ubi non est Fr. Aug. Wolfio obtemperandum, τὸ ante κοινῇ inserenti; in Mid. 170. p. 569. οὐδενὶ πώποτε τούτων ἐδώ-

Digitized by Google

§. 143 κατε τὴν δωρεὰν ταύτην οὐδ' ἂν δοίητε, ἐξεῖναι τοὺς ἰδίους ἐχθροὺς ὑβρίζειν αὐτῶν ἑκάστῳ. Fortasse etiam post ἐκεῖνο in orat. de fals. legat. 282. p. 432. ἐκεῖνο δὲ μὴ προσῆν, τὸ δικαίως καὶ προῖκα πεπρεσβευκέναι. articulus τὸ cum Parisino libro Σ omittendus est. Add. Xenoph. Cyrop. VI, 1, 15. τόδ' ἐγώ φημι χρῆναι ποιεῖν, ὡς τάχιστα περᾶσθαι. Thucyd. VI, 68. παρασκήπτω δέ τινι καὶ τόδε, πολύ τε ἀπὸ τῆς ἡμετέρας αὐτῶν εἶναι καὶ πρὸς γῇ οὐδεμίᾳ. Cf. Benseleri adnot. ad Isocrat. Evagor. p. 22. Baiteri ad Isocrat. Panegyr. p. 28. Stallbaumi ad Phileb. p. 100, ad lib. de rep. p. 24. et p. 387. ad Phaedon. p. 34. et p. 47. ad Gorg. p. 188. et alibi, Iacobitzii ad Lucian. Tim. p. 8. a. t. Matthiaei gram. §. 472. p. 879. et Bernhardyi synt. p. 356. a. Quod structurae genus quum Schaeferus apud prosaicos scriptores non agnosceret, idcirco fortasse hoc loco aliam verborum coniunctionem invenit, τοῦτο — εὖ ποιοῦν dicens esse accusativum pendentem a participio φενακισθεῖσιν, hac oblata explicatione: *Hac fraude in Philisci negotio, quae vestra fuit felicitas, cum non essetis circumventi, factum est, ut nihil infamiae contraheretis.*" quae verbis subiecta sententia manifesto aliquid habet contorti atque ipsum εὖ ποιοῦν accusativo casu positum obstat, quominus illa valeat. Nam haec formula, quod ipse Schaeferus animadvertit, recto casu fere usurpatur, veluti orat. Philipp. IV. 38. p. 141. ἡ τύχη, καλῶς ποιοῦσα (dei benignitate), πολλὰ πεποίηκε τὰ κοινά. Olynth. I. 28. p. 17. ἵν' ὑπὲρ τῶν πολλῶν ὧν καλῶς ποιοῦντες ἔχουσι μικρὰ ἀναλίσκοντες τὰ λοιπὰ καρπῶνται ἀδεῶς. c. Leptin. 110. p. 490. de coron. 231. p. 304. ὑμεῖς καλῶς ποιοῦντες τοὺς καρποὺς κεκόμισθε. „Indicatur his verbis (καλῶς ποιῶν), inquit Godofr. Hermannus ad Viger. p. 779., facere aliquem id, quod aut sibi ipsi commodum est, aut, quod is, qui loquitur, fieri optat et gaudet." Cf. Hieron. Wolf. adnot. ad Olynth. I. p. 17. 10. ibique Schaefer., Fr. Aug. Wolf. ad Leptin. p. 490. 16. Schaefer. ad Midian. p. 517. 13. Voemel. ad Olynth. I. p. 65. Deinde quod in nonnullis libris exstat ὑπ' ἐκείνου, et quod Marklandus proposuit ἐπ' ἐκείνῳ, id est, *in Harmodio et Aristogitone*, vix commemoratione digna sunt. Denique pro ὄφλειν Bekkeri cum Dindorfio ὀφλεῖν scripsi; idem habent editores Turicenses. Vid. Buttmanni gr. II. p. 204., Dindorfii praefat. p. XIII. Engelhardti adnott. crit. p. 41. et Bekkeri praefat. ad Thucyd. p. IV. Elmsl. not. ad Eurip. Heracl. 985. — ἂν ἐμοὶ πείθησθε. Altera huius loci scriptura πεισθῆτε non reiicienda esset, si librorum fide satis firmaretur. Vid. orat. de Rhod. libert. 9. p. 192. οὔθ' ὑμεῖς, ἂν πεισθῆτε, ποιήσετε. et in Aristocratea §. 116. ἂν ἐμοὶ πεισθῆτε. Ibidem tamen paulo inferius §. 117. ταύτην, ἂν ἐμοὶ χρῆσθε συμβούλῳ, φυλάξετε τὴν πίστιν πρὸς τοῦτον τὸν Θρᾷκα. — τάχ' ἄν, εἰ τύχοι. Vid. adnot. ad §. 58. p. 238. Collectis ibi exemplis adde orat. pr. Phorm. 55. p. 961. ὁ μὲν γὰρ περὶ πάντ' ἄδικος τάχ' ἄν, εἰ τύχοι, καὶ τοῦτον ἠδίκει.

Digitized by Google

CONFIRMATIO CAPITIS TERTII.

Tertium hoc caput tractat τὸ δίκαιον, cuius partes a persona et ab re constitutae sunt. Id enim magno studio agitur ab oratore, ut demonstret, quam non iustum sit Charidemo tale, quale ipse pro se et eius amici pro eo petant, donum dare, quod pro factis minime meruerit quodque acceptum damno civium et regum Thraciae adhibiturus sit: nam multa dedisse documenta mentis perniciosissimae multisque malo futurae. Audiamus quod in hanc rem scholiastes Aphthonii apud Walzium vol. II. p. 678. animadvertit. Διττὸν δὲ τὸ δίκαιον, inquit, τὸ μὲν ἀπὸ τοῦ προσώπου, τὸ δὲ ἀπὸ τοῦ πράγματος, οἷον ὡς Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Ἀριστοκράτους ἐξετάζων τὰ δίκαιον, πρῶτον ἀπὸ τοῦ προσώπου πεποίηκε τὴν ἐξέτασιν εἰπών· ὅτι οὐκ ἄξιος ὁ Χαρίδημος τοιαύτης δωρεᾶς τυχεῖν παρὰ τῆς πόλεως, καὶ τοῦτο κατασκευάζων ἄνωθεν αὐτοῦ τὴν πολιτείαν κατέλεξε, δεικνὺς, ὅτι δύσνους ἀεὶ τῇ πόλει, καὶ μηδὲν ἐξ εὐνοίας εὐεργετήσας· εἶτα καὶ τὸ πρᾶγμα ἐξήλεγξεν ἄδικον δεικνὺς, ὅτι ἐπὶ τῷ πονηρὰν λαβεῖν ἀφορμὴν ταύτης γλίχεται τῆς δωρεᾶς.

Si ceterorum vim et rationem spectas, hoc caput secundo loco collocatum esse oportebat. Postea enim quam τὸ νόμιμον tractatum erat, expectabatur continuo τὸ δίκαιον ut conditione ipsa rei proximum, et tertio demum loco quod extrinsecus allatum est, τὸ συμφέρον. Vid. comment. p. 159. a. At non angustiis legum certarum in collocandis argumentis se continebant veteres oratores, sed intuentes, quemadmodum singula suis utilitatibus convenienter componerent, utebantur ordine, non quem afferebat natura causarum, sed quem ipsorum iudicium et prudentia praescribebat. Ita non inutile in hac oratione visum esse oratori putemus, ab ordine illo exspectato et ratione imposito variis de causis degredi. Primum ipse senserit argumenti περὶ τοῦ συμφέροντος infirmitatem. Id quidem suae rei bene accommodavit ad metum civibus de Chersoneso iniiciendum, sed quoniam in eo non potuit aliam demonstrandi viam inire nisi per inductionem

Digitized by Google

et ex uno similibusve aliud item simile collegit, quod etiam aliter se habere potuit, idcirco totum ceteris argumentis minus firmum et potens habendum est, ut maluerit eo velut mediis auxiliis uti, quam summis, quae vi et robore suo praevaleant necesse est. In quam rem dignissima lecta sunt, quae Quinctilianus institutt. orat. V, 1, 12. docuit. „Quaesitum etiam, inquit, potentissima argumenta primone ponenda sint loco, ut occupent animos, an summo, ut inde dimittant? an partita primo summoque, ut Homerica dispositione in medio sint infirma? an a minimis crescant? Quae, prout ratio causae cuiusque postulabit, ordinabuntur, uno (ut ego censeo) excepto, ne a potentissimis ad levissima decrescat oratio." Deinde hac collocatione argumentorum adiuvit perspicuitatem orationis, siquidem ad docendum, quod voluit, accomodatius erat exponi auditoribus prius, quanto in discrimine, si Charidemo vitae tutelam concederent, Chersonesus futura esset, quam quo ille dux inde ab omni tempore in Athenienses animo egisset, ut non deberent de probando propter usum eius scripto psephismate cogitare. Huc transferri licet, quod Hermogenes libr. I. de ideis c. 8. vol. III. p. 212. in alium quidem Aristocrateae locum adhibuit, sed quod etiam ad hunc quadrat, si ita dicit: *ἢ γὰρ ἂν ἀσαφὲς αὐτῷ τὸ κατασκευαζόμενον ἔμεινεν, εἰ Χαρίδημον πρῶτον διέβαλλεν, ὅτι κατασκευάζει Κερσοβλέπτη τὴν ἀρχήν* et anonymi scholia in Hermogen. id. vol. VII. II. p. 940. s. *ἃ γὰρ ἦν κατὰ τὴν φυσικὴν ἀκολουθίαν ἔσχατα, ταῦτα προτάξας ἐδεινοποίησε τὸν λόγον.* Denique, quia in summa parte actionis praecipue utendum est affectibus, quum magnopere intersit, qualem animum iudex ad sententiam dicendam ferat, etiam hoc ad ordinem collocationemque argumentorum aliquid momenti apud oratorem habuisse existimandum est. Nam in narrandis exponendisque Charidemi factis varia ei data erat materia, iudices, dum eos docet, etiam movendi, quos facilioribus ad rem suam animis in consilium dimitteret. Ac revera studuit excitare in Charidemum odium et indignationem dicendo. Vid. Quinctil. institutt. orat. VI, 1. Illud addas, non potuisse locum §§. 196—210. ab auctoritate maiorum sumtum aptius ad id, quod oratoris utilitas ferebat, obtinendum, alio poni, quam huic tertiae parti, quae *τὸ δίκαιον* tractat, subiici. Si ea in medio collocata eique item ille locus additus esset, crescere sub finem oratio, ubi oportebat, non potuisset gravioribus. Nam ille locus potentissimus est ad animos a nimia Charidemi gratia, quam ei mali oratores paravissent, flectendos et totius causae vires magnopere auget et amplificat.

Dominatur autem in hoc capite genus demonstrativum, ut saepe in iudicialibus causis magnae partes versantur laudis aut vituperationis,

Digitized by Google

docente auctore ad Heren. III, 8. Vid. comment. p. 382. Vituperatur Charidemus idque ope narrationis sive expositionis rerum, quam maxime in illud genus incidere Hermogenes de ideis II, c. 10. vol. III. p. 478. dicit: ἀφήγησις γάρ ἐστι σχεδὸν ἅπας (ὁ λόγος ἐν πανηγυρικῷ λόγῳ.) Non tamen omnia orator complectitur, quae ad vitam et ingenium et mores Charidemi pertinent, sed ea tantum declarat, in quibus summa rei sita erat, hoc est, res gestas, ex quibus ii qui audiunt, non solum cognoscant, qualis ille in Athenienses fuerit, sed etiam consentiant, et fuisse et esse dubiam eius fidem magnamque in eo animadverti malitiam. Itaque omissis rebus extraneis, quales auctor ad Herenn. III, 6. in genere demonstrativo observandas esse dicit, nisi quod unum ortum eius et gentem eamque praeteriens §. 213. commemoravit, potissimum ea respexit, quae consilio et cogitatione hominis constant. Audiendus est etiam in hac re idem ille magister dicendi. „Ad omnes res, inquit, in quibus animus hominis maxime consideratur, illae quatuor animi virtutes erunt accommodandae: ut, si laudemus, aliud iuste, aliud fortiter, aliud modeste, aliud prudenter factum esse dicamus; sin vituperemus, aliud iniuste, aliud ignave, aliud immodeste, aliud stulte factum esse dicamus, et quod paulo post addit: „non tamen necesse esse nos omnes has partes in laudem aut vituperationem transferre, propterea quod saepe ne incidant quidem, saepe ita tenuiter incidant, ut non sint necessariae dictu. Quapropter eas partes, quae firmissimae videbuntur, legere oportebit.“ Cf. Aristot. art. rhet. I, c. IX. Ac legit orator e Charidemi rebus gestis, si non omnia illa, tamen nonnulla eaque gravissima animi vitia, eaque profert non in genera certa divisa, sed applicata narrationi factorum et notata, prout singula temporum ordine exponit. „Factorum enim collocatio, ait Cicero in partitt. c. 21., triplex est. Aut enim temporum servandus est ordo, aut inprimis recentissimum quodque dicendum, aut multa et varia facta in propria genera sunt dirigenda.“ „Illa narrandi ratio, quam in hoc capite orator sequutus est, dicitur naturalis, tertia artificiosa, media autem primae similis est. Cf. Gerh. Ioan. Vossii orat. institutt. lib. I, p. 54. sa. Temporum igitur ordinem servans exponit simul, qua Charidemo perfidia gesserit amicitias, quam saepe mutarit pacta, in angustiis quam temere et callide egerit, et quomodo semper inimicus Atheniensibus fuerit et amicus fieri nullo modo possit.

Sed nunc videamus, quo ordine expositionem factorum Charidemi instituerit. Primum praeposuit a §. 144. usque ad §. 147. exordium velut initium culpandi oratores modum in laude Charidemi excedentes. Bene enim sciens. bonam de eo a plurimis, qui in iudicio sedebant, receptam esse persuasionem, seque, quum essent contraria illi et re-

Digitized by Google

pugnantia in narratione sua dicenda, ancipitem rem et gravem ad animos pertractandos aggressurum, optime statim occurrit immoderatis illis laudatoribus, in eosque suspicionem malae fidei et avaritiae adduxit, quo modo cognitioni rerum accommodatiores iudices et intentiores faceret.

Hoc consilio praefatus, omissis §. 148. iis, ad quae priore vitae tempore male facienda Charidemum necessitas impulerat, defigit mentem orationemque §. 149—151. in iis factis, quae confecit primum copiis se ducem praebens. Quum enim militasset cum suis mercenariis per plus quam tres annos apud Iphicratem et post apud Timotheum, primum dedit perfidiae exemplum, quod obsides Amphipolitanos, eius fidei mandatos, contra voluntatem populi Atheniensis Amphipolitis restituerit eoque occupationem urbis eorum praepediverit. Deinde rursus invitatus a Timotheo ad communionem belli, sed eam conditionem aspernatus, se contulit cum navibus Atheniensium ad Cotym; apud quem quum iis nihil nocere posset, quoniam Timotheus prius bellum de Amphipoli recuperanda susceperat, operam locavit Olynthiis, qui illo tempore Amphipolin tenebant; sed in itinere interceptus ab Atheniensium navibus, qui angustiis temporis pressi essent et inopia mercenariorum laborarent, foedere facto, rursus apud eos stipendia fecit. Poenam non sufferens eorum, quae fecerat, quamquam iure meruisset, accepit ex contrario ab iis, tamquam debitoribus, coronas et ius civitatis et alia. Ad haec probanda recitata sunt documenta, psephisma de tradendis obsidibus, epistola Iphicratis et Timothei et testimonium.

§. 152—162. Postquam repetita sunt ea, quibus primum hostem se praebuit civitati Atheniensium, alia afferuntur, quae Charidemi levitatem animi et perfidiam testantur. Promiserat per literas, quum in angustiis esset, Cephisodoto, duci Atheniensium, se civibus Chersonesum restiturum, si ipsum adiuvarent, sed denuo eos deceperat. Quomodo id factum sit, nunc narratur. Charidemus enim a Timotheo post oppugnationem in Amphipolin infeliciter factam dimissus, in Asiam transgressus se generis Artabazi, ab Autophradate capti, Memnoni et Mentori, locavit cum exercitu; fide tamen mox violata, quum tres eorum urbes occupasset, ei accidit aliquid, quod eius virtuti imperatoriae fraudi fuit, magnisque difficultatibus circumventus non aliter ex iis se expedire sciebat, nisi ut a Cephisodoto peteret, ut se ex Asia navibus traiiciendum curaret. Interim Memnon et Mentor, quibus bellum molestum esset, Artabazo, captivitate liberato, persuaserunt, ut Charidemum, poenae exemtum, per inducias dimitteret. Sic praeter spem incolumis evadens in Chersonesum neque Cotym aggressus est

Digitized by Google

neque Chersonesum Atheniensibus restituit, uti promiserat, sed illi in societatem armorum adiunctus in oppugnandis reliquis Atheniensium urbibus opem tulit. Eum, dum adhuc in Asia erat et literas ad Cephisodotum mittebat, decrevisse animo, ut Athenienses deciperet, testimonio esse orator dicit eius ex Asia traiectum, siquidem Abydenos et Sestios fraudis adiutores habuisse dicitur, quum epistolam mitteret. Tum sequitur recitatio epistolarum, Charidemi et praefectorum urbium Chersonesi.

§. 163—169. Ex insequutis factis magis perspicuum erit, Charidemo non confidendum esse in iis, quae se Atheniensium urbi facturum dicit et simulat. Post caedem enim Cotyis illo tempore factam, quum Cersobleptes et ceteri eius liberi adolescentuli essent, et summa rerum propter praesentiam eius et copias, quas secum habebat, penes Charidemum esset, et Cephisodotus, cuius amicus erat, cum navibus, quae eum obsidione Artabazi liberaturae essent, venisset, quo tempore eum decuisset statim Atheniensibus Chersonesum reddere unaque cum iis regem Thraciae constituere et suam iis benevolentiam significare, tale quidquam non fecit, sed per septem menses cum iis bellum gessit, in quo primum milites eorum ad Perinthum prandio apparando occupatos improviso oppressit multosque e nautis interfecit et universos ad mare compulit, deinde Athenienses apud Alopeconnesum, ubi piratas obsidebant, inclusit eorumque ducem Cephisodotum coegit pactionem turpissimam facere, quam irati cives tam aegre tulerunt, ut ei imperium abrogarent eumque quinque talentis mulctarent et propemodum capitis damnarent. Harum rerum testes adduxit trierarchas.

§. 169—178. Deinde Miltocythem, perpetuum Atheniensium amicum, tradidit captivum Cardianis, eorum hostibus, qui eum eiusque filium in mare subvectos crudelissime interfecerunt. Hanc caedem omnibus Thracibus aegre ferentibus et se coniungentibus Berisade et Amadoco, socium adeptis Athenodorum, ducem Atheniensium, perterritus Cersobleptes et necessitate subactus cum foederatis ita paciscitur, ut imperium Thraciae commune esset in tres divisum et Chersonesus Atheniensibus restitueretur. Hanc tamen pactionem, quum Chabrias, novus Atheniensium dux, una navi advectus esset et Athenodorus opibus ad bellandum destitutus, exercitum dimisisset, negat Charidemus et, ut neget, Cersoblepti persuadet, aliasque conditiones, Cephisodoti duriores, Chabriae dicit. His auditis Athenienses irati decreverunt, ut decem legati in Thraciam mitterentur, qui res componerent aut Cersoblepti et Charidemo arma intentarent. Qui quum praestare postulata cunctarentur, Chares cum summa potestate in Chersonesum missus eos praesentibus Athenodoro, Berisade et Amadoco

Digitized by Google

foedus cogit inire, quod est optimum et aequissimum. Iam postquam orator denuo cives adhortatus est, ut, quem non ultro, sed temporibus coactum paulatim sibi amicum fieri cernerent, eius potentiam ipsi augeri ne sinerent, recitari iubet a §. 174 — 178. has res expositas approbantia testimonia.

§. 179 — 183. Neque tamen ab hoc tempore praecipua erga Athenienses fide fuit. Nam non destitit duos illos reges regno expellere, ratus fieri non posse prius, ut ullum foederis cum urbe facti caput tolleretur, quam si illos exterminasset. Quod ut quam facillime exsequeretur, tale psephisma, quo sibi vitam tutaretur, impetrare studuit, quod comprobatum cum damno duorum regum eorumque ducum, tum civibus foret detrimento. Praeterea Cardianorum urbs in omnibus pactis in suum usum reservata cavit ne Atheniensibus traderetur, ut stationem haberet, unde tuto in Chersonesum faceret impetum. Quare debere monet Atheniense Cersobleptae et Charidemo omnes causas ipsis nocendi praecidere, quem quamvis arripere novissime ostenderit foedus ab eo cum Philippo et Pammene initum, ut testetur epistola Charetis.

§. 184 — 186. Haec cives considerantes Cersobleptae diffidere debere, cuius fides, si quam operam iis dederit, in dubio ponenda sit, neque Charidemum, si muneribus levidensibus duces et oratores sibi conciliet, laudandum, sed ei potius, quia data occasione, ubi potuerit, Atheniensibus nocere voluerit, irascendum. Atque iure eorum, quae fecit, poenas meruisset, sed contra oratores, ab eo corrupti, ei praemia varii generis decreverunt, reliquis in concione sedentibus deceptis et quae fiebant admirantibus; ac postremo illi eos psephismate isto commovissent, ut parati ad eius corporis custodiam satellitum ministerio fungerentur, quo turpitudinem sibi conflassent, nisi orator eiusque socii hac accusatione intercessissent.

A §. 187 usque ad §. 196. dissolvit tria, quae proferri queant ex diverso.

Primum §. 187 — 190. fingit se quempiam interrogaturum, cur accuratiore iniuriarum Charidemi scientia instructus, in tribuendis singulis praemiis non obstiterit neque prius, quam hoc psephisma fieret, verbum fecerit ullum. Ad haec respondet causas exponens, cur non prius ad accusandum, sed nunc demum prodierit, scilicet ubi viderit, si comprobatum fuerit psephisma, exteros amicos, veluti Athenodorum, Simonem, Bianorem, Archebium Byzantium, duos Thraciae reges, non ausuros Charidemo adversari.

Secundo loco §. 191 — 193. adversarii dicent fallendi causa, licet Cersobleptes et Charidemus adversati fuerint civitati, quum hostes

Digitized by Google

essent, nunc tamen, quum amici sint, priores eorum iniurias memoria non tenendas esse, id quod postulet mos Atheniensium, qui, quamvis a Lacedaemoniis, Thebanis, Euboeensibus laesi, tamen graviter laborantibus promto animo opem tulerint. Respondet haec dici licere, si Cersoblepti et Charidemo, hostibus imminentibus, auxilia decreta essent iisque ferendis ipse et socii obsisterent. Quum vero nullum eiusmodi periculum adsit, male patronos agere, qui Cersobleptis duces, civium tutela munitos, iusto validiores reddere velint. Praeterea Charidemum, postquam amicus videri voluerit, hostilem animum in Athenienses magnopere ostendisse ideoque ei diffidendum esse. Postremo addit, quid de iusta iniuriarum oblivione statuendum sit.

Tertio loco 194—196. refutat eos, qui forte opponant, Charidemum, qui cooperit Atheniensium amicus esse iisque velit bene facere, animo defecturum esse, si abrogetur psephisma, et suspiciosum in cives fore. Contra dicit non posse eum, qui verus sit amicus et summa in civitatem beneficia conferre velit, tale quid postulare, ut sua causa iudices iusiurandum violent et contra ius fasque suffragia ferant; quum autem Charidemum constet decipere Athenienses nihilque sinceri facere, duo commoda e reiecto psephismate proventura, aut illum destituturum esse ab iniuriis faciendis, si suum animum cognitum putet, aut, si ex animo amicus esse velit, bene de republica meriturum, ubi intellexerit, se nihil decipiendo efficere posse. Quare iam idcirco psephisma condemnandum esse.

§. 196—209. Commemorat maiorum rationem, quam in dandis honoribus et praemiis sequuti sint. Veluti Miltiadem et Themistoclem victores multosque alios non honorabant aeneis statuis, sed eorum praestantiam in eo cerni existimabant, quod bonis viris praepositi essent. Neque, si quid praeclare gestum esset, id iudicabant opus esse ducum, sed Atheniensium, quae ratio hodie prorsus immuta sit. Et si quaeratur, quomodo peregrinos, qui civitati bene fecissent, honoraverint, constare iis non decrevisse vitae praesidium et tutelam, sed solum ius civitatis, existimantes id esse summum donum, quod quis assequi posset, quod tamen nunc, sicuti cetera omnia munera, pro abiecto et vili habeatur, ex quo ea non solum viris de republica bene meritis, sed etiam perditis et vilibus hominibus tributa sint et oratores eorum mercaturam quaestuosam fecerint.

§. 204—210. Libere fatetur orator, Athenienses ipsos in culpa esse, quod res ita se habeant. Eos nolle poena afficere, qui iniuste agant et ipsos gravissimorum scelerum accusatos et convictos levissime tractare, in hac re a maioribus degeneratos, qui in viros bonos et promeritos, si deliquissent, severi fuerint. Hinc maiorum memoria

Digitized by Google

aliam rerum publicarum et privatarum faciem fuisse, quam hoc tempore, quo omnia publica lucri studio oratorum in deterius conversa sint, privatim autem multi in florentissimis rebus versentur. Hac comparatione inter majores et suos aequales producta, postremo §. 210 commonet graviter, magnopere maiores, qui pro gloria et libertate mortem obierint et multorum praeclare factorum monumenta reliquerint, questuros esse, si scirent, nunc urbem ministri locum obtinere et, an Charidemo vitae custodia danda sit, deliberare.

§. 211—214. At gravissimum esse, quod etiam alii populi melius sibi consulentes quam Athenienses, in dandis honoribus parcissimi sint, cuius generis Aeginetae, Megarenses et Oritae, quorum hi ipsum Charidemum nondum pleno civitatis iure donaverint; Atheniensea contra ei totum civitatis ius et alios honores impertivisse et nunc in eo esse, ut ei vitae tutelam decernant, quamquam nihil praeclari fecerit, quod eum tanto honore dignum reddat."

Iam ex hac pertenui argumenti descriptione apparet, nihil omisisse oratorem, quod desideremus. Id totum in orbe rerum et sententiarum versatur, quae aptae inter se omnes et alia in aliam implicata directae sunt ad id, quod assequi voluit orator, apprime demonstrandum. Tripartitum est, si excluseris exordium, hoc orationis caput: prima et praecipua pars narratio factorum Charidemi est; eam excipit refutatio eorum, quae ab adversariis contra dici poterant; denique affertur exemplum maiorum ad comparationem aequalium aptum, et ratio aliorum populorum, quantopere ii in dandis honoribus differant ab Atheniensibus.

Narranti oratori illud erat utilitati, quod, etsi res ipsas quo gestae sunt ordine explanat, tamen eo non offecit viribus et gravitati narrationis: nam quae deinceps narrat, eius generis sunt, ut aliud maius alio superveniat neque unquam fortiori subiungatur aliquid infirmius. Narrat autem breviter, nullam rem, nisi necessariam ad id, quod vult, assumens, et tamen omnia, quae ex vita et ingenio Charidemi in partes vituperationis incidunt, et ad iudicem pertinent, complectens. Longissimus quidem est multitudine et continuatione rerum, at brevis in singulis exponendis: saepe enarrat solum, quid sit factum, nonnunquam etiam quemadmodum, et quid causae fuerit eius, quod factum dicit, non longius tamen, quam dum, quod scitu opus est, explicet, neque avertit in aliam rem animos, priore nondum absoluta, neque unquam inani mora fatigat. Deinde narrat ita, ut res, quasi geranter, sub adspectum paene subiiciat. Ad perspicuitatem narrationis id multum confert, quod, uti quaeque tempore sunt, ita fecit etiam ordine priora; quo conficitur, ut nihil prius, nihil inferius, sed suo quodque

Digitized by Google

loco, uti factum est, explanetur, et nihil permixtum cum aliis inferatur, quo possit perturbatio aliqua et obscuritas oriri. Eodem pertinet, quod rerum expositionem distributam et initiis et clausulis interpunctam facit, quo modo certas animis res tenent auditores. Denique narrat probabiliter. Animadvertes ubique eius studium vera et credibilia narrandi, siquidem factorum et eventorum, ubi opus est, causas et rationes exponit resque narrat personis, temporibus, locis satis distinctas. In hanc rem praecipit Ulpianus ad hunc locum, multum valere ad fidem faciendam, si crebro personae includantur in narrationes. Sic enim alteram altera coargui. *Πανταχοῦ*, inquit, *συμπλέκει τὰ πρόσωπα, τό τε τοῦ Χαριδήμου καὶ Κερσοβλέπτου· ἵνα γένηται πίστις τῆς διαβολῆς· τό τε ἕτερον τοῦ ἑτέρου συστακτικόν· τοῦ μὲν Χαριδήμου Κερσοβλέπτης, τοῦ τε Κερσοβλέπτου Χαρίδημος. κ. τ. λ.* Optime autem firmat suam causam argumentis, quae e literis, testimoniis, pactis, psephismatis aliisque testibus satis dignis, quibus credatur, sumta sunt, quae, quoties res singulas enarravit, suo loco aptissime subiungit. Vid. Aristot. art. rhet. I, 15. Cic. Topic. c. 19 et 20. Quinctil. institutt. orat. I, 7. Non tamen negaverim, si quis contendat, oratorem in rebus augendis et amplificandis diligentem fuisse et curiosum; quo pertinent haud dubie, quae §. 159. s. exponit, in quibus ex mea quidem sententia valde laborat, ut omnia congruere et sibi constare videantur. Ac credendum est, res nonnullas alius modi fuisse, ac dictae sint, quia orator non omnia, quae dicenda essent, commemoraverit, sed quaedam silentio praetermiserit, ut res aliam assumerent faciem, nonnulla etiam in peiorem partem interpretatus sit. Id tamen si fecit, commune habuit cum antiquis oratoribus, qui, prout suae causae commodo consulere viderentur, vera falsis, dubiis certa, probabilia improbabilibus immiscerent. Eo ducebant illos ipsa magistrorum dicendi praecepta, cuius generis constituit Aristides art. rhet. vol. IX, p. 402. s. ed. Walz., ubi dicit: *ὁ ψόγος ἐν τρισὶ τρόποις λαμβάνεται· καὶ γὰρ κατὰ τὴν αὔξησίν ἐστιν ψέγειν καὶ κατὰ παράλειψιν καὶ κατὰ παραβολήν· κατὰ εὐφημίαν δὲ οὐκέτι,* (ante rhetor loquutus est de laudatione) *ἀλλὰ κατὰ τὸ ἐναντίον τῇ εὐφημίᾳ, δυσφημίαν· κατὰ δυσφημίαν ψόγος γίνεται, ὅταν τὰ καλῶς πεπραγμένα ἐπὶ τὸ δυσφημότερον ἐξαγγέλληται.* At non debemus in ea opinione esse, ut oratorem in vituperando putemus ad eam dicendi calliditatem descendisse, quam Cicero de invent. II, 36. et aliis locis commendavit. Ceterum vid. quae de virtutibus narrationis praecipiunt Cicero de orat. II, 15. de invent. I, 19. ss. partitt. orat. c. 9. Quinctil. institutt. orat. IV, 2.

Digitized by Google

Ut autem narratio rerum non ad historiae formam componeretur, sed vim et naturam orationis servaret, id assequutus est variandis expositione et adhibendis iis adiumentis, quae ad dicendi artem pertinent, veluti frequenti interrogatione et responsione, praeteritione et reticentia, distributione rerum, iteratione et collectione, reditu ad propositum apto et concinno et potenti partium conclusione, quibus invidiam, dolores, indignationem sublungit, aliisque luminibus ab Ulpiano indicatis, quae ad illustrandum id, quod exponitur, plurimum valent. Suavitatem quamdam orationi et delectationem auditoribus afferunt ii loci, qui habent admirationes, exspectationes, exitus inopinatos, maxime comparatio illa, inter maiores et aequales instituta, qua excitari et incendi et ad laetitiam et ad indignationem deduci debebant iudices. Vid. Cicer. partitt. orat. c. 9.

Quod autem ad dictionem attinet, quia narratio currere debet et ferri, ea cum levitate quadam aequabili profluens ad concitatum dicendi genus pertinet, quod Graeci *γοργότητα* appellant, cuius rationes explicuit Hermogenes de ideis libr. II, c. 1. vol. III. p. 295. ss. Is quoque dicit eodem libro c. 10. p. 373. *Γοργὸς γε μὴν ὡς ἐλάχιστον ἐν πανηγυρικῷ λόγῳ ὁ λόγος εἶναι ὀφείλει· ἀφήγησις γάρ ἐστι σχεδὸν ἅπας· τοῖς δὲ ἄλλοις εἴδεσιν ἢ καὶ μέρεσι τοῦ πολιτικοῦ παρακλησίᾳ χρῆται ὁ πανηγυρικὸς λόγος, καθάπερ ὅ τε συμβουλευτικὸς καὶ ὁ δικανικός.* At, ubi comparatio maiorum incidit, oratio maiore quodam spiritu impletur et non solum sermone puro et dilucido et distincto fluit, sed etiam ad copiam et ornatum, rebus amplis et gravibus accommodatum, assurgit, quum in hac parte praecipue vis eloquentiae et potuerit et debuerit expromi. Sed satis est haec et talia monuisse: non possum, quae velim, omnia complecti, contentus, rationem plura quaesituris de arte oratoris ostendisse. Nunc ad interpretationem singulorum transeo.

§. 144. *Βούλομαι τοίνυν ἤδη καὶ τὰ πεπραγμένα ἐξετάσαι τῷ Χαριδήμῳ κ. τ. λ.* Quinctilianus institt. orat. IV, 1, 74. dicit: „Utique si multiplex causa est, sua quibusque partibus danda praefatio est.“ Enimvero peropportunus erat hic locus novi exordii ad animos iudicum a favore Charidemi per malos oratores insito flectendos, quo facilius aures, quae dicturus erat, admitterent. Itaque, quid de Charidemo existimandum sit, et cuius generis oratorum sint artes, velut primis lineis designat orator, ut plane, qualis futura sit imago rerum, statim appareat. Deinde de primis verbis, quo modo orator partes orationum exordiri soleat, vid. adnot. p. 337. Add. orat. de Cherson. 21. p. 95. *Βούλομαι τοίνυν ὑμᾶς μετὰ παῤῥησίας ἐξετάσαι τὰ παρόντα πράγματα τῇ πόλει.* de coron. 17. p. 230. — *Ἐν ὑμῖν ἐκεῖνο*

Digitized by Google

ὑπισχνοῦμαι. Si quid sanum est, haec sunt sana. Reiskius tamen, in §. 144
ἓν, quod nude positum paulo obscurius sit, offendens, tria proposuit sanandi causa: nam promptissimus fuit in rebus excogitandis. Optimum est ἓν δ' ὑμῖν ἐκεῖνο ὑπισχνοῦμαι. Promittit orator repugnans iis, qui omnem modum laudandi Charidemi excederent, se unum illud demonstraturum, Charidemum non solum indignum esse custodia et praesidio ab Aristocrate decreto, sed etiam poenas iure meriturum gravissimas etc. Ita verba iam Schaeferus ceperat. ἐκεῖνο saepe referendum est ad id, quod proxime sequitur. Olynth. III. 3. p. 29. de pac. 24. p. 63. de fals. legat. 68. p. 362. et quae alia Fr. Frankius ad Demosth. Philipp. p. 40. et Funkhaenelius ad Androt. p. 61. attulerunt, praecedente ad Leptineam p. 475, 13. Fr. Aug. Wolfio. — καί μου μηδεὶς ἀχθεσθῇ τῇ ὑποσχέσει. Est προδιόρθωσις vel, ut supra §. 47. dixi, προπαραίτησις, qua figura utuntur, si quid invidiosum et iniucundum auditoribus dicturi sunt. Cf. Tiberius de figur. vol. VIII. p. 535. et ibid. Zonaeus de figur. p. 674., qui dicit: τί ἐστι προδιόρθωσις; ὅταν θεραπεύωμεν τὸ ῥηθήσεσθαι μέλλον ὡς δυσπαράδεκτον τοῖς ἀκροαταῖς. Vid. orat. de Cherson. 32. p. 97. καί μοι πρὸς θεῶν, ὅταν ἕνεκα τοῦ βελτίστου λέγω, ἔστω παῤῥησία. de pac. 15. p. 60. καί μοι μὴ θορυβήσῃ μηδεὶς πρὶν ἀκοῦσαι. c. Eubulid. 50. p. 1314. καί μοι πρὸς Διὸς καὶ θεῶν μηδεὶς θορυβήσῃ, μηδ' ἐφ' ᾧ μέλλω λέγειν ἀχθεσθῇ. ibid. 59. p. 1316. Lysiae orat. de munerib. accept. 16. p. 163. καὶ μηδεὶς ὑμῶν ἀχθεσθῇ. Cf. Dissenii adnot. ad orat. de coron. p. 182. — — οὐ μόνον ὑμῖν ἐπιδείξω. Γὰρ particulam post οὐ μόνον ab Im. Bekkero et Dindorfio servatam omisi auctoritate libri Parisini aliorumque bonae notae. Omiserunt Funkhaenelius in annal. Darmstad. 1841. n. 116. p. 962. et editores Turicenses; abesse vult etiam Schaeferus. Uti ponitur ista particula saepenumero ibi, ubi promissum aliquid vel indicatum ante iam exponitur, ita etiam omittitur nonnunquam. Vid. §. 207. orat. in Mid. 35. p. 525. Cf. adnotata p. 166. et 255. s. — δίκην δόντ' ἄν, δικαίως. Quod Reiskius scripserat διδόντ' participium praesentis, stare non potest, id quod §. 151. τοῦτο παθόντ' ἄν δικαίως et §. 185. δίκης, ἣν ἔδωκε δικαίως ἄν· ostendunt. — εἴπερ οἱ κακόνοι — κολάζοιντ' ἄν. Haec sic vertas: *si revera malevoli — puniri possint, si tale quid fecerint.* Aperte Schaeferus errat, qui εἴπερ, Godofr. Hermanni doctrinae ad Viger. p. 834. verissimae adversans, *quandoquidem* hoc loco significare contendit. Neque probandum est, quod idem ad κολάζοιντ' ἄν hanc conditionis enunciationem: *nisi vos essetis iusto leniores s. remissiores*, cogitando adiici vult. Potius, si quid opus est, id intelligi malim, quod e contextu orationis facillime se offert: εἰ τοιαῦτα

§. 144 πράττοιεν. Non infrequens est haec dicendi ratio, iam ab Homero frequentata. Odyss. II, 246. ss. Il. II, 123—128. XIII, 288. quae eruditissimus Nitzschius affert ad Odyss. III. p. 185. n. Demosth. orat. Philipp. II. 18. p. 45. οὗτοι παντελῶς οὐδ' εἰ μὴ ποιήσαιτ' ἂν τοῦτο, ὡς ἔγωγέ φημι δεῖν, εὐκαταφρόνητόν ἐστιν. in Timocr. 154. p. 748. ἀλλ' οὐδὲ σπέρμα δεῖ καταβάλλειν ἐν τῇ πόλει οὐδένα, ὦ ἄνδρες δικασταί, τοιούτων πραγμάτων, οὐδ' εἰ μή πω ἂν ἐκφύοι, ἀλλὰ καὶ τὸν ἐγχειροῦντα λέγειν ἢ ποιεῖν τι τοιοῦτον δίκην διδόναι. Nitzschius l. c. de structura vv. εἶπερ - κε et ἄν earumque vi contra Reisigium disputavit. Ubi enim in enunciatione conditionali ἄν cum optativo coniungitur, dubitatur vehementer, an id futurum sit, de quo sermo est. Cf. Godofr. Hermanni adnot. ad Viger. p. 830. et de particul. ἄν lib. III, c. 11. p. 173. Schaeferus ad Demosth. Leptin. p. 475. v. 26. Bernhardyi synt. p. 412. Stallbaumius ad Platon. Protagor. p. 82. ad Sympos. p. 150. Hartungii particull. gr. p. II. p. 265. s.

§. 145. Ἴσως δέ τισι λογιζομένοις ὑμῶν ὅτι κ. τ. λ. Audiamus ad hunc locum Ulpianum de artificio oratoris disserentem. Ἤρξατο μὲν οὖν, inquit, ἐκ προοιμίου. Τίθησι δ' εὐθὺς ἀνθυποφορὰν πρὸ τοῦ κεφαλαίου, ὑπειδόμενος αὐτοῦ τὸ ἀπίθανον· ἀλλ' εἰ τοιοῦτος ἦν, οὐκ ἂν πολίτην αὐτὸν ἐποιησάμεθα· οὐδ' ἂν χρυσῷ στεφάνῳ ἐστεφανώσαμεν· ἔθος δὲ τῷ Δημοσθένει μετὰ τὴν εἴσοδον τῶν κεφαλαίων τιθέναι ἀντιθέσεις; ὡς κάνταῦθα πεποίηκεν· ἵνα ἀκολουθῶς μετὰ τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ δείξειν αὐτὸν πονηρὸν ἀντιπέσοι· πῶς οὖν ἔλαθε τοιοῦτος ὢν ἡνίκα· ἐστεφανοῦτο καὶ ἐπῃνεῖτο καὶ πολιτείας ἐτύγχανε; ἡ λύσις μεταστατική· διὰ τοὺς παρ' ἡμῖν ῥήτορας. — ἄνθρωπος. Im. Bekkerus ἄνθρωπος et Dindorfius ἄνθρωπος, suo quisque more: illius scripturam probarunt editores Turicenses. Graviter tamen mihi in hac re libri Parisini Σ, editt. veterum et Reiskii auctoritas fuit, qui etiam alibi e libris suis ἄνθρωπος dedit, ubi homo contemnendus significatur. Hunc usum maxime adfirmant ea exempla, ubi casus obliqui certum quendam hominem iudicant sine articulo. Talia Bremius attulit plura e solo Aeschine ad orat. de fals. legat. p. 142., in quibus noli cum Stallbaumio ad Platon. Phaedr. p. 160. ἀνθρώπου ita accipere, ut dictum censeas infinite: quod quidem aeque minus fieri potest, ac si Ciceronianum illud *nosti os hominis* isto modo explicare velles. Neque tamen ubique, ubi cum quadam animi permotione loquuntur, deest ante ἄνθρωπος et ἀνὴρ articulus. Quare optimum erit in hac dubia re auctoritatem praestantiorum librorum sequi. Ac profecto magnae incuriae accusandi essent librarii, si omnibus iis locis, ubi Im. Bekkerus apud Demosthenem, Aeschinem, Platonem articulum posuit, spiritum munere eius fungentem non animadvertisse dice-

Digitized by Google

rentur. Sunt etiam multi inter recentiores, qui Reiskio et Bremio §. 145 suffragantur, Fr. Aug. Wolfius in analectt. vol. I. fasc. II. p. 458., Reisigius ad Oedip. Colon. commentatt. crit. vs. 32., Astius comment. in Platon. vol. I. p. 46. s., Kruegerus ad Dionys. de Thucyd. iudic. p. 110. Maetznerus ad Antiph. p. 155. — *Θαυμάζειν ἐπελήλυθεν εἰ τὰ τηλικαῦτα οὕτως ἐξηπάτησθε ῥᾳδίως.* Hoc loco in diligentem et modestam dictionem adtendit Ulpianus dicens: *ἀκόλουθον ἦν εἰπεῖν, ὅτι δείξω οὐκ ὄντα εὔνουν εἰς ὑμᾶς αὐτόν· ἀλλ' ἐξαπατηθέντες ὑμεῖς ἐνομίσατε αὐτὸν τοιοῦτον. ἐπειδήπερ οὖν τράχυ τὸ λέγειν ἐξηπάτησθε, καὶ αὐτὸς λοιπὸν ἐπιβεβαιῶν τὸ λεγόμενον, εἰκότως φησὶν ἐξηπάτησθε. ἐπιτιμήσας δὲ λύει, τὴν αἰτίαν λέγων τῆς ἀπατῆς.* Quae addidit cum asseveratione: *scitote, vos deceptos esse*, ut receptam a iudicibus de Charidemo persuasionem infirmaret et iustae suae causae fidem praemuniret, ea spectavit Aristides art. rhet. vol. IX. p. 378. ed. Walz., ubi haec: *Ἀξιοπιστίας δὲ καὶ τὸ ἰσχυρίζεσθαι τοῖς πράγμασι, ὅταν λέγῃς „εὖ τοίνυν ἴστε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ὅτι ἐξηπάτησθε· καὶ δι' ἃ γε εἰκότως τοῦτο πεπόνθατε, ἀκούσατέ μου.“* Ultima verba rhetor e memoria citavit. Confirmata sunt vv. *ἐγὼ πρὸς ὑμᾶς φράσω* optimis libris; in nonnullis tamen ita scripta sunt *ἐγὼ φράσω πρὸς ὑμᾶς*, haud dubie a librariis, qui eorum mos est, ad formam aliorum locorum ordinata. Nam hic ordo frequens est apud Demosthenem, velut orat. in Androt. 18. p. 598. *ἔπειτα κἀκεῖνο ἔτι βούλομαι φράσαι πρὸς ὑμᾶς.* c. Leptin. 88. p. 483. *ποιούμεθά τοὺς λόγους πάντας, ὅσους λέγομεν πρὸς ὑμᾶς.* de fals. legat. 169. p. 394. *Φέρε δὴ καὶ ὅσους αὐτὸς ἐλυσάμην τῶν αἰχμαλώτων εἶπω πρὸς ὑμᾶς.* advers. epistol. Philipp. 17. p. 156. Philipp. III. 18. p. 115. 20. p. 116. de Cherson. 73. p. 108. et in prooemiis, quae inter Demosthenica sunt, p. 1430. 19. *διὸ δ' αὐτὸς τοῦτ' ἀπορῶ κρῖναι, φράσω πρὸς ὑμᾶς.* At receptus verborum ordo aeque probatus est Demostheni. Similiter orat. c. Leptin. 114. p. 491. *ὡς δὲ τἀληθές τ' ἔχει καὶ δίκαιόν ἐστι λέγειν, ἐγὼ πρὸς ὑμᾶς ἐρῶ.* ibid. 57. p. 474. *καὶ μὴν οὐδ' ἐκεῖνο ὀκνήσω περὶ τῆς ἀξίας αὐτῆς πρὸς ὑμᾶς εἰπεῖν.* orat. pro Megapolit. 24. p. 208. *ὡς δ', ἐγὼ πειράσομαι πρὸς ὑμᾶς εἰπεῖν. — πολλὰ γιγνώσκοντες ὀρθῶς ὑμεῖς οὐ διὰ τέλους αὐτοῖς χρῆσθε.* Etiam alibi dicit orator nihil esse, quod fugeret Atheniensium intelligentiam, sed socordiam eorum obstare, ne intellecta conficerentur. Vid. Olynth. III. 3. p. 29. ibique Ruedigeri et Voemelii adnotata.

§. 146. *οἷον τί λέγω; quale quid dicam? s. veluti quid dicam?* Ita interrogans orator attentos facit auditores ad exemplum audiendum, quod ex pluribus, quae afferre potest, eligit. Citavit hunc locum Bernhardyus in synt. p. 444. Apud Platonem hac formula *οἷον*

Digitized by Google

§. 146 τί λέγεις; alter alterum commonefacit, ut exemplum aliquod afferat. Sophist. p. 251. A. οἷον δὴ τί; παράδειγμα εἰπέ. Vid. Heindorf. ad Theaetet. p. 206. E. Et si quis unum affert, dicere solet οἷον τοιόν δε s. τὸ τοιόνδε λέγω. Gorg. p. 469. A. Phaedon. p. 65. A. — εἴ τις ὑμᾶς ἔροιτο τί πονηρότατον νομίζετε — εὖ οἶδ' ὅτι συμφήσαιτ' ἂν ἅπαντες. Similiter in orat. de fals. legat. 206. p. 405. Τίνα τῶν ἐν τῇ πόλει φήσαιτ' ἂν βδελυρώτατον εἶναι καὶ πλείστης ἀναιδείας καὶ ὀλιγωρίας μεστόν; οὐδεὶς ρὐδ' ἂν ἁμαρτὼν ὑμῶν ἄλλον εὖ οἶδ' ὅτι φήσειεν ἢ Φιλοκράτην. Cf. orat. pro Phorm. 31. p. 954. ubi similem enunciationis formationem animadvertes. — τῶν ἐν τῇ πόλει πάντων ἐθνῶν. *omnium urbis ordinum, classium.* Etymolog. magn. s. v, τὸ πλῆθος (ut Homeri Il. II, 87. ἔθνεα μελισσάων. ib. 459. ὀρνίθων ἔθνεα et 469. μυιάων ἔθνεα) καὶ αἱ κατὰ γένος ἰδιάζουσαι τῶν ἀνθρώπων διαφοραί. Harpocration s. v., qui praeter hunc Demosthenis locum etiam Philipp. III. 27. p. 117. citat, μὴ μόνον, inquit, τὸ μέγα καὶ πολυάνθρωπον γένος, ἀλλὰ καὶ ἰδίως μέρος τι τῆς πόλεως. Cf. orat. in Mid. 131. p. 557., ubi equitum ordo intelligitur. Xenoph. Sympos. III, 6. οἶσθά τι οὖν ἔθνος, ἔφη, ἡλιθιώτερον φαφλῶν; Plat. Gorg. p. 455. B. de rep. I. p. 352. C. ubi vid. Stallbaumii adnot., qui plura congessit exempla. Latini utuntur similiter vocabulo *nationis*, ut Cicero orat. pro Sextio c. 45. natio optimatium, pro Muren. c. 33. tota natio candidatorum. Ut hoc addam, in cod. Bavarico ἐθνῶν commutatum est cum ἐθῶν, quae commutatio etiam alibi facta est, ut apud Platonem de legg. XII. p. 943. C. ἐν τοῖς αὐτῶν ἔθνεσι in nonnullis libris ἔθεσι invenimus. — τοὺς γεωργούς. In tribus libris krs et August. l. τοὺς γεωργοῦντας scriptum exstat, a Reiskio receptum, sed a recentioribus editoribus omnibus iure repudiatum. Nam huius scripturae veterem auctorem habemus Harpocrationem, ut iam Schaeferus monuit, neque probabile est, oratorem, ubi singulos civium ordines appellaverit, agricolarum proprium et usitatatum nomen non adhibuisse. Apud Platonem de rep. IV, p. 421. E. et paulo post οἱ γεωργοὶ inter ἔθνη iusto nomine vocantur. Non dubito, quin etiam hoc loco librarii, qui illam scripturam dederunt, ad formam aliorum locorum, ut solent, participium pro nomine substantivo intulerint. Fortasse ante oculos habuerunt orat. in Androt. 65. p. 613. et in Timocr. 172. p. 753., ubi οἱ γεωργοῦντες commemorantur. Fortasse ex his locis fluxit etiam collocatio verborum antecedentium εἴ τις ἔροιτο ὑμᾶς, quam tres illi libri soli exhibent: nam in Androtiana exstat εἴ γάρ τις ἔροιτο αὐτὸν et in Timocratea εἰ γάρ τις ἔροιτο αὐτούς. — τοὺς ἐκ τῶν ἀργυρείων. Comparat Schaeferus cum graecis nostra: *die vom Bergbau, die vom Lande, die aus der Stadt*, ut ostendat,

Digitized by Google

nihil intelligendum esse, quae Reiskii opinio fuit, supplentis hoc loco §. 146
χρηματιζομένους. Vid. orat. c. Leptin. 12. p. 460. τοὺς ἐξ ἄστεος. in Mid. 158. p. 563. ἐπὶ τοῦ λευκοῦ ζεύγους τοῦ ἐκ Σκυθῶνος. de fals. legat. 280. p. 431. τὸν ἐκ Πειραιῶς. Aristoph. Plut. 431. ἡ κακηλὶς ἡ 'κ τῶν γειτόνων. Xenoph. Anab. IV, 5, 9. ὑδροφορούσας ἐκ τῆς κώμης γυναῖκας καταλαμβάνει. i. e. *Weiber aus dem Dorfe.* Cf. Bernhardyi synt. p. 228. s. Praeterea scriptura commemoranda est nonnullorum librorum ἀργυρίων. Haec recentior forma est, et librariis accepta, illa antiqua et Atticis scriptoribus usitata. Isocrat. de pace 117. p. 183. omnes libri collati ἀργυρεῖα habent praeter unum Coraei, qui ἀργύρια exhibet. Sed Coraeus sic iudicat: κακῶς ἐν τῷ ἐμῷ φέρεται, ἀργύρια. Idem iudicandum est de eadem scriptura Xenoph. Memor. II, 5, 2. et III, 6, 12. de vectigal. IV, 1. Librarii adeo formam adiectivi ἀργύριος passim obtruserunt scriptoribus, veluti Demosthenis orat. de Cherson. 45. p. 100. Philipp. IV, 16. p. 135. in Mid. 167. p. 568. Quamquam multa sunt nomina substantiva, quorum utraque forma apud veteres in usu fuit. Vid. Dorvillium ad Charitonem p. 249. s. ed. Lips., Fischerum ad Velleri gr. I. p. 235. s., Lobeckium ad Phrynichum p. 276. — τοὺς ἐπὶ μισθῷ λέγειν καὶ γράφειν εἰωθότας. Intelligit eos, quos Isocrates τοὺς συναγορεύοντας ταῖς ἐπιθυμίαις Atheniensium appellat. Vid. orat. de pace ab init. Cf. Demosth. orat. de Cherson. 34. p. 98. Sed maxime huc quadrat locus orat. de coron. trierarch. 21. p. 1234. de malis oratoribus, cuius verba utiliter a lectore conferentur: *Παρὰ γὰρ τῶν λεγόντων*, inquit, *οὓς ἔστι ἐπὶ μισθῷ τοῦτο πράττοντας, πυνθάνεσθε ποῖόν τιν' ἕκαστον δεῖ νομίζειν, οὐκ αὐτοὶ θεωρεῖτε. Καίτοι πῶς οὐκ ἄτοπον τούτους μὲν αὐτοὺς πονηροτάτους τῶν πολιτῶν νομίζειν, τοὺς δ' ὑπὸ τούτων ἐπαινουμένους χρηστοὺς ἡγεῖσθαι; καὶ γάρ τοι πάντα δι' αὐτῶν ποιοῦνται, καὶ μόνον οὐχ ὑπὸ κήρυκος πωλοῦσι τὰ κοινά, καὶ στεφανοῦν, ὃν ἂν αὐτοῖς δοκῇ, καὶ μὴ στεφανοῦν κελεύουσι κυριωτέρους αὐτοὺς τῶν ὑμετέρων δογμάτων καθιστάντες. — μέχρι μὲν δὴ τούτου.* Vid. adnot. ad §. 122. p. 878. — καλῶς ἐγνώκατε, *bene consulistis, statuistis.* Ita saepe Demosthenes, ut Philipp. I. 29. p. 48. οὐκ ὀρθῶς ἔγνωκεν. — ἔπειτα οὐκέτ'. Particula δ' post ἔπειτα in nonnullis libris interposita est, a Reiskio probata, opinor, hiatus evitandi vel oppositionis efficiendae causa. Sed constat ἔπειτα per se idonea vi opponendi praeditum esse, μὲν antecedente. Vid. adnot. ad §. 114. p. 862.

§. 147. περὶ τοῦ ποῖόν τιν' ἕκαστον χρὴ νομίζειν. Reiskius ὁποῖον, sed recentiores editores ποῖον, ut est in optimis libris. Nulla scripturae diversitas invenitur orat. de coron. trierarch. l. c., ubi ea-

Digitized by Google

§. 147 dem recurrunt. Add. orat. de fals. legat. 245. p. 417. ἀγνοεῖς', ἔφη, πολίτην τινα ἡγεῖσθαι δεῖ; orat. pro Phorm. 31. p. 954. — ὃν ἂν αὐτοῖς λυσιτελῇ, sc. φάναι. ut orat. de coron. trierarch. l. c. ὃν ἂν αὐτοῖς δοκῇ. sc. στεφανοῦν. cf. de fals. legat. 226. p. 411. — ὅπερ πεποιήκασι — τὰ πεπραγμένα αὐτῷ· καὶ particulam post ὅπερ in uno libro insertam et a Reiskio de suo appositam recte omiserunt recentiores. Ea ne suo quidem loco esset. Praeterea ad haec ultima exordii verba apponam, quod Quinctilianus institutt. orat. IV, 2, 76. praecipit: „Quoties prooemio fuerimus usi, tum, sive ad expositionem transibimus, sive protinus ad probationem, id debebit in principio postremum esse, cui commodissime iungi initium consequentium poterit."

§. 148. Ὅσα μὲν δὴ —, ἀλλ' ἐῶ ταῦτα. Est παράλειψις sive praeteritio, ex qua aequitas narrantis ad benevolentiam auditorum alliciens apparet, dum ea se Charidemi facta nolle commemorare dicit, quae excusentur necessitate facientis. Hermogenes de ideis lib. II, c. 6. p. 335. vol. III. ed. Walz. dicit: πολύ γε τὸ ἀξιόκτιστον δια τὴν ἐμφαινομένην ἐπιείκειαν αἱ παραλείψεις ἔχουσι. Cf. eiusdem method. c. 7. p. 408. s., Alexander de figur. p. 452. Tiberius de figur. p. 532. s. vol. VII., ubi diversa huius figurae exempla afferuntur, velut orat. in Mid. 15. p. 519. Add. orat. de coron. 60. p. 245. ibid. 130. p. 270. 131. p. 271. — ἐν σφενδονήτου καὶ ψιλοῦ μέρει. Quod Schaeferus dicit, haec contemta esse genera militiae, id nollem dictum, siquidem unum tantum levis armaturae genus, non duo vel plura intelligenda sunt. Ψίλον enim universam velitum classem, quorum pars fundatores erant, non singularem et novam denotans, subiunctum est, quo magis vilitas sortis significaretur, in qua ab initio militiae Charidemus versaretur. Hic enim adolescens parce et tenuiter vivere coactus erat. Quod si quis putet iam satis indicatum nomine σφενδονήτου, quia, ut constat e Xenoph. Cyrop. VII, 4, 15., ubi vid. Zeun., fundatores infimum inter velites tenebant locum, bene animadvertendum est, oratoris esse, si significantius quid et gravius requiratur, amplificare noticnes. Atque tenuitatem Charidemi proferre voluisse oratorem, inde patet, quod paulo post eius penuria et premens necessitas malefactorum causa dicitur. Pro σφενδονήτου in uno codice σφενδονητοῦ scriptum est, quod, ut Schaeferus dicit, in mentem revocat σφενδονιστοῦ. Hesychius: ψιλούς· γυμνούς, σφενδονιστὰς, τοξότας. — τὸ ἀπ' ἀρχῆς. l. e. *si initium spectamus.* Recurrit orat. de fals. legat. 315. p. 442. Alterum τὸ ἐξ ἀρχῆς, vi et potestate non diversum, frequentius est apud Demosthenem. Vid. orat. de coron. 322. p. 332. de fals. legat. 94. p. 321. ib. 199. p. 408. in Androt. 16. p. 598. c. Leochar. 9. p. 1083. 17. p. 1085. 21. p. 1087. ib. 65. p. 1092. — οὐ

Digitized by Google

τίθημι ἐν ἀδικήματος μέρει. Vid. adnotat. ad §. 56. p. 234. — λῃ-§. 148 στικόν. Ita cum Im. Bekkero editores recentiores omnes; prius scriptum erat λῃστρικόν, provocante Schaefero ad Herodianum p. 450. et Photium lexic. c. 160. Eadem scripturae diversitas est in libris mss. apud Thucyd. I, 4, 10. Si certum esset quod grammatici statuunt discrimen, λῃστικὸν hoc loco scriberemus. Vid. Etymologicum Gud. s. v.: λῃστικὸν μὲν τὸ σύστημα ἄνευ τοῦ ρ, λῃστρικὸν δὲ τὸ ὄργανον, οἷον, ξίφος, δόρυ, μετὰ τοῦ ρ. Similiter scholiastes ad Thucyd. I, 4., ubi cf. Popponis not. λῃστικὸν antiqua, λῃστρικὸν recentiorum scriptorum forma videtur esse. Vid. Lobeckium ad Phrynich. p. 242. — αἱ ἀναγκαῖαι χρεῖαι τοὺς — λογισμοὺς ἀναιροῦσιν ἅπαντας. In angustis rebus honesta cedunt utilibus. Similiter Alexander, de iniquitate temporis quereus, apud Curtium VII, 4, 10. loquitur: *necessitas ante rationem est, maxime in bello.* Seneca dicit controv. IV, 27. *necessitas magnum infelicitatis patrocinium est.* Plura huius modi veterum dicta attulit Hugo Grotius de iure belli et pacis lib. III, c. 11. 7. p. 872. ed. Francof. Alibi utitur orator dictione φθάσαι τὸν λογισμόν, ut orat. in Mid. 38. p. 526. et 41. p. 527. — ὥστε οὐ πάνυ ταῦτα ἀκριβολογεῖσθαι δεῖ. In optimo libro scriptum est οὐ μή, ad quam scripturam haec adnotat Schaeferus: „Est διττογραφία: nec deterius est μὴ quam οὐ. Scilicet οὐ πάνυ referendum ad δεῖ, μὴ πάνυ ad ἀκριβολογεῖσθαι.“ Ἀκριβολογεῖσθαί τι est *ad vivum aliquid resecare*, quod addiderim loci Demosthenici causa, ubi non solum eadem verbis significatio valet, sed etiam alia quaedam cum his verbis similitudo est. Exstat in orat. de fals. legat. 182. p. 398. εἰ μὲν Αἰσχίνης ἰδιώτης ὢν ἀπειλήρησέ τι καὶ διήμαρτε, μὴ σφόδρα ἀκριβολογήσησθε, ἀλλ' ἐάσατε, συγγνώμην ἔχετε· εἰ δὲ πρεσβευτὴς ὢν ἐπὶ χρήμασιν ἐπίτηδες ἐξηπάτησεν ὑμᾶς, μὴ ἀφῆτε. cf. orat. de coron. 21. p. 232. ib. 240. p. 307. — τὸν δικαίως ἐξετάζοντα. Ad haec reservavi locum orat. I. in Stephan. 67. p. 1122., ubi de necessitate copiosius exposuit orator. Ibi inter alia haec leguntur: τοῖς μὲν γὰρ ἡ τῆς χρείας ἀνάγκη φέρει τινὰ συγγνώμην παρὰ τοῖς ἀνθρωπίνως λογιζομένοις. — ὅθεν ἀρξάμενος — κακῶς ὑμᾶς ἐποίει. *unde initium iniuriarum in vos, s. vos male tractandi fecerit, quum tam mercenarios duceret et quibusdam imperaret.* Demosth. orat. c. Leocrit. 27. p. 932. εὐθὺς ἀπ' ἀρχῆς ἀρξάμενοι ἐκποτέχνουν. Hieron. Wolfius ξεναγῶν aptum fecit vertendo ab ἀρξάμενος, iam a Taylore et Reiskio erroris convictus.

§. 149. ἓν μὲν ἁπάντων πρῶτον; *quod ad unum omnium primum attinet.* Vid. Bernhardyi synt. p. 130; ubi inter alia etiam hoc exemplum affert. Cf. Maetzneri adnot. ad Lycurg. p. 285. Par-

Digitized by Google

§. 149 ticulae μὲν respondet δὲ, quae infra §. 152. sequitur μετὰ ταῦτα δὲ. — μισθωθεὶς ὑπὸ Ἰφικράτους. Illo tempore, quo Iphicrates occupatus erat recuperanda Atheniensibus Chersoneso et Amphipoli. Missus erat in illas regiones Olymp. CII, 3. Vid. Aeschin. orat. de fals. legat. 27. p. 31. Winiewskii commentt. histor. p. 39. Voemelii prolegom. ad Philipp. 1. p 51.: ubi versabatur imperator usque ad Olymp. CIV, 1., quo tempore ei substitutus est Timotheus (vid. Diodor. Sicul. XV, 81) qui Athenienses ad recuperandam Chersonesum neglectam impulerat. Isocrat. de antid. 112. p. 75. In suspicionem ille venerat civibus, maxime quod hominem dubiae fidei se praebuerat. Cf. Schlosseri histor. I, 3. p. 50. n. r. Ἀποστράτηγον ἐποιήσατε idem est quod ἐπαύσατε τῆς στρατηγίας. Vid. Valesii adnot. ad Harpocrat. p. 546. Xenoph. Hellen. VI, 2, 13. Ἀπὸ in ἀποστράτηγος eandem vim habet atque in ἀπόμισθος, ἀποχρήματος, ἀπότιμος, ἀπόδημος, ἀπόμουσος, ἀπότριχες, ἀπόσιτος, quae affert Blomfieldus ad Aeschyl. Agamem. 1383., ablegans lectores ad Koen. ad Gregor. Corinth. p. 528., Eustathium ad Il. Θ. p. 727, 15. Idem verba cum ἀπὸ composita eiusdem significationis collegit ad Sept. c. Theb. 840. — παρ' Ἁρπάλου λαβών. Valesius ad Harpocrat. p. 346. haec: Nota hic Harpali nomen, qui diversus ab Harpalo eo, qui postea Alexandrum fugiens Athenas venit.“ Qui fuerit, non addit, neque aliunde constat. At coniectura assequi possumus, eum principem Persarum fuisse, quem Artaxerxes II Mnemon Amphipoli praefecisset, quique, ut possessionem huius urbis tutam domino redderet, civibus obsides imperasset. Quam ob causam rex Persarum Amphipolin, quae ipso rogante in conventu Graecorum Atheniensibus addicta esset, de qua re vid. Demosthenes orat. de fals. legat. 253. p. 420., Voemelii adnot. ad orat. de Halon. p. 139. ss. et Winiewskii commentt. p. 88., occupaverit, refert Demosthenes orat. de fals. legat. 137. p. 383. καὶ γάρ τοι πρῶτον μὲν Ἀμφίπολιν πάλιν ὑμετέραν δούλην κατέστησεν, ἣν τότε σύμμαχον αὐτοῦ καὶ φίλην ἔγραψεν· quae verba aeque male intellecta a Schaefero et mutata sunt. Cf. orat. de Halon. 29. p. 84. Rex enim, ut damnum Timagorae datorum talentorum pensaret, Amphipolin, quam Atheniensium esse statutum erat, sibi subiecit, quam prius sociam sibi et amicam scripserat. De τότε vid. Sinten. ad Plutarch. Pericl. p. 132. s. Ac verisimile est, eum urbem, quum cives, qui iam prius Atheniensium imperium aspernati essent, sui iuris esse mallent, aegre obtinere potuisse, et monitum ab Atheniensibus, ut ne, quod ipsius non esset, sibi vindicaret, quum urbem non posset, certe obsides iis tradi iussisse. Vid. Goellerl argument. in Thucyd. IV, vol. I. p. 444. et Boeckhius in quaestt. de Atticis oratoribus eorumque memoriae

Digitized by Google

historia p. 142. s. — τοῦ μὴ λαβεῖν Ἀμφίπολιν τοῦτ' ἐμποδὼν κα- §. 149
τέστη. Vid. §. 152. De recuperanda Amphipoli, ut prius ab aliis ducibus Atheniensium, ita nunc Olymp. CV, 1. a Timotheo, non satis copiis instructo, infeliciter pugnatum est, ut apparet e Polyaeno III, 10, 8., scholiast. Aeschinis p. 755. Henr. Clintonis fastis Hellen. s. an. 360., Voemelii prolegomenis in Philipp. I. p. 55. n. 4., Winiewskii commentariis p. 39. et Boehneckii quaestionibus l. c. p. 146: quam rem orator callide ita proponit, ac si fraus Charidemi prohibuerit urbis expugnationem. Quamquam Athenienses speraverint, Amphipolitas, si obsides eorum Athenis haberent, sua sponte in ipsorum se fidem traditures. Ἐμπόδιον, uti prius scriptum erat, pro librariorum habeo formam; ἐμποδὼν Demosthenicum est. Vid. de fals. legat. 73. p. 364. καὶ οὐκ ἦν ἐμποδὼν τῷ τοὺς Φωκέας σώζεσθαι. c. Apatur. 25. p. 900. Thucyd. I, 53. ἡμῖν γὰρ πολεμίους τοὺς ἡμετέρους τιμωρουμένοις ἐμποδὼν ἵστασθε, ὅπλα ἀνταιρόμενοι. — μισθουμένου Τιμοθέου πάλιν αὐτὸν καὶ τὸ στράτευμα. *Cum Timotheus hoc ageret, ut ille arma sibi iungeret mercede conductus.* Ita vertendo Schaeferus significat participium indicare actionem durantem, quae levitate Charidemi et perfidia non ad effectum perducta sit. Cf. Reiskii indic. graecit. p. 345. Herod. I, 68. ἐμισθοῦτο παρ' οὐκ ἐκδιδόντος τὴν αὐλήν. h. e. *conducere volebat.* vid. ibi Wesseling. not.; orat. de coron. 79. p. 252. ὅτε πρῶτον ἐκεῖνος εἰς Πελοπόννησον παρεδύετο· *quum primum res Peloponnesum irrepere moliretur*, sed retentus est turbis Graecorum. Vid. Schaeferi adnot. ad Demosth. I. p. 337., Schoemanni ad Isaeum p. 178. Kruegeri ad Xenoph. Anab. VI, 1, 9., ubi plura e Demosthene citantur, Maetzneri ad Antiph. p. 222. et quos Stallbaumius laudat ad Platon. Menexen. p. 57. — τούτῳ μὲν οὐ μισθοῖ. se. ἑαυτὸν καὶ τὸ στράτευμα, quae antegressa facile intelliguntur. Orat. de fals. legat. 286. p. 433. ἑαυτὸν ἐμίσθωσεν. et 287. ἑαυτὸν ἐμίσθωσεν εἰς Αἴγυπτον Χαβρίᾳ. — πλέων ᾤχετο ἔχων τὰς ὑμετέρους τριακοντόρους. Orat. in Androt. 17. p. 598. ἀποδρὰς ᾤχετο ἔχων πάνθ' ἡμπάλακτα. — τῶν ὄντων ἀνθρώπων. Omissum in duobus libris τῶν ὄντων non displiceret addito saltem πάντων, ut Isocrat. Plataic. 45. p. 305. διὰ ταύτην τὴν πρόφασιν ἀθλιώτατα πάντων ἀνθρώπων περιόψεσθε διακειμένους. Οἱ ὄντες ἄνθρωποι sunt οἱ ζῶντες, qui existunt, quotquot vivunt. Vid. Frid. Frankii adnot. ad oratt. Philipp. p. 117. Orat. in Androt. 1. p. 598. ἐμὲ δὲ οὐδ' ἂν ἐδέξατο τῶν ὄντων ἀνθρώπων οὐδὲ εἷς. de pac. 5. p. 58. οἷα τῶν ὄντων ἀνθρώπων οὐδένες πώποτε πεπόνθασιν. In Philipp. II. 15. p. 69. τοὺς ὄντας ἐχθροὺς oppositio est οὓς δ' ἀπώλεσεν αὐτὸς πρότερον Φωκέας. Sophocl. fragm. VII. Alet. 3. τοὺς ὄντας ἐσθλοὺς et vs. 8.

Digitized by Google

§. 149 τοὺς ὄντας ἀδίκους. In aliis libris inter τῶν ὄντων ἀνθρώπων ponitur est πάντων, in uno ἁπάντων, quas scripturas (nam ea est librorum librorum consuetudo) ex imitatione aliorum locorum profectas puto. Vid. orat. de Chersn. 58. p. 104. ἀνοητότατος πάντων ἂν εἴη τῶν ὄντων ἀνθρώπων. de fals. legat. 319. p. 443. τότε τῶν ὄντων ἀνθρώπων ἁπάντων οὐδενός, οὔτε Ἕλληνος οὔτε βαρβάρου, ἅπασι βοηθήσαντος πλὴν ὑμῶν.

§. 150. πρότερον πολεμεῖν εἵλετο. Quod in pluribus libris scriptum exstat προείλετο a Reiskio receptum, non reliciendum esset, si optimi codices adstipularentur. Coniungitur πρότερον cum verbis per πρὸ compositis, veluti πρότερον προλαμβάνειν in Philipp. I. 14. p. 44. Thucyd. VI, 57. ἐβούλοντο πρότερον εἰ δύναιντο προεπωφῆσθαι. Vid. Kruegeri adnot. ad Xenoph. Anab. I, 4, 14. et Helleri ad Sophocl. Oedip. Col. 411. p. 333. — ἐκεῖ. in Chersoneso. — καὶ τοῖς ἔχουσιν Ἀμφίπολιν κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον. Haec Weiskius de hyperbole H. p. 43. non de ipsis Olynthiis, sed de Macedonica in Amphipoli factione intellexit; diversos enim ab Olynthiis significari, vim et usum additi articuli ostendere dicit. Assentiri videtur Schaefero. Bruecknerus autem in libro de rege Philippo p. 49. incertus est, Olynthiine illis verbis an Amphipolitae Macedonum amici indicentur. Equidem in partes doctissimi Voemelii transeo, qui in prolegomenis in Philipp. I. etc. p. 54. n. 4. Olynthios dici arbitratur, in qua re certum est articulum non obstare. Neque obstare puto rerum historiam. Amphipolin enim in Olynthiorum, qui urbibus Chalcidicis praecessent, fidem se contulisse in eaque fuisse Olymp. CV, 3, quo anno bellum sociale erupit, narrat anonymus argumenti Demosth. orat. de fals. legat. p. 334. ἕλαβε παρ' Ὀλυνθίων Ἀμφίπολιν, οὖσαν κτῆμα τῆς πόλεως (Ἀθηναίων) καὶ ἦν ὑπ' Ὀλυνθίοις, καθ' ὃν καιρὸν ἐπέστησαν καὶ οἱ σύμμαχοι. Consentit Goellerus argum. in Thucyd. lib. IV. vol. I. p. 444., et novissime Bochneckius l. c. p. 145. n. 3., qui addit, Macedonicam Amphipolitarum factionem non posse intelligi, quia Charidemus tum duabus partibus operam suam locavisset, quod non credibile sit, praesertim quum Olynthii circum illud tempus nondum cum Macedonibus amicitiam iniissent. — καὶ τὸ δεῖν ξένων. *et quidem propter inopiam militum mercenariorum.* Haec enim adiunguntur prioribus explicandi causa. Doberenzius in observatt. Demosthen. p. 8. a. praeter hunc locum etiam alios ad illustrandam καὶ particulae vim citavit, velut orat. in Mid. 1. p. 514. de coron. 35. p. 237. in Dionysiod. 43. p. 1295. Deinde Schaeferus de scriptura aliquot librorum τὸ δεῖσθαι ξένων ita dicit: Recte δεῖν elegit Bekkerus, δεῖσθαι iungi sibi posceret τὴν πόλιν aut simile quid. — ὅτι —

Digitized by Google

καὶ διότι. De harum particularum coniunctione supra p. 288. dictum §. 150
est. Add. Xenoph. Sympos. VIII, 19. et Oecon. VIII, 8. Tum Schaefero Reiskianum διότι οὐκ ἀπέδωκε placuit ut concinnius respondens sequenti διότι ἠτιμάλησεν. Sed ob id ipsum librarios scripturam istam invenisse potius putes, quippe concinnitati orationis saepe plurimum tribuentes.

§. 151. τοῦτο καθότι' ἂν δικαίως. i. e. ἐκεῖ τοῦτο ἔκαθεν ἂν δικαίως. — ἀντὶ τούτων. Non credendum est Schaefero dicenti, haec interpretantis, non oratoris, esse. Desunt quidem in pluribus libris, sed non in optimis, et quod non leve est, ea ex mea quidem sententia pondus orationis flagitat. Vid. §. 184. orat. c. Leptin. 87. p. 483. Si Schaeferum sequereris, ad ὀφείλουσα suppleres cum eo τούτων χάριν ἔχειν. — καὶ ἃ πάντες ἐπίστωσθε. Scriptura illa nonnullorum librorum καὶ ἅπαντ' ἄσα, Taylori probata, placuit etiam Schaefero, sic interpretanti: *denique omnia quae nostis.* Eam tamen ex more illorum librorum ad similitudinem aliorum locorum effictam puto, quum ἅπαντα ὅσα et πάντα ὅσα apud Demosthenem frequentissima sint. Vid. adnot. ad §. 35. p. 195. Aptior est ad sententiam recepta plurimorum et optimorum librorum scriptura, de cuius vi vide adnot. ad §. 98. p. 318. Quae autem alia his verbis munera intelligenda sint, ex ipsa oratione non apparet, in qua praecipua illa ἡ πολιτεία et οἱ στέφανοι commemorantur, nisi quod §. 185. praeter haec etiam συντροφία et δωρεαὶ indicantur. Nomen σύσιτον ut honorificum multis solebat tribui et valde expetebatur. Vid. Westermanni commentat. de public. Atheniens. honoribus ac praemiis p. 29. s., ex qua forsitan etiam reliqua Charidemo impertita munera componi poterunt. — ὅτι ταῦτ' ἀληθῆ λέγω κ. τ. λ. hoc est, εἰς τὸ ἐμὲ ταῦτ' ἀληθῆ λέγειν. Haec si ita explices, uti ex lege enunciationis licet, apparet non necesse esse ad illa intelligenda suppleatur ἵνα εἰδῆτε. Nam quod ea verba adsunt nonnunquam, quemadmodum orat. de coron. 118. p. 266. 305. p. 327., inde non sequitur, addenda esse cogitatione, ubi expressa non sint. Neque eorum vis desideratur, si verborum quae sequuntur ad haec quae antecedunt relationem statuas, ut sic vertas: *und in Beziehung darauf, dass ich damit die Wahrheit sage, lies mir den Beschluss.* Exempla huius dicendi generis satis multa congesta sunt a Volkm. Fritschio in quaestt. Lucian. p. 59. ss. — τό τε ψήφισμα ἀνάγνωθί μοι τὸ περὶ τῶν ὁμήρων κ. τ. λ. Haec ita cogites facta. Iphicrates perscripsit ad Athenienses, se obsides Amphipolitarum ab Harpalo accepisse et in custodiam Charidemi dedisse; tum decreto populus sanxit, ut illi ad se Athenas ducerentur; sed consilia eius perfidia Charidemi confracta, renunciat

Digitized by Google

§. 151 Timotheus quod factum erat atque id ipsum simul additis testimoniis eorum, qui praesentes aderant, confirmavit. Sed cur non eandem factorum ordinem servavit orator? Cur, ut dictis suis fidem habeant auditores, hortatur scribam, ut decretum, deinde literas Iphicratis et Timothei et ad extremum testimonium recitet? Et cur ibi, ubi iterum incitat scribam ad recitandum, primum recitari iubet epistolam? Quod antea decretum ponit, quod primo loco praelegendum sit, id factum cogites idcirco, ut optime appareret, quam dolose Charidemus egisset, sententia populi, quam de obsidibus haberet, prorsus neglecta, e quam indignus fuisset, qui splendide a populo donaretur. Sed tas, ubi ipsa recitatio sequitur, tenet eum ordinem, quem tempora, quibus singula deinceps facta erant, postulabant. Haec simul eam ob causam exposui, ut omnis dubitatio tolleretur, quid de variata in libris mss. et editis ordine verborum quae sequuntur eorumque scripturae diversitate statuendum sit. Pro *τὴν ἐπιστολὴν*, quod reliqui libri habent, exstat in *ΣΥΩ τὴν μαρτυρίαν*, quae scriptura non dubium quin orta sit lapsu scribentis, qui oculis aberraverit in priorem versiculum, ubi *τὴν μαρτυρίαν* scriptum erat. Deinde Reiskius pro *τὴν ἐπιστολὴν* mavult scribi *τὰς ἐπιστολὰς* vel illa duo vocabula deleri. Unus liber Bavaricus vitiosum verborum ordinem et perversam scripturam exhibet: *ψήφισμα, ἐπιστολή, ψήφισμα, μαρτυρία*. Veteres editiones, quas in apparatu variarum lectionum commemorare praetermisi, ita: *λέγε τὴν ἐπιστολήν. Ἐπιστολή. Ψήφισμα. Μαρτυρία*, quae verba Reiskius, mutato *Ἐπιστολὴ* in pluralem, sic transposuit: *Ψήφισμα. Ἐπιστολαί. Μαρτυρία.* eumque sequuti sunt Im. Bekkerus, Dindorfius et editores Turicenses, nisi quod hi *τὴν ἐπιστολήν*, ut suaserat Reiskius, delerunt. Illi verissime, modo servetur *Ἐπιστολή*, quae omnium librorum scriptura est, addaturque eadem vox ante *Ψήφισμα*. Nam esset contra morem consuetudinemque, quam dicunt, diplomaticam, si unum alterumve nomen documentorum recitatorum omitteretur. Et *Ἐπιστολή* ante *Ψήφισμα* positum in duobus quamvis deterioris notae libris invenitur; deinde quatuor nomina locum deinceps habuisse, indicio nobis est liber Bavaricus; denique, quod praecedit *τὴν ἐπιστολήν*, in eo, cur eadem vox in fronte documentorum in multis libris omissa sit, causam quaerendam esse puto. Quem verborum ordinem veteres editiones repraesentant, is ex nulla alia re profectus videtur, quam quod paulo post, recitatis documentis, sequitur: *ἀκηκόατ' ἐκ τῆς ἐπιστολῆς καὶ τοῦ ψηφίσματος καὶ τῆς μαρτυρίας*. Sed ibi epistola Timothei est, ut recte observavit Reiskius, altera Iphicratis omissa. Atque omittenda erat, quia quae ibi facinora Charidemi e literarum monumentis publicata commemorantur, omnia post decessum

Digitized by Google

Iphicratis facta sunt; ut solus ea Timotheus successor perscribere et testimoniis confirmare posset. — *οὐ λόγους οὐδ' αἰτίαν.* Quod ita scripsi, non, ut in plurimis libris legitur *αἰτίας*, in eo cod. Parisinum et duos alios ex optimis auctores habeo. Haec vera scriptura est, quam editores Turicenses quoque receperunt. Enimvero una res erat, cuius orator non incusabat, sed testibus convincebat Charidemum. Quae enim is fecisse dicitur, ea hoc momenti habuerunt, ut Athenienses Amphipolin, quam vellent, non caperent. Ac perspicua ratio est, qua *αἰτίαν* mutari a librarijs in pluralem potuerit, obscurior autem, cur pro plurali ponendum iudicarint singularem, quamquam sequitur *ἀληθεῖαν.* Si quis ad pluralem tuendum *αἰτίας* adhiberet orat. c. Leptin. 101. p. 488, *εἰ δὲ ταῦτα λόγους καὶ φλυαρίας εἶναι φήσει, δικαίως γ' οὐ λόγος.* et orat. de Cherson. 13. p. 93. *τἆλλα μέν ἐστι λόγοι ταῦτα καὶ προφάσεις, πράττεται δὲ τοὔργον καὶ κατασκευάζεται;* mox in nostrum inquirens accuratius videret, illos locos alius generis esse. Ceterum observes, alibi apud Demosthenem *λόγος* et *ἔργον* similiter inter se opponi, veluti orat. de fals. legat. 211. p. 408. *ὃ τοίνυν μέγιστον ἁπάντων καὶ οὐ λόγος ἀλλ' ἔργον.* in Mid. 79. p. 540. *ὃ δ' οὖν δυνάτατον καὶ οὐ λόγος ἀλλ' ἔργον ἤδη, τὰς δίκας εἰς αὐτῶν οὔσας ἠφίεσαν τοῖς ἐπιτρόποις.* Add. orat. de Cherson. 75. p. 108. Philipp. II. 3. p. 66. Olynth. II. 12. p. 21.

§. 152. *Ὅτι μὲν τοίνυν — καὶ τῆς μαρτυρίας.* In transitione ad nova colligit peropportune ante dictorum summam, de qua re vide adnot. ad §. 13. p. 160. — *οὐ πολεμεῖν ὑμῖν ἔφετο.* Praeter Reiskium auctoritate nonnullorum librorum etiam Taylor *πολεμήσειν* probavit, assentiente tertio Schaefero. Im. Bekkerus contra fide optimorum suorum librorum commotus rectissime praetulit *πολεμεῖν.* Sequuti sunt praeter Dindorfium editores Turicenses. Nam infinitivus praesentis aptior est mercenariorum duci *ἀπορεῖσθαι*, qui non futurum demum aliquando, sed iam instans et praesens bellum quaerat. Charidemus quidem *ἀπόρασθος* factus, praesens et certum Atheniensium de Chersoneso cum Cotye bellum sibique et suis rationibus profuturum opinabatur: quare ad illum se contulit, sed spe frustratus, quum Timotheus de recuperanda Amphipoli prius quam de Chersoneso occupanda cogitaret, ad Olynthiorum, qui urbem tenebant, partes transibat. De discrimine infinitivi praesentis et futuri verbis *νομίζειν, οἴεσθαι* et sim. adiuncti vide quae bene disputata sunt a Stalbaumio ad Platon. Crit. p. 53. C. — *πολλαχόσε ἄλλοσε μισθῶσαι καρόν.* Ad haec bene Ulpianus: *ἵνα μὴ ἀντικόσῃ, ὅτι δικαίως πρὸς τοῦτον τὰ ἑαυτοῦ ἐμίσθωσεν. οὐ γὰρ εἶχεν ἀλλαχοῦ, χρείαν δὲ εἶχεν ὁ στρατηγὸς χρημάτων· διὰ τοῦτο εἶπεν, ἐνῆν ἀλλαχοῦ μισθοῦν, ἀλλ' οὐκ*

Digitized by Google

§. 152 ἠβουλήθη. Participium παρὸν significat *quum occasio s. copia esset.* Xenoph. Anabas. V, 8, 3. σίτου δὲ ἐπιλελοιπότος, οἴνου δὲ μηδ' ὀσφραίνεσθαι παρόν. cuius generis participia ut accusativo casu accipiantur, postulat Graecorum cogitandi ratio. Ita ἔξον Olynth. III. 9. p. 31. 18. p. 33. 27. p. 36. in Mid. 3. p. 515. et δέον Philipp. II. 3. p. 66. Vid. Matthiaei gram. §. 564. — δεῦρο i. e. ἐκεῖσε, interprete Schaefero. — πράξειν. Ita optime Im. Bekkerus et omnes edit. recentiores; Reiskius πράξαι. Vide quae paulo ante de infinitivo futuri dicta sunt. — τοῦ μὴ λαβεῖν Ἀμφίπολιν πάντων οὗτος αἰτιώτατός ἐστιν. Vid. §. 149. In quatuor libris πάντων deest. Fortasse librarii etiam hic alios locos ante oculos habuerunt, quos imitarentur, ut orat. c. Leptin. 42. p. 469. ἔδωκε μνᾶς ἑκατὸν καὶ τοῦ μὴ τῷ λιμῷ πάντας αὐτοὺς ἀποθανεῖν αἰτιώτατος ἐγένετο. in Mid. 18. p. 520. τῇ φυλῇ δὲ κρατούσῃ τὸν ἀγῶνα αἰτιώτατος τοῦ μὴ νικῆσαι κατέστη. — ἐκ τῆς ἐπιστολῆς. Post haec omisi cum tribus optimis libris et Append. Frankof. verba vulgo interposita καὶ τοῦ ψηφίσματος. Omissa sunt etiam ab editoribus Turicensibus. Ea non magis huc pertinent atque epistola Iphicratis: nam quae hoc loco collecta sunt ab oratore, non ad universum documentorum argumentum spectant, sed tantummodo ad eam eorum partem, quae Timothei erant. Decretum illud obsidum missionem ad Athenienses postulavit. Antea inter documenta quae recitanda essent, commemoranda erant et decretum et epistola Iphicratis, ut omnis res, uti facta esset, exponeretur ordine et palam fieret. Apparet autem causa, cur sint ista verba a librariis adscripta. — μετὰ ταῦτα δὲ. Ita longe plurimi ac probatissimi libri et post Im. Bekkerum omnes editores recentiores praebent, quod scribas trium Bekkeri librorum ad familiarem ipsis collocationem μετὰ δὲ ταῦτα, quae exstat orat. in Mid. 8. p. 516. c. Leochar. 17. p. 1086. ib. 47. p. 1094., in Olympiod. 22. p. 1173., exegisse puto, accedente editione Lutetiana, quam Reiskius sequutus est. Aptior est ad mentem atque cogitationem oratoris recepta scriptura: ea est enim eius vis, ut, quam loci ratio postulat, maior sit oppositio inter τὰ μὲν πρῶτα et μετὰ ταῦτα δὲ, quam si ponitur μετὰ δὲ ταῦτα. Illud respondet nostro *náchher aber*, hoc est *aber nachhér*. Ac frequens est illa collocatio apud Demosthenem, utpote qui in collocandis verbis totus pendeat e vi ac gravitate sententiae. Orat. de fals. legat. 156. p. 390. τὸ μὲν πρῶτον — μετὰ ταῦτα δ'. ibid. 200. p. 403. τὸ μὲν ἐξ ἀρχῆς — μετὰ ταῦτα δὲ. c. Leptin. 23. p. 463. νῦν μέν γε τὸν χρόνον —, μετὰ ταῦτα δὲ. ibid. 139. p. 499. de coron. 80. p. 252. de symmor. 15. p. 182. c. Pantaenet. 30. p. 975. et quae

Digitized by Google

Demosthenicis adscribitur, epist. III. p. 1476. 2. ubi alia duo exempla Schaeferus addit, p. 1478. 37. et p. 1481. 31. §. 152

§. 153. *χρόνου γὰρ διελθόντος.* In nonnullis libris additum est *βραχέος.* At hic non opus est significatio brevitatis temporis, sed sola notio intervalli, quo bellum Amphipolitanum a bello de Chersoneso recuperanda gesto distinctum erat. Illud additamentum sine dubio profectum est ex aliis locis, veluti orat. de pac. 5. p. 58. *καὶ χρόνου βραχέος διελθόντος.* c. Leptin. 86. p. 483. *ἐπειδὰν δὲ χρόνος διέλθῃ βραχύς.* Deinde etiam illa scriptura Reiskii *διεληλυθότος* in tenui librorum auctoritate nititur. Quod autem ad vim et potestatem verbi *διέρχεσθαι* de tempore usurpati attinet, id ubique tenendum est intervallum temporis significare, nunquam *praeterire*, ut Reiskius ind. graecit. p. 157. censet, quod est *παρέρχεσθαι.* — *τοῦ πολέμου.* Hoc bellum incidit in Olymp. CV, 1. vid. Winiewskii commentar. histor. et chronolog. p. 194. n. — *μᾶλλον δ' οὐχὶ πρὸς ὑμᾶς.* Est *ἐπιδιόρθωσις* sive correctio, de qua vide Hermogenem de ideis lib. II, c. 7. vol. III. p. 347. et Tiberium de figur. apud Walz. vol. VIII. p. 535. Exempla attulerunt e Demosth. orat. de coron. 297. p. 325. et Olynth. II. 2. p. 18. Hoc modo, ut ex tempore, non malitiose loqui videatur, oratorem simulare ignorantiam, monet Ulpianus ad h. l. — *πρὸς Κηφισόδοτον.* Erat Ceramensis, tribus Acamantide, in rebus publicis versatus, bonus orator et dux. Vid. Reiskii indic. histor. p. 559. s. Westermanni histor. eloquent. p. 72. n. 27. et Frid. Gustav. Kiesslingium ad Lycurgi deperditarum oratt. fragm. p. 110. ss. — *ὑπ' αὐτοῦ.* Schaeferus: verte *ab ipso.* Docet etiam additum *γε*, cuius vim Reiskius non attendit. „Hic enim, quia *αὐτοῦ* ad Cephisodotum rediret, *ὑφ' αὑτοῦ*, *a semet*, Charidemo, proposuerat. — *Χεῤῥόνησον ὑπέσχετο τῇ πόλει κομιεῖσθαι· euch wieder zum Chersones zu verhelfen.* Ita Reiskii index graecit. p. 314. eademque Schaeferi sententia. Si vim medii latine exprimas, ita dicas: *se curaturum, ut urbs Chersonesum recuperet.* Cf. §. 156. et 161. — *τἀναντί' ἐγνωκὼς.* Ita scripsi cum libro Parisino *Σ*: unde explicanda est origo scripturae aliquot librorum *τἀναντία διεγνωκὼς.* — *τὸ πρᾶγμα — τὸ περὶ τὴν ἐπιστολήν.* id est, *ratio*, s. *res epistolae*, ut nos dicimus, *die Sache, die Geschichte mit dem Briefe.* Dici quoque poterat *τὸ πρᾶγμα τὸ τῆς ἐπιστολῆς.* De illo loquendi circuitu vide Schaeferi adnot. ad Dionys. de composit. verb. p. 23., ad Demosthen. p. 1308. 1. et Kruegeri indic. ad Dionys. historiogr. p. 510. — *καὶ γάρ ἐστι βραχύ.* Vid. adnot. ad §. 21. p. 167. a.

§. 154. *ὡς ἀπόμισθος γίγνεται παρὰ τοῦ Τιμοθέου τότε.* id est, *ὡς μισθὸν οὐκέτι δέχεται παρὰ τοῦ Τιμοθέου Ἀμφίπολιν πολιορκή-*

Digitized by Google

§. 154 σαντος. Harpocration, qui hunc locum citat: Ἀπόμισθοι, inquit, ἄμισθοι, οἱ μισθῷ ἔργον τι διαπραξάμενοι καὶ ἄμισθοι ἀφειμένοι. Similiter Bekkeri anecdott. I. p. 431: Ἀπόμισθος: ἄμισθος· ἢ ὁ μισθοῦ πράξας ἔργον τι καὶ ἀφειμένος. Vid. adnot. ad §. 149. p. 436. de v. ἀποστράτηγος. — διὰ τὴν σύλληψιν τὴν Ἀρταβάζῳ συμβᾶσαν τότε ὑπ' Αὐτοφραδάτου. Artabazus, regis Persarum ex filia nepos, ut Plutarchus vit. Alexandri dicit, a rege defecerat. vid. Diodor. Sic. XV, 90. XVI, 22. Demosthen. Philipp. I. 24. p. 46. Ab initio superior bello factus, tandem captus et comprehensus est ab Autophradata, uno ex satrapis, qui contra perduelles pugnabant. Cornel. Nep. vit. Datam. c. 2. Sed Autophradatas ipse minus probatus erat. Vid. Diodor. Sicul. XV, 91. ibique not. Wesselingii. Ex qua ille captivitate ut liberaretur, Memnon et Mentor, Rhodii, fratres eius uxoris, quos prius praefectos provinciarum fecerat, Charidemum, quocum vetus consuetudo ipsis esset, mercede conduxerunt cum copiis. Et sive metu huius ducis, sive aliis causis commotus e vinculis dimisit Autophradatas captivum. Attamen Artabazus et Memnon, qui et ipse defectionis illius particeps erat, quum non possent intra fines regis diu se continere, coacti sunt cum suis in Macedoniam ad Philippum migrare, ubi aliquamdiu commorati redierunt Mentore arcessente, qui auctoritate sua interim amplificata pro salute cognatorum utebatur. Et Memnon postea magnae vir amplitudinis inter Persas fuit. Vid. Diodor. Sicul. XVI, 52. ibique Wesseling. et Fr. Chr. Schlosseri histor. universal. omnium antiq. gentium t. I. p. III. p. 98. n. — μισθοῖ τὸ στράτευμα καὶ αὐτὸν. Recte sic scriptum est ex more et usu dicendi. Magna est hic scripturae discrepantia: e depravato μισθοῦ profectum est μισθοῦται; ex eo ad evitandum medium prodierunt μισθοῖ τό τε στράτευμα et μισθοῖ τε τὸ στράτευμα. Scriptura μισθῆται ex eodem μισθοῦται corrupta est, quum η et οι, ut Reiskius et Schaeferus docent, saepe inter se permutentur in libris. — ὀλιγωρήσας τῶν ὅρκων καὶ παραβὰς αὐτοὺς. Haec dicit, ut intelligant ii qui audiunt, quanta fuerit etiam in alios Charidemi perfidia quidque ab eo exspectandum sit ipsis amicis, qui non vereatur religionem jurisiurandi. — ἀφυλάκτων ὄντων ὡς ἂν πρὸς φίλον. Ut solet fieri hostibus remotis. Ex ὄντων participio cum Schaefero supplendum est εἶεν. Idem ad orat. de coron. p. 294, 9. affert ex Demosthenis orationibus haec duo exempla, ex Olynth. I. 21. p. 15. et alterum ex ipsa orat. de coron. 291. p. 322. οὐχ ὡς ἂν εὔνους καὶ δίκαιος πολίτης (ἔχοι) ἔσχε τὴν γνώμην. Addit tertium e Thucydide VI, 57. καὶ ὡς ἂν μάλιστα (τύπτοιεν) δι' ὀργῆς, ὁ μὲν ἐρωτικῆς, ὁ δὲ ὑβρισμένος, ἔτυπτον καὶ ἀποκτείνουσιν αὐτόν. cf. orat. de coron. 194.

Digitized by Google

p. 293. 214. p. 299. 243. p. 307. 298. p. 325. Vid. Kruegeri adnot. §. 154 ad Xenoph. Anab. V, 7, 22. et Bernhardyi synt. p. 456. — *Σκῆψιν καὶ Κέβρηνα καὶ Ἴλιον.* De primis duabus urbibus Harpocration, quem Reiskius citavit, haec dicit: *Σκῆψις: Δημοσθένης κατ' Ἀριστοκράτους· πόλις ἐστὶν ἐν τῇ Τροίᾳ, ἧς μνημονεύουσιν ἄλλοι τε καὶ Ἔφορος ἐν τῇ πέμπτῃ καὶ δεκάτῃ.* Idem sub v. *Κέβρηνα, Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Ἀριστοκράτους· πόλις ἐστὶ τῆς Τρωάδος Κέβρην, Κυμαίων ἀποικία, ὥς φησιν Ἔφορος ἐν τῇ πρώτῃ.* Addit Schaeferus Etymolog. magn. s. *Σκῆψις*, et Photium duobus locis. De hac urbe nonnulla attulit Wesselingius ad Herodot. p. 754. et ad Diodor. Sicul. XIV. t. I. p. 675. De Ilii callide per Charidemum facta expugnatione citat Valesius ad Harpocrat. p. 338. ed. Lips. Polyaeni strategem. III, c. 14. Aeneam Tact. Pol. c. 24. et Plutarchi vit. Sertorii c. 1., ubi haec: *ἐάλω δὲ τὸ Ἴλιον τρίτον ὑπὸ Χαριδήμου, τὰς πύλας ἕπκου τινὸς ἐμπεσόντος ἀποκλεῖσαι ταχὺ τῶν Ἰλιέων μὴ δυνηθέντων.* Plura in totam hanc Charidemi rem docte congesta et illustrata sunt a Car. Georg. Boehneckio in quaestt. de oratt. Attic. p. 725. n. 8. De scripturae diversitate nominis *Κέβρηνα* vid. apparat. crit. Photii *Κέβρινα* si ex more grammaticorum et librariorum *η* cum *ι* permutandi spectetur, non differt a recepto *Κέβρηνα*. Apud Diodor. Sicul. XIV, c. 38. legitur *Κεβρηνίαν*.

§. 155. *πρᾶγμ' ἔπαθε τοιοῦτον.* Haec quae nunc exponit orator, efficere poterant, ut Charidemus auditoribus in suspicionem de sua imperatoria virtute veniret. — *οἷον οὐχ ὅτι στρατηγὸς —, ἀλλ' οὐδ' ὁ τυχὼν ἄνθρωπος. quale non is, qui se imperatorem profitetur, sed ne vulgaris quidem homo inscitia admisisset, si tale quid ei accidisset.* Orat. in Timocr. 7. p. 702. *οὐχ ὅτι τῶν ὄντων ἀπεστερήμην ἄν, ἀλλ' οὐδ' ἂν ἔζην.* De hac elliptica dicendi forma Godofr. Hermannus ad Viger. p. 790. optime disseruit. Cf. Schaeferus ad Lamb. Bos. ellips. gr. p. 774. ss. Matthiaeus gramm. §. 624. p. 1271. et Voemelius ad Philipp. II. p. 14. Ut hoc loco *ὁ τυχὼν ἄνθρωπος* opponitur *στρατηγῷ*, ita apud Polybium. V, 60, 3. *ἰδιώτης.* Diodorus Sicul. XV, c. 85. utrumque vocabulum coniungit, ubi de Charete dicit: *οὐδὲν διέφερε τῶν τυχόντων ἰδιωτῶν κατὰ τὴν ἐν τῷ στρατηγῷ ἐνέργειαν καὶ βουλήν·* quem locum Weiskius de hyperb. I. p. 53. attulit, sed *ἰδιωτῶν*, ut opinatur, non est omittendum. Cf. quae de *ὁ τυχὼν* supra p. 211. dicta sunt. — *ἐπὶ Θαλάττῃ.* Non opus est articulo, quem habent nonnulli libri, ante *Θαλάττῃ.* Pertinet enim inter ea nomina, quae etiam sine articulo usurpantur, ut *γῇ* et alia. — *εὐπόρησεν.* Recepi quod scriptum est in duobus libris, licet litera *ε* sequatur: de qua re supra dictum est. Eodem

Digitized by Google

§. 155 modo antea ἠγνόησέν τις. Ex hac scriptura profectae videntur εὐπορήσει et εὐπορήσειε aliorum librorum. — ἐπειδή γε. *quoniam quidem iniuste agere decreverat.* Inserviunt hae particulae confirmandis iis, quae antecedente enunciatione dicta sunt. Non tamen recte vertit Schaeferus *cum semel*, etsi bene germanice: *da er nun einmal.* Plat. de rep. p. 354. A. p. 348. C. Phaedon. p. 87. A. Thucyd. VI, 18. Xenoph. Anab. I, 9, 24. Vid. Reinh. Klotz. adnotatt. ad Matth. Devarii libr. de gr. ling. particulis vol. II. sect. I. p. 310. — ἐκ τῆς ἄνωθεν Φρυγίας. Cum significetur, dicit Schaeferus, unde subvectus sit Artabazo commeatus, idioma Graecae syntaxis pervulgatum vult ut ἄνωθεν ponatur. Est igitur ἄνωθεν per attractionem dictum, iure nunc praelatum alteri scripturae ἄνω, quam Taylor et Reiskius e libris sumpserant. Ut Schaeferi exemplorum copiam adaugeam paucis, adiungi liceat Sophocl. Electr. 1058. τί τοὺς ἄνωθεν φρονιμωτάτους Οἰώνους ἐςορώμενοι — τάδ' οὐκ ἐπ' ἴσας τελοῦμεν; Diodor. Sicul. XIX, 21. οἱ δ' ἐκ τῶν ἄνωθεν (ut scribendum est) σατραπειῶν καταβεβηκότες, ἀγωνιῶντες ὑπὲρ τῶν ἰδίων, ἀντέφασαν δεῖν ἀντέχεσθαι τῶν ἄνω τόπων. Euripid. Bacch. 48. s. ἐς δ' ἄλλην χθόνα τἀνθένδε θέμενος εὖ μεταστήσω πόδα. Plat. Gorg. p. 472. B. ἥντινα ἂν βούλῃ τῶν ἐνθένδε ἐκλέξασθαι. Xenoph. Cyrop. II, 4, 16. ἱππέας δέ τινας προςλαβὼν τῶν ἐνθένδε ἑταίρων ἀφικόμην. Thucyd. II, 69. τὸν πλοῦν τῶν ὁλκάδων τῶν ἀπὸ Φασήλιδος καὶ Φοινίκης καὶ τῆς ἐκεῖθεν ἠπείρου. ib. c. 84. καὶ ἀπὸ Λευκάδος κνῆμος καὶ αἱ ἐκεῖθεν νῆες ἀφικνοῦνται. Cf. I, 62. VIII, 107. Vid. Godofr. Hermann. ad Sophocl. Electr. 135. Heindorf. ad Plat. Gorg. p. 472. B. et inprimis G. T. A. Krueger. de attractione p. 309. et aliis locis.

§. 156. τῷ δ' οὐδ' ὁτιοῦν ἄλλο πλὴν πολιορκία περιειστήκει. Vid. Aristot. Oecon. c. 29. Χαρίδημος Ὠρείτης ἔχων τῆς Αἰολιδός τινα χωρία, ἐπιστρατεύοντος ἐπ' αὐτὸν Ἀρταβάζου, χρημάτων ἐδεῖτο εἰς τοὺς στρατιώτας κ. τ. λ. De περιστῆναι audiamus Bremium ad Olynth. I. 28. p. 17: „est verbum proprium de rebus, quae necopinatae irrumpunt, velut obsidentes.“ Hac vi cum dativo et accusativo construitur. Orat. pro Megapolit. 28. p. 209. de coron. 195. p. 293. de fals. legat. 126. p. 380. τοιαύτη ταραχὴ καὶ τοσοῦτος θόρυβος περιειστήκει τὴν πόλιν. 148. p. 387. καὶ κακῶν Ἰλιὰς περιειστήκει Θηβαίους. ib. 340. p. 450. πηλίκα τῇ πόλει περιέστηκε πράγματα. — οὐ ἦν κακοῦ. ut Sophocl. Aiac. 306. οὐχ ὁρᾶς, ἵν' εἶ κακοῦ; Oedip. R. 367. οὐδ' ὁρᾶν ἵν' εἶ κακοῦ. Aiac. 102. ποῦ σοι τύχης ἕστηκεν; Euripid. Electr. 236. εἰ ζῇς ὅπου τε ζῶσα συμφορᾶς ἔχεις. Commode affert Schaeferus Lucian. t. VI, p. 76. Bip. ὁ δὲ

Digitized by Google

συνιδὼν ου ταυτὸν ἦν· — λογισμὸν λαβὼν· quum ex tacita consul- §. 156
tatione intelligeret. Plus significat quam simplex λογίζεσθαι. Varias cum λογισμὸς fictas locutiones enumerat Voemelius ad Philipp. II. p. 13. — κἂν μηδενὶ τῶν ἄλλων, τῷ γε ἐμῷ. i. e. καὶ, ἐὰν μηδενὶ τῶν ἄλλων ληφθῇ, τ. γ. λ. ληφθήσεται. Falso nonnulli libri καὶ εἰ. Cf. Philipp. I. 50. p. 54. — εἶδεν· vidit, intellexit, ut iure primus Im. Bekkerus edidit, sequentibus ceteris editt. recentioribus; Reiskianum οἶδεν Schaeferus ineptissimum dicit. Philipp. I. 5. p. 41. εἶδεν — τοῦτο καλῶς ἐκεῖνος, ὅτι —. ubi vid. Kruegeri not., Philipp. II, 8. p. 67. εἶδε τοῦτο ὀρθῶς, ὅτι — adde orat. de fals. legat. 239. p. 415. — εἴτε δή τινος εἰπόντος εἴτ' αὐτὸς συνεὶς κ. τ. λ. Alexander de figur. p. 454. vol. VIII. ed. Walz., ut exemplum διακοφήσεως daret, totum hunc locum paulo liberius citavit. Dicit ita: Διακόρησις δ' ἐστὶν, ὅταν περὶ ἑνὸς πράγματος δύο ἢ καὶ πλείονας ἐννοίας ἔχωμεν, ἢ καὶ προσκοιμώμεθα μὴ οὔσας ἔχειν, εἶγε ἀποροῦμεν καὶ μὴ ἐφιστῶμεν ἐπ' αὐταῖς, ὡς ἔχει τὸ τοιοῦτον· εἴτε τινὸς εἰπόντος, εἴτε αὐτὸς συνιεὶς, οὐκ ἔχω εἰπεῖν, ὅτι δὲ σωτηρία μόνη γίνοιτο ἂν αὐτῷ ἡ ἡμετέρα· εἴτε χρὴ φιλανθρωπίαν αὐτὴν λέγειν, εἴθ' ὅ τι δή ποτε ἄλλο· [οὐκ ἔχει.] cf. Tiberius de figur. p. 583. vol. VIII. Hanc figuram latini rhetores dicunt *dubitationem* sive *addubitationem*. Vid. Quinct. institutt. orator. IX, 3, 88. Aquila Rom. de figur. §. 10. p. 193. edit. Frotsch. Apud rhetorem illum pariter atque in nonnullis hoc loco libris δὴ particula post εἴτε deest, sed iniuria. Vertas: *sey es dass einer gerade es thut sagte*. Vid. Plat. Timaeus p. 21. B. εἴτε δὴ δοκοῦντος αὐτῷ τότε εἴτε καὶ χάριν τινὰ τῷ Κριτίᾳ φέρων. de rep. VI. p. 493. D. εἴτ' ἐν γραφικῇ εἴτ' ἐν μουσικῇ εἴτε δὴ ἐν πολιτικῇ. Herod. I, 86. ἐν νόῳ ἔχων, εἴτε δὴ ἀκροθίνια ταῦτα καταγιεῖν θεῶν ἕτερῳ δή, εἴτε καὶ εὐχὴν ἐπιτελέσαι θέλων· — ἡ ὑμετέρα, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, εἴτε χρὴ φιλανθρωπίαν λέγειν εἴθ' ὅ τι δήποτε. Im. Bekkerus, in codice Σ φιλανθρωπία legi dicens, non dixit verum, eoque in errorem induxit Dindorfium, Schaeferum, Funkhaenelium in commentar. litterar. Darmstad. an. 1841. n. 115. p. 956. et editores Turicenses. Ille ipse longe consideratius egit retento accusativo φιλανθρωπίαν, quamquam ad eum defendendum, praeterquam quod eum in Parisino libro inveniri opinabatur, accedebat codicis Bavarici auctoritas. Quippe retinuit accurata et subtili usus dicendi cognitione imbutus. Nam nullus ita, quemadmodum homines illi doctissimi volunt, loquutus est ex optimis scriptoribus. Qui tametsi malunt in enunciatione, quae interpretandi causa addita est, ubi leni et placida utuntur oratione, inceptam constructionem conti-

Digitized by Google

§. 156 nuare, quam eius verbo, quod vim declarandi habet, accommodare: tamen ista loquendi concinnitas ad solum genitivum et dativum pertinet neque comprehendit una nominativum, ut qui in tali cum verbo dicendi compositione politioribus Graecorum auribus nimis durus fuerit. Exempla id satis docent. Consimilem nostro habemus locum in orat. de coron. 20. p. 231. ἡ τῶν ἄλλων Ἑλλήνων, εἴτε χρὴ κατεῖαν εἴτ' ἄγνοιαν εἴτε καὶ ἀμφότερα ταῦτ' εἰπεῖν· ubi pari modo nominativus a consuetudine usuque dicendi abhorreret. Quare non aptum est, quod et ibi et ad hunc Aristocrateae locum Schaeferus sumpsit e Ga[illegible] exemplum t. V. p. 830. ed. Lips.: τῆς μὲν γὰρ κατὰ φύσιν, εἴτε κατασκευῆς εἴτε διαθέσεως ὀνομάζειν ἐθέλοις, ἀρετή τις ἡ εὐεξία. Id convenit illi, quod Bernhardyus syntax. p. 315. ex Isocrat. de antid. 50. p. 320. attulit: περὶ μὲν οὖν τῆς ἐμῆς, εἴτε βούλεσθε καλεῖν δυνάμεως εἴτε φιλοσοφίας εἴτε διατριβῆς, ἀκηκόατε πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν. Plat. Alcibiad. II. p. 142. D. οἱ δὲ καὶ αὐτοὶ σφῆσιν, εἴτε ἀτασθαλίαισιν εἴτε ἀφροσύνῃσι χρὴ εἰκεῖν, ὑπὲρ μόρον ἄλγε' ἔχουσι. Adde Demosth. orat. c. Eubulid. 24. p. 1306. in Neaer. 110. p. 1383. de Cherson. 24. p. 96. in Mid. 69. p. 536. 83. p. 541. de fals. legat. 152. p. 388. Philipp. III. 70. p. 129. Prooem. p. 1457. 50. p. 629. 5. ed. Bekk. Ubi autem nomen ad constructionem verbi in enunciatione explicativa, quam dicunt, positi conformatur, omissa illa orationis concinnitate, ibi causa est in gravitate, qua illud efferatur. Velut Demosth. orat. in Timocr. 6. p. 701. ἐγὼ γὰρ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, προσέκρουσ' ἀνθρώπῳ πονηρῷ καὶ φιλαπεχθήμονι καὶ θεοῖς ἐχθρῷ, ᾧ τελευτῶσα ὅλη προσέκρουσεν ἡ πόλις, Ἀνδρωτίωνα λέγω.; ibi data ante ab oratore morum hominis descriptione, qui et sibi et civitati inimicus factus sit, ad extremum nomine ipsum cum vi appellat. Quocirca Boissonadio ad Tiber. p. 47. Ἀνδρωτίωνι dativum, cuius auctor solus Rufus est, invitis omnibus libris, commendanti non debebat Schaeferus assentiri. Frequentius tamen accusativum apud poetas cum vi quadam positum invenimus: cuius nomen si non efferendum est, ea quae v. λέγω apposita sunt, eandem quam antecedentia constructionem habent, et λέγω naturam δηλονότι particulae induit, velut Sophocl. Aiac. 569. Aeschyl. Sept. c. Theb. 643. Exempla congesserunt Valkenarius ad Euripid. Phoen. 994. Lobeckius ad Aiac. 569. et Godofr. Hermannus. Alius sunt generis ii loci, in quibus accusativum sequitur pronomen, ut Plat. Theag. p. 121. C. ἡ τῶν τοῦ υἱέος τουτουΐ εἴτε φυτείαν εἴτε παιδοποιίαν δεῖ αὐτὴν ὀνομάζειν, πάντων ᾤήσατ' γέγονεν. de legg. VII. p. 808. A., quos Dissenius ad orat. de coron. §. 20., sed a suis rationibus partim alienos, attulit. Cf. Aeschin. in

Timarch. 140. p. 19. ὁ σώφρων καὶ ἔννομος εἴτε ἔρωτα εἴτε τρόπον αὐτὸν χρὴ προσεικεῖν. Ad horum rationem nostro loco non dubitarem scribere, quod exstat in tribus libris et apud rhetorem Alexandrum l. c., εἴτε χρὴ φιλανθρωπίαν λέγειν αὐτὴν εἰθ' ὅ τι δήποτε, nisi istam scripturam docti librarii commentum putarem. De extremo animum advertas ad artificium, quo orator usus est verbis εἰθ' ὅ τι δήποτε. Φιλανθρωπίαν, qua Atheniensea (vid. orat. c. Leptin. 109. p. 490.) ut sibi propria gloriabantur, mitius quidem sentit esse verbum, verumtamen ipse asperius, quale est εὐήθεια, defugit idque auditoribus permittit cogitatione supplere. Pertinet hoc ad genus ὑποσιωπήσεως, de qua Ulpianus haec: ὑποσιώπησις, ὅταν μέλλῃ τις ἐπιφέρειν τραχύ τι, μὴ βούληται δὲ διὰ τὸ ἐπαχθὲς αὐτὸ λέγειν, ἀλλὰ δι' αἰνιγμάτων σημαίνῃ, αἰνίττηται. cf. Gregor. Corinth. p. 1184. vol. VII. p. 11. ed. Walz. Alia exempla vid. orat. de coron. 146. p. 276. de fals. legat. 167. p. 393. Olynth. III. p. 30. in Mid. 218. p. 584. — καὶ διὰ τοῦ τὸν Κηφισόδοτον δοκεῖν ἐχθρὸν ὄντα τοῦ Κότυος καὶ τοῦ Ἰφικράτους ταῦτα βούλεσθαι· *et quia Cephisodotus, qui inimicus esset Cotyis et Iphicratis, hoc velle videbatur.* Βούλεσθαι non dubitandum est quin rectissimum sit. Quod pro eo in nonnullis libris scriptum exstat βουλεύεσθαι, id ortum est reliquis verbis male intellectis, habendumque pro eius glossa, quod in uno libro invenitur, λογίζεσθαι. At quaeras, unde voluntatem Cephisodoti Charidemus cognoverit. Num ex eo, quod Cephisodotus iam ad bellum cum Cotye et Iphicrate de Chersoneso gerendum profectus erat, quum ille in Asia minore angustiis pressus ab Atheniensibus peteret liberationem? Imo profectus est demum Cotye occiso, ut e §. 163. apparet. Unde igitur scivit, Cephisodotum recuperationem Chersonesi concupiscere. Amicitia cum eo coniunctus, quum eius odium in Cotym et Iphicratem novisset, recte opinabatur, se, quod vellet, facilius adepturum et ipsos Athenienses sibi petenti citius satisfacturos, si, quod ille optare videretur et ipsi optarent quam maxime, se facturum promitteret. Ac verisimile est, Athenienses in eligendo novo imperatore, quem in Hellespontum mitterent, in coniunctione, quae Cephisodoto cum Charidemo esset, magnam spem rationum suarum collocasse, id quod quidem e §§. 164. et 165. elucet.

§. 157. παρ' αὐτά. Ita divisim scriptum dedi secundum cod. Parisinum Σ et duos alios libros, ut in Etymolog. magn. quoque p. 349. 11. exstat. Dorvill. ad Charit. p. 388. ed. Lips. Παραυτὰ, quod idem est, Hesychius explicat, παραχρῆμα, εὐθέως, παραυτίκα. Passovius in lexic. s. v. plene sic dictum censet: παρ' αὐτὰ τὰ πράγματα vel γιγνόμενα. Orat. de coron. 13. p. 229. ἐκ τῶν νόμων

Digitized by Google

§. 157 τιμωρίαις παρ' αὐτὰ τὰ ἀδικήματα χρῆσθαι. i. e. εὐθὺς ὅτε ἠδίκουν ἐγὼ ταῦτα. ib. 226. p. 303. τοὺς παρ' αὐτὰ τὰ πράγματ' ἐλέγχους φυγὼν νῦν ὕστερον ἥκει. ib. 285. p. 320. χειροτονῶν γὰρ ὁ δῆμος τὸν ἐροῦντ' ἐπὶ τοῖς τετελευτηκόσι παρ' αὐτὰ τὰ συμβάντα οὐ κ' ἐχειροτόνησε προβληθέντα. c. Leptin. 139. p. 499. δεῖ κεκολασμένους αὐτοὺς παρὰ τἀδικήματα φαίνεσθαι. i. e. *dum crimina committuntur.* Valkenario in diatribe Euripid. p. 179. B., quem Schaeferus citat, παραυτὰ proprium dicenti cadentis graecitatis, assentiri videtur Sturzius libr. de dialect. Macedon. et Alexandr. p. 189. At vid. Lobeckium ad Phrynich. p. 47. not. et Bernhardyi synt. p. 258. Scripturam aliquot librorum παρὰ ταῦτα nemo defendet orat. de fals. legat. 174. p. 395. Φέρε δή, τί τούτῳ πέπρακται παρὰ ταῦτα, διέσασθε. — φανερῶς omissum in pluribus libris videtur propter sequens ἐπ' αὐτοφώρῳ. — κεχρημένοι ἀπροσδοκήτῳ εὐτυχίᾳ. Herodot. V, 41. συντυχίη ταύτη χρησαμένη. Demosth. orat. c. Leptin. 111. p. 490. τῆς γε τύχης ἕνεκα, ἣ παρὰ ταῦτ' ἀγαθῇ κέχρησθε, ἐπὶ τούτων ἄξιον μεῖναι. Frequens locutio, ubi aliquis opportunitate aliqua oblata uti dicitur. Usurpatur χρῆσθαι etiam de malis obvenientibus, quibus quis se accommodat. Orat. de coron. 40. p. 259. ἐξ ὧν τοῖς παρούσαις συμφοραῖς οἱ ταλαίπωροι Θηβαῖοι κέχρηνται. in Mid. 59. p. 533. οὗτος ἀστρατείας ἑάλω καὶ κέχρηται συμφορᾷ. Vide quos Dissenius ad orat. de coron. p. 209. huius locutionis interpretes citavit. — τῆς χώρας ἄρχειν εὐθύς. Haud nihil ambigam, num orator rem ita, uti revera erat, proposuerit. Nam dubs illos affines Artabazi iam longe ante captivitatem Charidemi praefecturas habuisse credendum est. — μηδὲ κινδυνεύειν. Scriptura unius libri καὶ μὴ κινδυνεύειν contra usum loquendi est, qui postulat, ut, ubi sententia antecedentis negativi enunciati continuatur et longius producitur, id per οὐδὲ et μηδὲ fiat. Ita recte praecepit Engelhardtus ad Platon. Lachet. p. 63. ss. allata orat. de fals. legat. 20. p. 347. καὶ ἀπελογίζετο ὑμᾶς μένοντας οἴκοι καὶ οὐ στρατευομένους οὐδ' ἐνοχλουμένους Θήβας μὲν πολιορκουμένας ἀκούσεσθαι. Add. Aristocrat. §. 184. — ἀφεῖσθαι perfectum bene respondet menti illorum hominum, qui cupiditate secure regnandi ducti liberationem Charidemi quam celerrime effectam videre vellent. De perfecti huius usu disputavit Bremius ad Philipp. I. 19. p. 45., ubi haec: ταῦτα μέν ἐστιν, ἃ πᾶσι δεδόχθαι φημὶ δεῖν καὶ κατασυνάσθαι προσήκειν οἶμαι. additis aliis exemplis, velut orat. de Cherson. 3. p. 91. de symmor. 2. p. 178. ibid. 17. p. 182. de coron. 78. p. 251. πολλῷ μᾶλλον φιλοτιμουμένων τοῦτο συντετελέσθαι ἢ τοῖς Σηλυμβριανοῖς βοηθῆσαι· ubi vid. Dissenii not. Deinde servavi subiecta in tribus optimis libris et edit. antiquis verba καὶ μὴ πολιορκεῖν,

Digitized by Google

omissa secundum reliquos libros recentiori tempore ab omnibus, quia §. 157
ex antecedentibus repetita videbantur. Servanda censui, ut loco opportuno cum gravitate et efficacia iterata. Nam exprimunt optime, id quod rationi oratoris convenit, quantopere illi adolescentuli pacem desiderantes bellum ut securitati suae dominationis suisque rationibus adversum aspernati sint isteque odio liberationem Charidemi effecerint. Sine dubio omissa sunt in plurimis libris ad evitandam iterationem, qua veteres offensi non sunt. Certe; si falso illata essent in orationem, iure miraremur, quod in optimo libro Σ inveniuntur, cuius scriptor alias propensus est ad omittenda, quae non addita nemo desiderat, interdum etiam quae necessaria sunt. — *διαβιβᾶτε.* Est futurum atticum; ut apud Platonem de legg. p. 900. C. *διαβιβῶ*, apud Xenophontem Anabas. V, 7, 8. *ἐμβιβῶ.* Allegat Schaeferus lectores ad Moer. Attic. p. 124. et Pierson. Cf. Tiber. Hemsterhus. ad Aristoph. Plut. p. 217. Fischer ad Velleri gramm. II. p. 358. Matthiael gramm. vol. I. p. 323. Buttmanni gramm. vol. I. p. 402. ss.

§. 158. *τῆς ἀλόγου.* i. e. *ἀσυλλογίστου*, ut nos dicimus *unbegreiflich.* Vid. Schaeferi not. Lysias orat. adv. Euandr. 19. p. 177. *ἀλλὰ καὶ τὸ ἄλογον δοκοῦν εἶναι παρά τισιν, ὅπως ποτὲ πολλοὶ ὄντες ὑπ' ὀλίγων τῶν ἐν Πειραιεῖ ἡττήθησαν.* — *ἐφ' αὑτοῦ· solus, non transvehentibus navibus nostris,* interprete Schaefero. Orat. de coron. 225. p. 303. *νῦν δ' αὐτὰ τὸ πρᾶγμ' ἂν ἐμρίνετο ἐφ' ἑαυτοῦ, πρίν τι τούτων προελαβεῖν.* — *τὴν Χεῤῥόνησον* propter oppositionem primum locum obtinet in enunciatione. — *τὰ ὑπόλοιπα τῶν ὑμετέρων χωρίων.* quae superiore cum Cotye bello non amissa erant. Nam denuo nunc adversus illum exarsit bellum. — *Κριθωτὴν.* Harpocration s. v. *Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Ἀριστοκράτους· Κριθωτὴ μία πόλις τῶν ἐν Χεῤῥονήσῳ, καθά φησιν Ἑλλάνικος ἐν πρώτῃ Τρωϊκῶν. Ἔφορος δ' ἐν τῇ τετάρτῃ φησίν, αὐτὴν κατοικισθῆναι ὑπὸ Ἀθηναίων τῶν μετὰ Μιλτιάδου ἐκεῖ παραγενομένων.* De accentu vocis non consentiunt libri. Tres Bekkerianni *Κριθώτην* scriptum habent, ut Photius c. 132., referente Schaefero. Sed apud alios quoque scriptores, qui urbem commemorant, vulgo ultimo accentu notatur. — *Ἐλεοῦντα.* Harpocration: *Ἐλαιούς, πόλις ἐν Χεῤῥονήσῳ τῇ Θρᾳκίᾳ.* In uno libro h. l. et orat. de coron. 92. p. 256. in uno exstat *Ἐλαιοῦντα*, ut scripsit Im. Bekkerus in anecdott. gr. vol. I. p. 249. Alii scriptores illa, alii hac utuntur forma. Vid. Wesseling. ad Diodor. Sicul. XIII, c. 39. Valkenar. ad Herodot. IX, 116. Sibelis. ad Pausan. I, 34, 2. t. I. p. 125. s. et quos citat Poppo in commentariis geograph. ad Thucydid. t. II. p. 329. n. 21. — *ταῦτα — ἐγνωκὼς ποιεῖν.* Ita optimi et plurimi libri exhibent, probatum Taylori, Im. Bekkero, Dindorfio,

Digitized by Google

§. 158 Schaefero et editoribus Turicensibus. *Ταῦτα ποιεῖν* est *πολεμεῖν τὰ ὑπόλοιπα τῶν ὑμετέρων χωρίων*. Quod additum ante *ἐγνωκὼς* pauci tenent *πάντα*, a librariis profectum est, qui etiam alibi memores aliorum locorum, ut hic eorum, ubi *πάντα γιγνώσκειν* usurpatur, tantummodo libidine corrigendi saepenumero vel rectissima mutarent. Itaque non dubitaverim, quin illa e superiore loco §. 153. *πάντα τούτους πάντα ἐγνωκὼς ποιεῖν*. huc translata sint. Reiskius tamen, *πάντα* recepto ut sententiae prorsus necessario, *ταῦτα* ad illa *ἐπελθεῖν τῷ Κόνωνι — συμπράξαι* referens, totam enunciationem sic compositam illustrare studet: *ὅτι ταῦτα ἐφενάκιζεν ὑμᾶς, ἐγνωκὼς πάντα ποιεῖν τούτοις, καὶ ἡνίκα ἔτι ἦν ἐν Ἀσίᾳ καὶ τὴν ἐκστολὴν πρὸς ὑμᾶς ἔπεμπε, γνώσεσθε κ. τ. λ.*, adiuncta hac explicatione: *E transitu eius cognoscetis, illum haec iactantem* vel *his ineptiis vobis imposuisse et verba vobis dedisse, tametsi iam tum, quum adhuc in Asia esset illasque ad vos literas daret, secum decrevisset alia omnia facere, quam quae vobis recepisset facturum.* — *ἦν ἐποήσαντο γνώσεσθε*. Ita scripsi cum Im. Bekkero, quem recentiores editores sequuti sunt, codicibus omnibus Bekkerianis inbentibus, non *γνώσεσθε ἣν ἐποήσατο*, quem ordinem Reiskius ex editionibus antiquis dedisse videtur. Praeterea rectius *γνώσεσθε* hoc loco, si leges verborum collocandorum spectamus, in fine enunciationis collocatur, quam orationi inseritur. — *ἐκ τῆς Ἀβύδου*. Abydus, colonia Mileti, a tyrannis et Persis dominatu tenebatur et Atheniensibus maxime infensa erat. Vid. Herod. IV, 138. et huius orat. §. 202. — *οἱ Σεστὸν καταλαβόντες*. Ab Abydenis et Cotye occupata erat Sestus, quae Olymp. 75, 2., Xantippo imperatore, Persis expulsis, sub ditionem Atheniensium ceciderat et inter socios vectigales recepta civitati eorum, maxime temporibus belli Peloponnesiaci, magno usui fuerat. Sed Olymp. 106, ann. 3 aut 4. rursus est capta a Charete. Vid. Diodor. Sicul. XI, 37. Thucyd. I, 89. VIII, 62. Diodor. Sicul. XVI, 34. Cf. Poppon. ad Thucyd. t. II, p. 330. n. 22. Wachsmuthii antiquitt. Hellenic. t. II. p. 2. p. 37.

§. 159. *ὃν εἶχε Κόνων*. Nonnulli libri *ἦν*, quo genere nomen invenitur apud Thucyd. VIII, 62. *Σηστὸν πόλιν τῆς Χερσονήσου, ἣν τότε Μῆδοι εἶχον, παθίσαντο φρούριον καὶ φυλακὴν τοῦ παντὸς Ἑλλησπόντου*. Cf. I, 89. ubi scholiastes: *Σηστὸς ἡ πόλις λέγεται καὶ ἀρσενικῶς καὶ θηλυκῶς*. Herod. IX, 114. Praeterea si gravem auctorem haberemus Stephanum Byzantium p. 575. ed. Lips., cuius verba Schaeferus attulit: *Σηστός, πόλις πρὸς τῇ Προποντίδι. Λέγεται δὲ ἀρσενικῶς παρ' Ἡρόδῳ, οἱ δ' Ἀθηναῖοι ἐν τῇ Σηστῷ φασιν*. scribi *ἦν* optimum putaremus. Sed codicibus obtemperandum est; ipsi scri-

Digitized by Google

ptores sibi non constant, ut Xenophon, qui Hellen. I, 2, 13. ὡς τὴν §. 159
Σηστόν et IV, 8, 6. τὸν Σηστὸν dixit. Omnino multa nomina urbium et locorum λέξεις διγενεῖς sunt. Ita dicitur ὁ et ἡ Μαραθῶν, vid. Wesseling. ad Herodot. VI. p. 485. Ἀνθεμοῦς feminini generis est apud Demosth. Philipp. II. 20. p. 70., apud Thucydid. II, 99. masculini; in Philipp. I. 34. p. 49. exstat πρὸς τῷ Γεραιστῷ, apud Strabon. X, p. 446. ἡ Γεραιστός. et Μυοῦς genere masculino legitur apud Thucydid. I, 138., apud Diodor. Sicul. IX, 57. feminino. Cf. Matthiaei gram. §. 93. 2. Buttmanni gr. ampl. §. 32, 7. Poppon. de elocut. Thucydid. p. 105. — καίτοι μὴ νομίζετε μήτ' ἂν τοὺς Ἀβυδηνοὺς αὐτὸν ὑποδέχεσθαι. Oratione recta dictum esset: καίτοι οὔτ' ἂν οἱ Ἀβυδηνοὶ αὐτὸν ὑπεδέχοντο. i. e. *weder die Abydener nahmen ihn auf* u. s. w., *wenn sie nicht wussten*, ubi nos dicere solemus; *weder die Abydener hätten ihn aufgenommen* u. s. w., *wenn sie nicht gewusst hätten*. At Graecus utitur hic imperfecto, ubi rem ad id tempus, quo fiebat, relatam narrat. Paulo post §. 160. dictum est ὑποδέξασθαι. Bene de hoc usu imperfecti et aoristi Herm. Sauppius in Iahni annalibus II. VI, 1, p. 51. disputavit. Deinde librarii nonnulli in repetita ἄν particula offenderunt, in eius locum οὔ inferentes, in qua iusta repetitione nemo nunc offendet. Reiskius οὔ dedit veteres editiones sequutus. — πεπεμμένης. Alii πεμφθείσης, alii ἀπεσταλμένης, quod, ut Dindorfius praefat. p. XI. dicit, ex interpretatione ortum tum hic tum vol. III. p. 157, 16., ubi in uno libro ἀποστέλλω pro πέμπω scriptum est. Illud autem πεπεμμένης propter rariorem praeteriti usum memorabile est. Quo spectat Photius, Demosthenis locum haud dubie in mente habens, p. 412, 4. πεπεμμένην λέγουσιν, οὐ μόνον ἀπεσταλμένην. Schaeferus ex Aeschyl. Sept. c. Th. 475. Br. citat πέπεμπται. Cf. Buttmanni gr. §. 98. n. 4. — συνῄδεσαν φενακίζοντι αὐτῷ· nisi *conscii fuissent, eum tum fraude agere*. Orat. in Mid. 2. p. 514. καὶ σφόδρα ἐσπούδασεν ἐφ' οἷς ἠδικημένῳ μοι συνῄδει. Vim et usum v. συνειδέναι cum dativo iuncti omnium optime explicuit Buttmannus indic. ad Midian. s. v. — παρέχειν. Nonnulli παρασχεῖν, quod Schaefero placet, quia ὑπάρξαι sequatur. Infinitivus praesentis etiam hic cum vi imperfecti positus est, aoristus autem rem ipsam et per se spectatam indicat. — οὕτω ταῦτ' ἔχει. Tres libri et editiones veteres inverso ordine ταῦτ' οὕτως exhibent, opinor, ea de causa, quod ita alibi saepenumero dictum est, ut hic in fine enunciationis. At οὕτω primum locum hic obtineat necesse est, ubi orator rationem fraudis, qua Charidemus usus sit, testimoniis confirmare vult. Cf. §. 50. et 112. Similiter orat. de coron. 57. p. 237. ὅτι δ' οὕτω ταῦτ' ἔχει, λέγε μοι τό τε τοῦ Καλλισθένους

Digitized by Google

§. 159 *ψήφισμα καὶ τὴν ἐπιστολὴν τὴν τοῦ Φιλίππου.* Adde orat. de symmor. 7. p. 179. de coron. 315. p. 330. ibid. 113. p. 491. *ἔστι δ' οὐχ οὕτω ταῦτ' ἔχοντα.* Olynth. III. 15. p. 32. Ubi autem res, de qua sermo est, cogitatione praevalet, *ταῦτα* et *τοῦτο* anteposita animadvertimus. Philipp. I. 29. p. 48. *ἐὰν μὴ ταῦθ' οὕτως ἔχῃ.* Olynth. I. 1. p. 9. Olynth. III. 9. p. 20. de pac. 3. p. 57. Philipp. III. 2. p. 110. Philipp. IV, 75. p. 150. de symmor. 19. p. 183. ibid. 28. p. 188. pro Megapol. 15. p. 205. de coron. 276. p. 318. — *λέγε.* Alterum *λέγε* omiserunt editores Turicenses potissimum Parisini libri Σ auctoritate commoti. At in hoc libro *λέγε* non deest, quamvis id Bekkero testante. Et si ibi deesset, valde tamen dubitarem, an recte illi fecissent. Certe ex oratoris consuetudine dicendi probanda est admonitio per *λέγε* scribae iterum data, praesipue quum novum comma adiectum sit, ut hoc loco et §. 162. Vid. orat. de coron. 28. p. 234. ibid. 37. p. 237. 73. p. 249. 105. p. 261. 115. p. 265. 118. p. 266. 155. p. 279. ibid. 289. p. 323. de fals. legat. 68. p. 361. ibid. 270. p. 427. c. Leptin. 95. p. 486. in Mid. 113. p. 551. et sexcenta alia. Unum illorum rationibus utilem scio locum orat. in Mid. 46. p. 529., ubi ita scriptum legimus: *Ἀνάγνωθι δ' αὐτόν μοι λαβὼν τὸν τῆς ὕβρεως νόμον· οὐδὲν γὰρ οἷον ἀκούειν αὐτοῦ σοῦ φάμου·* non repetito *ἀναγίγνωσκε*, quemadmodum orat. in Timocr. 82. p. 710. — *ΕΠΙΣΤΟΛΗ.* Omnes libri, qui huc usque collati sunt, praeter unum Σ a Bekkero neglectum pluralem *ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ* habent; hinc etiam omnes editiones. Sed verum puto singularem numerum: est epistola unius e praefectis urbium Chersonesi, opinor, eius intelligenda, qui Abydo et Sesto proximus esset. Cur omnes epistolae a praefectis missae intelligendae sint, singulis eorum deinceps recitatis, nulla causa est. Pluralis haud dubie illatus est a librariis, verbis *λέγε τὰς ἐπιστολάς — τὰς παρὰ τῶν ἀρχόντων* praecedentibus.

§. 160. *ὅθεν οἱ διέβη.* In optimis libris *οἱ* omissum est, ut opinor, propter coniunctionem relativorum adverbiorum. Verum saepenumero ita relativa aut interrogativa coniungimtur sine copula. Orat. de fals. legat. 61. p. 360. *ἵν' εἰδῆτε οἷον ὑπαρχόντων αὐτοῖς παρ' ἡμῶν οἷον ἔτυχον διὰ τουτουσὶ τοὺς θεοῖς ἐχθρούς.* in Timocrat. 39. p. 712., quem locum Funkhaenelius in Androtiana p. 123. affert, de fals. legat. 63. p. 361. *καὶ σκοπεῖτε, τί πιστεύσαντες τί ἔπαθον.* adv. Eubulid. 55. p. 1315. *ποῦ τί ποιήσας ὤν, ὅσοι μὴ καθαρῶς ἦσαν πολῖται, πεποιημένος φαίνονται;* cf. adnotat. ad §. 107. p. 348. Ex aliis scriptoribus adde Sophocl. Aiac. 557. *οἷος ἐξ οἷου τροφῆς.* Euripid. Alcest. 145. *οἵας οἷος ὢν ἁμαρτάνεις.* Plat. Sympos. p. 195. A. *οἷος οἷων αἴτιος ὢν τυγχάνει.* Phaedr. p. 271. B. Menexen. p.

Digitized by Google

244. B. Thucyd. V, 7. VII, 75. Prae ceteris conferas adnotata Mon- §. 160
kii ad Euripid. Alcest. l. c., Seidleri ad Sophocl. Antigon. 2. Fr. A. Wolfii ad Leptin. p. 312. Wyttenbachii ad Iulian. p. 180. Fr. Iacobsii ad Antholog. Palat. p. 889. Eundem usum Latinorum ostenderunt Ruedigerus ad Philipp. I. p. 22. Stallbaumius ad Platon. Phaedr. p. 271. B. — *τοὺς Ἀβδηνοὺς αὐτὸν ἢ τοὺς Σηστίους.* Quia *αὐτὸν* deest in *Σ*, cui tres alii libri minoris pretii conveniunt, id editores Turicenses e textu eiecerunt. Omitti sane potuit, certe nullo damno perspicuitatis, sed non omisit. Nam orationis numerus non solum valde languet *αὐτὸν* omisso, sed ipse dicendi usus id postulare videtur. In tali enim nominum coniunctione, qualem hic per *ἤ* factam animadvertimus, ea, ut fortiorem accentum rhetoricum accipiant, uno leviore vocabulo, praecipue pronomine, vel etiam pluribus interpositis seiungi solent. — *Λέγε αὐτοῖς τὴν ἐπιστολὴν αὐτήν.* Male nonnulli libri, fortasse ad hiatum evitandum, *δ'* insertum habent. Idem §. 161. in verbis *λέγε ἐξ ἑτέρας* factum est. Ferendum esset *δή*, uti dictum est orat. de coron. 89. p. 238., ubi iidem illi libri *δ'* exhibent. cf. de fals. legat. 86. p. 368. ibid. 162. p. 392. Recte *δὲ* locum habet orat. de coron. 89. p. 255. ibid. 289. p. 322. de fals. legat. 32. p. 350. c. Leptin. 96. p. 486. Tum quod tres libri inverso ordine praebent *αὐτὴν τὴν ἐπιστολήν*, idcirco non probandum est, quod oppositionem ad aliquid ab oratore in antecedentibus non expressum faceret, velut ad partem epistolae, ut nunc scriba iuberetur ipsam epistolam recitare. Quemadmodum autem verba cum pluribus et optimis libris collocata sunt, id postulatur, ut epistola non tantum commemorata sit, sed ad eam cognoscendam ipsa recitetur, id quod rationi loci consentaneum est. — *τὰς ὑπερβολὰς ὧν αὐτὸς περὶ αὑτοῦ πρὸς ὑμᾶς ἔγραψεν ἐπαίνων, καὶ τὰ μὲν ὡς πεποίηκε λέγων κ. τ. λ.* Ita, quod sciam, scriptum est in libro Parisino *Σ*, et quum e ceteris libris collatis neque a Reiskio neque a Bekkero ulla scripturae diversitas allata sit, nisi quod in editionibus veteribus pro genitivo *ἐπαίνων* exstat *ἐπαινῶν* participium, non rectum esse putavi, tantum codd. consensum negligere. At novissimi editores Turicenses *ἐπαινῶν* participium scripserunt, propterea quod id concinnius esse censerent sequente *λέγων* per *καὶ* particulam adiuncto. Quae genitivi mutandi causa eadem haud dubie editoribus veteribus fuit. Quidquid autem a duumviris illis Turicensibus ad *ἐπαινῶν* defendendum dicitur, mihi participium non solum propter exiguam librorum fidem, sed etiam propter usum dicendi valde improbandum videtur. Nam si illud attendere velis, quo modo orator v. *ὑπερβολὴ* usus sit (ea autem satis frequenter usus est), inspicias indicem graecitatis Reiskianum, ex cuius exemplis ap-

Digitized by Google

§. 160 paret hoc substantivum inprimis genitivo sequente nomiale rem significantis, cuius abundantia notatur, positum fuisse. Vid. §. 144. δεῖξαι τὴν ὑπερβολὴν τῆς ἀναιδείας τῶν ἐπαινούντων αὐτόν. Neque probandum, quod, omnibus libris et mss. et editis καὶ particulam addentibus, eam Reiskius et Bekkerus uncis incluserunt, Dindorfius autem e textu eiecit, laudante Schaefero. Laudandum est sane istud concinnitatis studium: pressior fit oratio et rotundior: at non ubique Demostheni proprium et accommodatum. Sunt enim plures eius loci, quibus, ut Doberenzius in observationibus Demosthenicis p. 8. animadvertit, quod erat in universum dictum, id deinceps particula καί per partes explicatur. Καὶ igitur huius generis locis *et quidem* significat, ut hic sententia sit: *immensam sibi per literas ad vos datas laudem tribuit, et quidem alia quomodo fecerit dicens, alia politicens se facturum.* Affert in hanc rem ille homo doctissimus Olynth. III. 27. p. 36. τὰ μὲν ἄλλα σιωπῶ, πολλ' ἂν ἔχων εἰπεῖν· ἀλλ' ὅσης ἅπαντες ὁρᾶτε ἐρημίας ἐπειλημμένοι, καὶ Λακεδαιμονίων μὲν ἀπολωλότων, Θηβαίων δ' ἀσχόλων ὄντων, τῶν δ' ἄλλων οὐδενὸς ὄντος ἀξιόχρεω περὶ τῶν πρωτείων ἡμῖν ἀντιτάξασθαι, ἐξὸν δ' ἡμῖν καὶ τὰ ἡμέτερ' αὐτῶν ἀσφαλῶς ἔχειν καὶ τὰ τῶν ἄλλων δίκαια βοηθεῖν, ἀπεστερήμεθα μὲν χώρας οἰκείας: et orat. in Olympiod. 29. p. 1175. ἀλλὰ χωρὶς ἑκάτερον, καὶ τοῦτον μὲν Ὀλυμπιόδωρον ὅλου τοῦ κλήρου λαχεῖν, ὥσπερ τὸ πρότερον, καὶ ἀγωνίζεσθαι καθ' αὑτόν, ἐμὲ δὲ τοῦ ἡμικληρίου etc.

§. 161. καλά γε, οὐ γάρ; ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὰ γεγραμμένα *das muss man sagen, herrlich ist, nicht wahr? was er geschrieben.* Γε particula cum vi sua confirmandi inservit ironiae cuidam eamque adauget addita interrogandi formula, qua quis alterius assensum assequi studet. Vid. Buttmanni adnotat. ad orat. in Mid. §. 57. 6. p. 581. Affert Taylor ad hunc locum quod sequitur §. 162., orat. de fals. legat. 253. p. 421. ἄξιόν γε, οὐ γάρ; ἦν Σόλωνος αὐτῷ μνησθαι. ibi Markland. Add. Aristocrateam §. 186. orat. de coron. 186. p. 272. ibid. 266. p. 315. ubi vid. Dissenii not., in Mid. 209. p. 581. in Androt. 73. p. 421. in Timocrat. 131. p. 756. Hinc immerito verba οὐ γάρ; editores Turicenses omiserunt, suffragantibus iudicibus Ald. Felic. Herwag. et Paul., cum solo Σ, ubi tamen errore scribendi e contextu excidisse. Hanc dicendi formam attingit Aristides art. rhet. p. 359. vol. IX. ed. Walz., de gravitate in obiurgando disserens. Κατὰ δὲ σχῆμα, inquit, οὕτω βαρύτης γίνεται, ὅταν τις τῷ τῆς διανοίας σχήματι χρῆται· οἷον „ὁμοίός γε, οὐ γάρ; Σόλων νομοθέτης καὶ Τιμοκράτης. ubi quae interpres Normannus adnotavit, commode huc transferri possunt. Dicit: Voculas οὐ γὰρ Demostheni fere post-

Digitized by Google

limini adsertum restitutumque Ire haud dubitamus, freti tum adsiduo §. 161
vindice Aristide nostro, tum non infrequenti oratoris usu, qui singulari cum acrimonia atque indignatione concisum istuc ac vibrans interrogandi genus usurpat.“ — ὅτε μὲν τῶν σπονδῶν. Servavi etiam hoc loco μὲν particulam, tametsi omissam in tribus optimis libris, eorumque auctoritate a novissimis editoribus Turicensibus deletam. idem illi libri eam omiserunt Philipp. III. 38. p. 119. orat. de fals. legat. 388. p. 450. in Androt. 69. p. 614. Cuius generis sit ista omissio, dictum est adnotat. ad §. 41. p. 147. s. τῶν σπονδῶν indicant foedus Artabazi. — τεύξεσθαι, unus liber τεύξασθαι habet. De vi et usu futuri vid. adnotat. ad §. 152. — ΕΠΙΣΤΟΛΗ, Scripturas et πράξεις et μαρτυρία ἔργων pro inventis librariorum habeas, ex eo profectis haud dubie, quod in antiquo codice, unde exempla librorum prodierunt, illa inscriptio defuit. Hoc quidem inde conflci licet, quod in libro Parisino Σ nihil hoc loco scriptum exstat. Ansam autem ad inveniendas tam discrepantes scripturas verba praegressa λέγε οἷα ἐποίησαν dederunt iis, qui nihil ex edicto oratoris nisi epistolas hoc loco recitandum fuisse oblíti essent. Qua de causa veram in nonnullis libris servatam scripturam ἐπιστολὴ omnes recentiores editores rectissime tuli sunt. Nam eam Reiskius quoque, qui inscriptionem editionum veterum in textu tenebat, praetulit in adnotationibus. Intelligenda est autem, ut proxima ostendunt, praefecti Crithotae epistola, quae ex iis, quae Charidemus post transitum damno Atheniensium in Chersoneso fecit, praecipua et gravissima continuerit. — Οὐκοῦν τοῦ κομίζεσθαι τὰ ἀπολωλότα χωρία ὑποσχομένου Χαριδήμου διαβάντος φησὶν κ. τ. λ. Ita Im. Bekkerus et Dindorfius, omni interpunctione delata, probante Schaefero. Male construit Seagerus Diar. Classic. LVIII. p. 383.: ὁ ἄρχων Κριθωτῆς φησὶν, διαβάντος (i. e. ὅτε διαβεβήκει ὁ Χαρίδημος), τοὺς κινδύνους περὶ τῶν ὑπαρχόντων γεγενῆσθαι, μείζους τῶν πρότερον.; male interpunxit Reiskius: τοῦ κομίζεσθαι τὰ ἀπολωλότα χωρία ὑποσχόμενον Χαριδήμου, διαβάντος, φησὶν ὁ ἄρχων Κριθωτῆς, et pessime Marklandus τὸ κομίζεσθαι proposuit. Rectissime Schaeferus ad indicandam verborum constructionem ita vertit: *Charidemio igitur, qui — promiserat, fretum transvecto dicit* etc. — λέγε ἐξ ἑτέρας ἐπιστολῆς ἐπιδείξας. Parum constat, num λέγ', uti Im. Bekkerus et recentiores editores omnes scripserunt, bonorum librorum fide nitatur. Integrum λέγε confirmant etiam ii libri, qui ad hiatum vitandum vel γ' vel δ' post λέγε inseruerunt, vel λέγε ultimo loco post ἐπιδείξας posuerunt. Ceterum Reiskius additum participium ἐπιδείξας recte sic explicavit: *Recita ea, o scriba, alterum particulas epistolarum. Sed prius eas mihi*

Digitized by Google

§. 161 *monstra, ut videam, quae sint, tibique locos a te recitandos demonstrem.* Verba proxima λέγε ἐξ ἑτέρας. ΕΠΙΣΤΟΛΗ. a Reiskio omissa, at librorum auctoritate restituta ab Im. Bekkero et editoribus recentioribus, necessaria sunt, si spectamus, quae sequuntur Ὁρᾶτε ὅτι ἁπανταχόθεν τὸ πρᾶγμα μαρτυρεῖται.

§. 162. ἐφ' ἡμᾶς. Male libri nonnulli ἐφ' ὑμᾶς. Vid. adnot. ad §. 166. — τὰς δ' ἄλλας ἕα. Quinque recitari iussit epistolas praefectorum, Aliae supererant: unde liquet, multas Chersonesi urbes etiamtum in potestate Atheniensium fuisse. — δῆλον γάρ που. Ita optimi libri, quos primus Im. Bekkerus secutus est. Ποὺ est assensum auditorum exspectantis idque cum urbanitate quadam, ut sit Latinorum *opinor, nisi fallor*, sed si δήπου, quod Reiskius scripsit, hic locum haberet, orator confirmaret simulque irrideret, quod quidem non aptum est. De vi et potestate encliticae Buttmannus in indice ad Platonis dialog. IV. p. 233. bene exposuit. Deinde δήπου in quatuor libris praeter usum positum est. Orat. pro Megapol. 28. p. 269. φανερὸν δήπου πᾶσιν ἔσονται. — τὰ λοιπά. Sunt reliquae Chersonesi possessiones Atheniensium. — γράψας δὲ πρὸς Ἀλέξανδρον κ. τ. λ. Hoc scripserat in epistola ad populum vel ad Cephisodotum data et in ea quidem parte, ubi, quae propter emolumentum Atheniensium fecisset, laudaverat. Res autem hic commemorata circiter Olymp. CIV, an. 3. a. Ch. 362 aut 361 facta videtur, quum Alexander Thessalus Cycladas insulas infestaret, Tenum Atheniensibus eripuisset eosque pugna navali vicisset. Vid. Demosth. orat. c. Polycl. 4. p. 1207. Diodor. Sicul. XV, 95. ibique Wesseling. Polyaen. VI, 2, 1. Quod pro προσεδέξατο libri aliquot exhibent ὑπεδέξατο, alienum est ab hoc loco: significat id in *domum, intra moenia excipere*, ut §. 159. et orat. de fals. legat. 73. p. 364.; illud est *accipere, admittere*, ut Xenoph. Hellenic. I, 5, 8. ἔπεμπον πρὸς τὸν Κόθον πρέσβεις· ὁ δὲ οὐ προσεδέχετο. Tum e προσβευσαμένου, quod idem est ac πρέσβεις πέμψαντος, ad οὐ προσεδέξατο supplendum est πρέσβεις, quod Hier. Wolfius iam vidit. Herod. lib. IX, 8. τὸν Ἰσθμὸν ἐτείχεον καὶ σφι ἦν πρὸς τέλεϊ. sc. τεῖχος. Denique πρὸς αὐτὸν praetuli scripturae Im. Bekkeri et recentiorum πρὸς αὐτὸν, quae esse illius correctio videtur. — λῃσταῖς τοῖς παρ' ἐκείνου. Unus liber παρ' ἡμεῖνον, pro quo in libris fuisse περὶ ἐκεῖνον coniecit Reiskius. Sed λῃσταὶ παρ' ἐκείνου dictum est ut ὁ παρ' ὑμῶν ἁρμοστής, οἱ ἄγγελοι, πρέσβεις παρά τινος. Voce λῃστὴς Xenoph. Hellenic. VI, 4, 35. utitur de Alexandro ipso: χαλεπὰς μὲν Θετταλοῖς τόγας ἐφέρετο, χαλεπὸς δὲ Θηβαίοις καὶ Ἀθηναίοις πολέμιος, ἄδικος δὲ λῃστὴς καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν. — οὐδὲν ἂν ἐκιστιλίας ψεῦδος. Ἂν particulae omissionem pu-

Digitized by Google

corum librorum probat Schaeferus. Sed cur addita, quae eius opinio est, obtundat aculeum sarcasmi, non video. Nimirum auget ironiam, quae in tota enunciatione conspicitur, ut sententia sit: *der in einzelnen Fällen, unter Umständen nichts Falsches schrieb.* Demosth. orat. in Mid. 114. p. 551. οὕτω τοίνυν οὑτός ἐστιν, ἀσεβὴς ἄνθρωπος καὶ μιαρὸς καὶ πᾶν ἐν ὑποστὰς εἰπεῖν καὶ πρᾶξαι. §. 162

§. 168. *Οὐ τοίνυν ἐκ τούτων πω δῆλόν ἐσθ', οὕτω σαφῶς δῆλον ὄν, ὡς —, ἀλλ' ἐκ τῶν — ἔσται φανερώτερον.* Haec verba, in libris valde depravata, interpretes multum exercuerunt. Sed ut nihil de eorum commentis, Marklandi, Tayloris, Reiskii dicam, quae omnia artificio oratoris non intellecto profecta sunt, peraistam in explicanda probatissima Im. Bekkeri scriptura, a recentioribus editoribus recepta. Paratur his verbis transitus ad alia. Ac primis *οὐ τοίνυν ἐκ τούτων πω δῆλόν ἐσθ'* orator ipse sibi quodammodo contra dicit, non alio consilio, quam ut graviora antecedentibus aequi indicentur; eaque ita, tum oppositione *ἀλλ' ἐκ τῶν μετὰ ταῦτα συμβάντων ἔσται φανερώτερον* significantur. *Τοίνυν* inservit transitioni, ut sit *iam vero.* Vid. adnotat. ad §. 76. p. 280. Quae interiecta sunt *οὕτω σαφῶς δῆλον ὄν*, iis etiam ante expositis iusta gravitas conceditur. Pertinet haec dicendi ratio ad antitheseos genus, qua vim rei alicuius ex alia parte augere et illustrare solent, satis usitata apud Demosthenem. Orat. Philipp. III. 65. p. 125. *καὶ οὐχὶ τοῦτό πω* (sic scribendum est, ut plurimi libri habent) *δεινόν, καίτερ ὂν δεινόν· ἀλλὰ καὶ μετὰ πλείονος ἀσφαλείας πολιτεύσασθαι δεδώκατε τούτοις ἢ τοῖς ὑπὲρ ὑμῶν λέγουσιν.* orat. de Cherson. 30. p. 97. *καὶ τὸ μὲν τούτων τινὰς εἶναι τοιούτους δεινὸν ὂν οὐ δεινόν ἐστιν· ἀλλ' ὑμεῖς οἱ καθήμενοι οὕτως ἤδη διάκεισθε, ὥστε —.* de fals. legat. 113. p. 375. *καὶ οὐχὶ τοῦτό πω δεινόν, τηλικοῦτον ὄγ· ἀλλὰ καὶ συνεῖπε μόνος τῶν ἐν τῇ πόλει πάντων ἀνθρώπων.* ibid. 111. p. 374. *Οὐ τοίνυν ἐκ τούτων μόνον δῆλός ἐστ' ὅτι χρημάτων ἅπαντ' εἶπεν ἐκεῖνα· ἀλλ' ἦκον —.* Cum his contendas quod paulo aliter comparatum est exemplum orat. in Mid. 72. p. 537. *οὐδὲ τὸ τύπτεσθαι τοῖς ἐλευθέροις ἐστὶ δεινόν, καίτοι ὂν δεινόν, ἀλλὰ τὸ ἐφ' ὕβρει.* Deinde, ne pluribus moremur in re certa, in coniunctione verborum *φησὶ καὶ προσποιεῖται*, in qua librarii offenderunt, ut alii *καὶ* omitterent, alii eius loco *ἢ* particulam inserrent, nihil insoliti deprehendimus, siquidem prius illud altero addito accuratius definiri dicendum est. Inverso ordine utrumque orat. c. Lacrit. 7. p. 925. coniunctum videmus: *οἷοίπερ προσεποιοῦντο καὶ ἔφασαν εἶναι.* Denique *καὶ* particula post *ἀλλὰ* in plurimis libris inserta nullo pacto ferenda est. Cf. Philipp. III. 57. p. 125. et orat. de fals. legat. 276. p. 429. ex quo patet, priore illo loco *μόνον* pro

Digitized by Google

§. 168 μόνους recte cum Parisin. libro Σ. scriptum esse. Add. orat. de fals. legat. 111. p. 374. — ὄντα γ' ἐχθρὸν. Errat hoc loco Schaeferus, dum meliora Godofr. Hermannum docere studet et qui hunc peritissimum graecitatis magistrum sequuntur. Enimvero vis et potestas γε particulae ad participium pertinet, non ad omnia haec ὄντα ἐχθρὸν ἡμῖν καὶ πονηρόν. Hoc enim dicit orator, Cotym eo ipso tempore, quo bellum cum Atheniensibus gessit, interfectum fuisse. Nos dicimus: *als er gerade begriffen war im Kriege mit uns.* Alia neque apta hoc loco sententia foret, si γε post ἐχθρὸν ponitur esset. Vid. Hermann. ad Viger. p. 827. Et vide quam apte tum τῶν ποιῶν antecedat; de qua formula dictum est §. 143. p. 418. — ἀποκτίννυσιν ὁ Πύθων. Olymp. CV, an. 2. Vid. Winiewskii commentarios historic. p. 194. — ὁ νυνὶ βασιλεύων· qui nunc ipsum regnat. Philipp. I. 14. p. 44. τῇ νυνὶ βοηθείᾳ. Platon. Phaed. p. 115. C. ὁ νυνὶ διαλεγόμενος. Duo deteriores libri ὁ νῦν βασιλεύων dederunt. — ἦκε δὲ Κηφισόδοτος στρατηγῶν. Olymp. CV, an. 2. ant. Chr. 358. Huic expeditioni intererat Demosthenes trierarchus, teste Aeschine orat. in Ctesiphont. 51 et 52. p. 61. τί γὰρ δεῖ νῦν ταῦτα λέγειν, — τὰ περὶ τὴν Κηφισοδότου στρατηγίαν καὶ τὸν τῶν νεῶν ἔκπλουν τὸν εἰς Ἑλλήσποντον, ὅτε εἷς ὢν τῶν τριηράρχων Δημοσθένης καὶ περιάγων τὸν στρατηγὸν ἐπὶ τῆς νεὼς καὶ συσκιτῶν καὶ συνθύων καὶ συσπένδων, καὶ τούτων ἀξιωθεὶς διὰ τὸ πατρικὸς αὐτῷ φίλος εἶναι, οὐκ ἔκτησεν ἀπ' εὐαγγελίας αὐτοῦ πριαμένου περὶ θανάτου κατήγορος γενέσθαι. ubi vid. Bremii adnot. — μὴ συγχωροῦντος Ἀρταβάζου. id est, κἂν μὴ συγχωρῇ Ἀρτάβαζος, etiam invito Artabazo, ut Hier. Wolfius explicavit.

§. 164. τί δὴ προσῆκεν — τὸν ὡς ἀληθῶς ἁπλοῦν καὶ φίλον. Haec, quae optimi libri tenent, reposui, item Funkhaenelio in commentt. literar. Darmstad. an. 1841. n. 116. p. 962. et editoribus Turicensibus probata. Quae alii libri habent et προσῆκον ἦν et post φίλον additum ποιῆσαι, conformata sunt ad aliorum locorum exemplum, velut orat. de coron. 62. p. 245. τί προσῆκον ἦν ἐλέσθαι πράττειν καὶ ποιεῖν τὴν πόλιν. Non est insuetum προσῆκεν cum accusativo personae iungi, ut Isocrat. orat. de antid. §. 119. δεύτερον τί προσήκει τὸν στρατηγὸν τὸν ἀγαθόν; quem locum praeter hunc Demosthenicum Bernhardyus synt. p. 352. attulit. Quapropter non dubitavi infinitivum ποιῆσαι, ab Im. Bekkero et Dindorfio tantummodo uncis inclusum, plane omittere. — παρόντος μὲν στρατηγοῦ οὐχ ἂν ἐκεῖνος ἔφησεν ἂν αὐτῷ φθονεῖν οὐδενὸς, ἀλλ' ὄν —. Haud dubie vera scriptura, quam tamen ex optimis libris non expressi, qui ἂν particulam omittunt, uti novissimi editores Turicenses scripserunt.

Digitized by Google

Veram illam habeo, quod elegantia graeci sermonis et moderatione §. 164
oratoris dignior est, quam quae a librariis proficisci potuerit. Idcirco eam tuiti sint Im. Bekkerus et Dinddrfius, praecedente Reiskio, qui verba hoc ordine explicata *παρόντος οὐδενὸς ἐκ τούτων τῶν στρατηγῶν, οὓς ἑαυτῷ φθονεῖν ἐκεῖνος ἂν ἔφησεν.* in latinum sic transtulit: *agente ibi locorum imperatore quidem nostro, at non eo ex imperatorum numero, quos ille sibi invidos atque infestos esse causatus esset.* Ἔφησεν ἂν eadem ratione dictum est, qua nota illa φαίη τις ἄν, ἔγωγε τις ἄν, quemadmodum Xenophon Hellen. V, 3, 20. dixit: Ἀγησίλαος δὲ τοῦτο ἀκούσας οὐχ ἥδετο ἄν τις φαίη ἡσθῆναι ὡς ἀντιπάλῳ, ἀλλὰ ἐδάκρυσε καὶ ἐπόθησε τὴν συνουσίαν. Omissam nostro loco ἄν particulam puto ut librariis incommodam, qua conditio quaedam significaretur, quae iis ad oppositionis rationem minus apta videretur. Ceterum circumscribit his verbis orator eos, qui probi et benevoli non sunt, idque facit per formam antitheseos, ut magis appareat, quo animo in Charidemum Cephisodotus fuerit, quamvis postea ab illo deceptus. — *τῶν παρ' ὑμῖν.* In nonnullis libris ἡμῖν scriptum est. Vid. adnotat. ad §. 142. p. 413. — *τετελευτηκότος δὲ Κότυος.* Libri plures *τοῦ Κότυος* exhibent, sed non opus est, ut ita cum Reiskio scribatur. Vid. adnotat. ad §. 142. p. 414. — *καθιστάναι τὸν βασιλέα.* Tres libri, qui etiam alibi verborum ordinem immutare solent, hic *τὸν βασιλέα καθιστάναι* dederunt. Quam falso, inde liquet, quod quum tres actiones continuo commemorentur et prima earum per *νὺ* particulam inducta sit, duae reliquae vel potius verba, quae eas exprimunt, ad negativam quam proxime accedere debent. — *καιροῦ τοιούτου λαβόμενον.* id est, *tali opportunitate arrepta.*

§. 165. *ἔγωγ' ἄν φαίην.* Ita affirmare solet orator. Orat. c. Leptin. 28. p. 466. *οὔκουν ὅτι πολλῷ μείζονα βλάψει τῶν ὠφελειῶν ἂν ἔχει, προσήκει λελόσθαι παρὰ τοῖσδε αὐτόν; ἔγωγ' ἄν φαίην.* orat. I. in Stephan. 65. p. 1121. *τοῦτον οὐ μισεῖν ὡς κοινὸν ἐχθρὸν τῆς φύσεως ὅλης τῆς ἀνθρωπίνης προσήκειν; ἔγωγ' ἄν φαίην.* Quam dicendi modestiam non ceperunt, a quibus hoc loco *ἔγωγέ φημι* scriptum est. — *πολλοῦ γε δεῖ.* De *καὶ* particula ante *δεῖ* in aliquot libris inserta dictum est ad §. 34. p. 194. — *ἀλλὰ τὸν μὲν ἅπαντα χρόνον.* Oppositum, quod hoc loco *μὲν* particula requirit, continetur praegressis et partim extremis huius enunciationis verbis *καὶ οὐδὲ λόγον φιλάνθρωπον δεδοὺς,* ex quibus, si opus esset, illa para orationis, quae *δὲ* adversativam assumeret, fingi posset. Vim particularum *ἀλλὲ μὲν* Schaeferus latine reddit *quin.* Cf. Bornemannum ad Xenophontis Memor. I, 2, 2., qui hunc locum citat, ibique Sauppium et inprimis

Digitized by Google

§. 165 Hartungium de particulis gr. p. II. p. 414, unde non rarum esse istam dictionem videmus. Deinde ante ἅπαντα χρόνον in tribus deterioribus libris et editionibus veteribus, unde sumsit Reiskius, ἄλλον adiectum est, quo tempus a Cephisodoti adventu usque ad pactum, de quo §. 167., diligentius significaretur. Vid. Schaeferi notam. Sed ἄλλον auctoritate suorum librorum recte omisit Im. Bekkerus. — διήγαγεν ἡμᾶς πολεμῶν· *perpetuo nos bello petiit.* Aliter haec Reiskius in adnotationibus eodemque modo copiosius in indice graecit. p. 139. exposuit. Διάγειν enim, quemadmodum Etymologicum magn. s. v. explicat, capit vi verborum παρέλκειν et ἐξαναγκάζειν, ἡμᾶς relato non ad πολεμῶν, sed ad διήγαγεν. At non simulatum bellum cum Atheniensibus Charidemum gessisse, docent sequentia, ut a Schaefero monitum est. Quare διάγειν hoc loco cum participio iunctum significat διατελεῖν, ut infra §. 179. κολακεύων καὶ φενακίζων ὑμᾶς διηγέγονει. Cf. orat. de coron. 205. p. 295. ἀλλ' ἀγωνιζομένη καὶ ῥωτείαν καὶ τιμῆς καὶ δόξης κινδυνεύουσα πάντα τὸν αἰῶνα διατετέλεκεν. Attulit Schaeferus commode orat. c. Boeot. de dot. 43. p. 1021. ἕνδεκα ἔτη διήγαγε κακουργῶν. Deinde aptum e κολαφῶν accusativum ἡμᾶς esse exquisitiorem contendo dativo, qui in deterioribus libris exstat et Schaefero perplacet, siquidem aptior hoc loco vis bello aggrediendi s. petendi est, quam bellando congrediendi: de qua vi Wesselingius ad Diodor. Sicul. IV, 61. et Wyttenbachius ad Plutarchi Moral. t. II, p. 145. disseruerunt. Quod hanc constructionem posterioribus demum scriptoribus dicunt usitatam, id nolim in eam partem acceptum, ut de illis exemtum putemus Demosthenem. Vid. Dorvill. ad Charit. p. 576. ed. Lips. — ἡμῶν — ὁρμωμένων. Loquitur hic Demosthenes testis rerum, quas ipse vidisset, neque dubito, quin Euthycles quoque actor expeditioni interfuerit. Paulo post §. 166. μετὰ ταῦτα δὲ πλευσάντων ἡμῶν. Pro ὁρμωμένων in aliquot libris male scriptum est ὁρμησαμένων. Eadem scripturae diversitas orat. c. Lacrit. 28. p. 932. invenitur. De hac vv. permutatione disputavit Dorvillius ad Charit. p. 271. ed. Lips. a Schaefero citatus. — εἰς Πέρινθον. Urbs fuit ad Propontidem sita. Diodor. Sicul. XVI, 76. Mannerti geograph. vet. t. VII. p. 175. — κατήραξε. Ita recentiores editores et primus inter eos Im. Bekkerus e codd. rescripserunt pro κατέῤῥαξε, quod prius scriptum erat. Illam scripturam a καταῤῥάσσειν derivatam tuetur etiam Valkenarius ad Herodot. IX, 69. et VIII, 90. atque Wesselingius ad V, 68. eam exemplis firmat. Cf. interpretes ad Thucyd. VII, 6., Brunckius ad Aristoph. Equitt. 647. Altera forma descendit a κατὰ et ῥάσσω. Sed κατήῤῥαξε, uti nonnulli libri habent, quod suadet Taylor, vitiosum est.

Digitized by Google

§. 166. *μετὰ ταῦτα δὲ πλευσάντων ἡμῶν — ἐντεῦθα δ' ἐλθόν-* §. 165
των ἡμῶν καὶ κυλινδουμένων τούτους. Totum hunc locum primus interpungendo optime constituit Schaeferus, quem mireris editores Turicenses non omnes in partes sequutos. Sequutus est Funkhaenelius in commentariis literar. Darmstadiensibus ann. 1841. n. 116. p. 962. Equidem id non recte feci, quod maiorem post *χωρίον* interpunctionem ex editione Dindorfiana residere passus sum. Animadvertas in hoc verborum circuitu ante omnia orationem inchoatam cursu suo mediis sententiis interrumpi. Abripuit oratorem animi commotio; totus enim in Charidemi iniuria est, qua ille Athenienses affecerat, qui piratas ex Alopeconneso depulsuri essent. Sed interrupta oratio resumitur deinde paulum mutata verbis *ἐντεῦθα δ' ἐλθόντων ἡμῶν.* Ibi δὲ particula repetita in tribus optimis libris, nescio qua de causa ab Im. Bekkero Dindorfioque atque Schaefero omissa, recte se habet et iure a Doberenzio in observatt. Demosth. p. 26., Funkhaenelio et editoribus Turicensibus retenta est. Ut enim verba *μετὰ ταῦτα δὲ πλευσάντων ἡμῶν* praecedentibus opposita per δὲ adnectuntur, ita etiam ea, quae repetitionem illorum continent, recipere solent novum δὲ, quo oppositio incepta redintegretur. Hoc inprimis docuit Buttmannus ad Demosth. orat. Midian. p. 152. 11. Cf. Thucydid. I, 18. ibique Goeller. et Xenophont. Hellenic. I, 3, 18 et 20. *ἐπεὶ δ' ἐξέπλευσεν ὁ Κλέαρχος, οἱ τροδιδόντες* — et §. 20. oratio propter longiorem intercapedinem iterato δὲ continuatur. Addo ex Demosthene orat. de fals. legat. 265. p. 425. et 266. p. 426., ubi, quum verbis *ἐπειδὴ δὲ δωροδοκεῖν ἤρξαντό τινες* inceptam orationem per multa membra protraxerit nec dum finiverit, eam repetito *ἐπειδὴ δὲ κ. τ. λ.* perspicuitatis causa ad finem duxit. Fortasse tamen ii, qui nostro loco δὲ omiserunt, in suum usum adhibere poterunt alterum eiusdem orationis locum §. 125. et 126. p. 379. — *νὴ Δί', ἀμυνόμενος γάρ.* De hoc *ἀναφορᾶς* genere et singulari eius forma supra p. 243. s. dictum est. — *ὑπὲρ τοῦ μὴ παθεῖν.* Eodem modo supra §. 125. dixit eodemque absoluto verbi *παθεῖν* usu, ubi vid. adnotat. — *οὐδαμοῖ τῆς Θρᾴκης.* Discrepant hic libri in *οὐδαμοῖ, οὐδαμοῦ, οὐδαμῆ.* Vid. Maetzneri not. ad Lycurg. p. 131. s. ad Antiph. p. 169. et Frid. Franki ad oratt. Philipp. p. 91. — *Ἀλωπεκόννησον.* Harpocration s. v. *Ἀλωπεκόννησος, πόλις τῶν ἐν Χερρονήσῳ.* Ea etiam orat. de coron. 92. p. 256., a Suida, Stephano, Livio XXXI, 16., Pomponio Mel. II, 2. inter urbes Chersonesi numeratur. Quare illud, quod apud Plinium hist. nat. IV, 23, s. 12. et Etymolog. magn. s. v. *Ἀλωπεκόννησος, ὄνομα νήσου.* relatum legimus, non recte se habet. Fortasse, quia haec urbs prope mare in promontorio extremo versus Imbrum sita

Digitized by Google

§. 166 fuit, idcirco ei nomen insulae inditum est. De hac urbe et promontorio vid. Mannerti geograph. vet. p. VII. p. 197. — καὶ ἦν ὑμετέρα. Antiqua fuit Atheniensium possessio, sed Olymp. CV, an. 2. Iatronibus occupata. Vid. Winiewskii commentt. p. 196. In sequentibus Reiskius ante ἀνέχον de suo addidit ἐστὶν, quo non opus est; antecedentibus ἡ Χεῤῥονήσου μέν ἐστι et proximis καὶ ἦν ὑμετέρα per parenthesin interpositis. — λῃστῶν δ' ἦν μεστὴ καὶ καταπονιστῶν. Iunguntur ut homines eiusdem generis etiam apud Lucianum de merced. conduct. p. 24. edit. Lehm. εἰ μὲν σέ τις ἢ πλέοντα καταπονιστὴς συλλαβὼν ἢ λῃστὴς ἀπεδίδοτο, ὥσπερ ἂν σεαυτόν. Isocrat. Panathen. 226. p. 286. οὐδὲν μᾶλλον ἢ τοὺς καταπονιστὰς καὶ λῃστὰς καὶ τοὺς περὶ τὰς ἄλλας ἀδικίας ὄντας. De καταπονιστιστὰς vid. Mori et Bremii adnotatt. ad Isocrat. Panegyr. §. 115.

§. 167. *Πορευθεὶς.* Scriptura Reiskii λαθὼν πορευθεὶς Schaefero placet, sic latine reddenti: *clam vobis facto itinere*, scilicet quo facilius nos inopinantes adgrederetur. At vero manifestum librariorum commentum est: non occultum Charidemi iter notatur ab oratore, sed impudentia hominis, qui aliorum ira nihili faciens per alienos agros cum copiis profectus sit. Hinc etiam patet, cur additum sit πάσης τῆς ὑμετέρας. Athenienses enim, quum iter conferrent Alopeconnesum, nullum Thraciae locum attigerunt; Charidemus contra, quum eodem intenderet, per totam Chersonesum Atheniensium possessionem agmine ivit. Addito λαθὼν astutia Charidemi significaretur, qua Athenienses latuisset per ipsorum terram proficiscens. Ea autem significata illis ipsis opprobrio fuisset, qui non diligenter sibi caviesent a talibus artibus. — ἡμῖν μὲν προσέβαλλεν. Apertius fit ex hoc loco, Euthyclem tempore illius expeditionis inter trierarchos Cephisodoti fuisse. Τμῖν, quod in tribus libris exstat, nullo modo ferendum est. — καὶ πρότερον — ἔκπλει. Nihili est scriptura e correctione in margine duorum librorum profecta: καὶ οὐ πρότερον προσκαθήμενος ἐπαύσατο πρὶν τὸν ὑμέτερον στρατηγὸν ἔκπλει. Verba totius loci bene sic explicavit Reiskius: *Charidemus Cephisodotum a se obsessum, hac admota necessitate, prius coegit non optime reipublicae vestrae consulere, quam pateretur a Cephisodoto sibi persuaderi, ut earum conditionum, quibus subscripsisset et satisfacturum recepisset, vel uni satisfaceret.* Attendas praeterea urbanitatem oratoris vel potius cautionem, qua vitia Cephisodoti in illa oppugnatione Alopeconnesi commissa texit. Quam melius intelligeremus, si accusationis capita, quae trierarchi, inter eos ipse Demosthenes, in Cephisodotum deprompserunt, sciremus. Haud dubie ducem nimia Charidemi fiducia detinuit, quominus celeriter, quae opus

Digitized by Google

essent, reperiret illique fortiter occurreret. — *ὑπέσχητο*. Aoristum §. 167 *ὑπέσχετο*, antegresso *ὡμολογήκει*, vitiose dederunt minus boni libri et editiones veteres, Reiskio sequente. *Ὑπέσχετο* et *ὑπέσχητο*, non admodum scribendo distincta, librarii saepenumero inter se permutarunt. Vid. orat. de fals. legat. 121. p. 378. et 137. p. 383. — *καὶ γράφει δή. et iam scribit.* — *τὰς συνθήκας ταύτας τὰς πρὸς Κηφισόδοτον*. Aptissime hac scriptura pactio illa, quam Cephisodotus cum Charidemo fecerat, propter turpitudinem suam discernitur ab aliis illo tempore factis et cum gravitate quadam significanter *τὰς συνθήκας ταύτας* dicit eas, *quae omnibus notae sunt*, eaeque repetito articulo etiam magis efferuntur: *nämlich die mit Cephisodotus:* quae repetitio nescio quam ob causam Im. Bekkeri Dindorfiique assensum non tulerit, quamvis plurimis et optimis libris commendata. Neque obstat dicendi ratio, ut apparet ex orat. de fals. legat. 150. p. 387. *ἡ μὲν εἰρήνη τέλος εἶχεν αὐτὴ ἡ τοῦ Φιλοκράτους*. ibid. 53. p. 357. *τό τε ψήφισμα τοῦτ' ἔλαβον τὸ τοῦ Φιλοκράτους καὶ τὴν ἀπαγγελίαν ἐπύθοντο τὴν τούτου*. Cf. de fals. legat. 17. p. 346. Laudandi sunt editores Turicenses, quod articulum receperunt. — *ἐφ' αἷς ὑμεῖς οὕτως ἠγανακτήσατε καὶ χαλεπῶς ἠνέγκατε*. Vid. §. 170. orat. c. Conon. 15. p. 1261. *χαλεπῶς ἐφ' οἷς πέπονθα ἐνηνοχὼς οὐχ ἧττον τοῦτ' ἀγανακτήσαιμ' ἄν*. orat. c. Leptin. 135. p. 498. *ἐφ' οἷς τοῖς ἄλλοις χαλεπῶς ἔχων ὁρᾶται*. Apud Platonem Phaed. p. 69. D. eadem verba coniunguntur: *οὐ χαλεπῶς φέρω οὐδ' ἀγανακτῶ*, apud Xenophontem Cyrop. V, 5, 4. *ὀργίζεσθαι* et *χαλεπῶς φέρειν*. Eadem cum solo dativo et in eadem enunciatione *χαλεπῶς φέρειν* cum *ἐπὶ* et dativo constructa sunt orat. in Mid. 108. p. 550. *ἐγὼ γὰρ ἐνηνοχὼς χαλεπῶς ἐφ' οἷς περὶ τὴν λειτουργίαν ὑβρίσθην, ἔτι πολλῷ χαλεπώτερον τούτοις μετὰ ταῦτα ἐνήνοχα καὶ μᾶλλον ἠγανάκτησα*. De diversa constructione verborum affectum animi significantium Bastius epist. crit. p. 105., Bernhardyus synt. p. 102 et 112., et Matthiaeus gr. §. 399. et n. 1. — *ὥστε ἀπεχειροτονήσατε μὲν τὸν στρατηγὸν — τὸ μὴ θανάτου τιμῆσαι*. Si Androtionis *Ἀτθίδων* libri superessent, multo plura et certiora de hac Cephisodoti expeditione et insequuta capitis causa comperta haberemus. Nunc acquiescendum est in iis, quae singula a singulis scriptoribus de his rebus tradita accepimus. Harpocration sub v. *Κηφισόδοτος*: *Ἀνδροτίων ἐν πέμπτῃ Ἀτθίδος ἱστορεῖ ὡς Ἀλωπεκόννησον πολιορκῶν ἀπεχειροτονήθη καὶ κριθεὶς ἁλὼ καὶ ἀπέτισε πέντε τάλαντα*. Eadem fere apud Photium s. h. v. legimus. Ob rem male gestam ad Alopeconnesum postquam de imperio decedere iussus erat, Athenas redire ad causam dicendam coactus est. Accusatus erat Olymp. CV, 3., facta *εἰσαγγελίᾳ*, proditionis:

Digitized by Google

§. 167 quo crimine teneri solebant duces, qui in bello commiserant aliquid, quo commodis populi non consuluisse viderentur. Demosth. orat. c. Leptin. 79. p. 481. *μίαν μὲν πόλιν εἰ ἀπώλεσεν ἢ ναῦς δέκα μόνας, περὶ προδοσίας ἂν αὐτὸν εἰσήγγελλον οὗτοι, καὶ εἰ ἑάλω, τὸν ἅπαντ' ἂν ἀπολώλει χρόνον.* Cf. lexic. rhetor. addit. editioni Photii Porson. p. 667. Sed hoc etiam ex orat. de fals. legat. p. 398. init. manifestum est, ubi plures memorantur, qui detrimenta civitati intulerant, partim morte, partim magna pecunia mulctati, et in his fuit Cephisodotus. Nam qui ibi commemoratus est, etsi id Reiskius in dubio ponit, non alius est quam hic Cephisodotus Aristocrateae, cui mulcta quinque talentorum irrogata est, ut lumen alter locus alteri adhibere debeat. Praeterea ab Aeschine orat. in Ctesiphont. 51. p. 61., ubi eius imperium et navigatio Hellespontia attingitur, dictus est *ἀπ' εἰσαγγελίας κρινόμενος περὶ θανάτου*, eiusque accusator Demosthenes fuit, qui illo tempore munere trierarchiae functus erat. Et scholiastes ad h. l.: *Κηφισόδοτος, πολιορκήσας Ἁλοπεκόνησον, εἰσαγγελθεὶς διὰ τὴν συνθήκην τὴν πρὸς Χαρίδημον γενομένην καὶ καταψηφισθεὶς πέντε τἀλάντοις ἐζημιώθη.* Ex his, quae de Cephisodoti rebus exposita sunt, simul intelligitur, cur Reiskii coniecturae *ζημιώσαντες*, quam adeo textui intrusit, et *πεντήκοντα* pro *πέντε* probari nequeant. Accedit praeter omnium librorum fidem Im. Bekkeri anecdotorum p. 146, 18. auctoritas, quam Schaeferus citavit. De diversitate mulctarum vid. Boeckhii oecon. civ. Atheniens. p. I. p. 414. s. et quae antea dixit. Apud Demosth. orat. in Timocr. 127. p. 740. aliquis dicitur *προδοσίας ἁλοὺς τρία τάλαντα ἀποτίσαι.* Ultima verba *τρεῖς δὲ μόναι ψῆφοι διήνεγκαν κ. τ. λ.* Reiskius in indic. graecitatis p. 151. sic explicavit: *tria sola suffragia absolventia numero quod essent plura, quam condemnantia, obstabant, quominus mortis supplicio damnaretur.* Ad sententiam similiter in adnotationibus. Genus dicendi simile huic invenimus infra §. 205. *παρὰ τρεῖς μὲν ἀφεῖσαν ψήφους τὸ μὴ θανάτῳ ζημιῶσαι.* Usitatus est hic accusativus *τὸ μὴ — τιμῆσαι*, quem dicunt effectus. Denique *μόνοι* pro *μόναι*, quod editiones veteres praeter unam habent, non dubitaverim quin vitiose scriptum sit pro *μόνον*, quod reperitur orat. in Mid. 75. p. 538. *μιᾷ μόνον ἁλῶναι ψήφῳ.* et Aeschin. orat. in Ctesiphont. p. 643. ed. Reisk. *ἴσαι αἱ ψῆφοι αὐτῷ ἐγένοντο· εἰ δὲ μία μόνον μετέπεσεν, ὑπερώριστ' ἂν ἢ ἀπέθανεν.* Aeque vitiosa est scriptura *διηνέγκαντο μή*, articulo *τό* ad verbum *διήνεγκαν* tracto: neque ullius pretii, quod duo libri habent, *τοῦ μὴ — τιμῆσαι.* Etiam hic Schaeferus Im. Bekkeri anecdota p. 175, 11. affert, quorum testimonio omnia confirmantur. Ibi *τιμᾶν* explicatur per *ἄξιον ἡγεῖσθαι.*

Digitized by Google

§. 168. *καίτοι πηλίκην τινὰ χρὴ — καὶ νῦν τιμώμενον.* Simi- §. 168
liter argumentatur orator in orat. de coron. trierarch. 9. p. 1280. *καίτοι σκέψασθε τίν' ἄν ποτε δόξαιτε βεβουλεῦσθαι τρόπον, εἰ διὰ τὴν αὐτὴν πρόφασιν τοὺς μὲν θανάτου κρίναντες τοὺς δὲ στεφανώσαντες φανείητε.* — *τὴν ἀλογίαν.* Hoc vocabulum ex hoc loco notavit Harpocration sic interpretans: *τὸ μηδένα ἔχειν λόγον, ἀλλ' ἀλογιστὶ πράττειν· Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Ἀριστοκράτους, καὶ Πλάτων.* Vid. Maussaci adnotat. — *ὅταν.* Attendit Schaeferus identidem ad hanc dicendi rationem, qua sequitur enunciatio temporalis, ubi causalis exspectatur. Vid. adnot. ad §. 62. p. 250. — *ὡς ἀδικοῦντα.* Nonnulli libri *ἀδικήσαντα.* Non recte. Lycurg. orat. in Leocrat. 116. p. 164. *τὸν — ἐγκαταλιπόντα ὡς οὐδὲν ἀδικοῦντα ἀφήσετε.* De vi participii praesentis dictum est ad §. 27. p. 180. — *καὶ γὰρ ἐκρίνεθ' ὑμεῖς κ. τ. λ.* Apte *κολυσσυνδετῶς* congerit plura, quae ostendant, auditores ipsos eius rei, de qua loquitur, optimos sibi testes esse. Vid. §. 85.; ubi verba *καὶ πᾶσι*; ut hoc loco *καὶ πάντα* finem faciunt enumerationis. Cf. §. 73. ibique adnotata. — *ἐν Περίνθῳ.* De hac urbe §. 142. p. 415. dictum est. — *ΜΑΡΤΤΡΕΣ.* Omisi ante hanc vocem cum plurimis et optimis libris *ΤΡΙΗΡΑΡΧΟΙ*; quod addiderunt omnes recentiores editores praeter Turicenses. Neque adversatur oratoris consuetudo. Orat. de fals. legat. 146. p. 386. *κάλει μοι τοὺς Ὀλυνθίους μάρτυρας*, sed inscriptio *Ὀλυνθίους* non continet; orat. in Mid. 21. p. 521. *λέγε μοι τὴν χρυσοχόου πρώτην λαβὼν μαρτυρίαν*, deinde sequitur sola *μαρτυρία.*

§. 169. Narratur nunc mox post Cephisodoti et Atheniensium classis decessum insequuta Miltocythis caedes: qua crudelitate res Charidemi rursus in peiorem conditionem mutatae sunt. — *τὸν μὲν Μιλτοκύθην.* De hoc Thraciae regulo vid. adnotat. ad §. 104. p. 341. — *ὑπὸ τοῦ Σμικυθίωνος.* Harpocration s. v.: *Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Ἀριστοκράτους, ὄνομα κύριον·* ibi Valesius p. 173., qui tamen nihil affert nisi quod hoc oratoris loco commemoratum est. Harpocrationem citavit Reiskius: addit Schaeferus Photium c. 389., ubi male *Σμικυνθίων* scriptum. — *ὁ χρηστὸς οὗτος.* Ironice dictum est, ut saepe. Orat. de coron. 89. p. 255. *οἱ χρηστοί.* ibid. 318. p. 330. *ὦ χρηστέ.* In Timocrat. 200. p. 762. *οὗτος ὁ χρηστός.* Aristoph. Nub. 8. Vid. Ruhnkenium ad Timaeum p. 132. Ita quoque *γενναῖος, ἀγαθὸς, καλὸς*, velut orat. de fals. legat. 175. p. 396. *ὁ γενναῖος οὑτοσί.* in Androt. 32. p. 603. *ὁ καλὸς κἀγαθὸς οὗτος.* ibid. 47. p. 607. Aristoph. Nub. 61. Plat. Sympos. p. 177. B. *ὁ βέλτιστος Πρόδικος.* de republ. X. p. 595. C. Latini hoc modo utuntur *egregius, praeclarus*, aliis. — *οὐκ ὄντος νομίμου τοῖς Θραξίν.* Vid. Wachs-

Digitized by Google

§. 169 muthii antiquitt. Hellen. t. II. p. 1. p. 161. n. 52. — ἂν ἀχθῇ. Haec scriptura satis firmata libris praestat Reiskianae ἂν ἀναχθῇ. Nihil refert hoc loco commemorari, si Miltocythes ad Cersobleptem duceretur, duci in superiora Thraciae loca, sed in universum eum ad illum regem duci. Quomodo autem ortum sit ἀναχθῇ, non indiget explicatione. — λαβόντες καὶ αὐτὸν καὶ τὸν υἱὸν, ἀναγαγόντες. Hac, quam primus omnium Im. Bekkerus recepit, scriptura concinnior facta est oratio. Reiskiana nititur sola editionum veterum auctoritate. Ἀνάγειν e portu in altum mare ducere usitatissimum est, oppositum vocabulo κατάγειν in portum deducere.

§. 170. συστραφέντων. id quod συνταχθέντων, συστάντων, ut apud Thucydid. VI, 77. VII, 32. Saepe dictum est de militibus, qui dissipati congregantur, vid. Xenoph. Anab. I, 10, 6; tum etiam de iis, qui ad novi aliquid suscipiendum coeunt. Philipp. III, 60. p. 126. Cf. Valkenar. ad Herodot. I, 101. et Wesseling. ad lib. IX, 18. — Ἀθηνόδωρος. Non dux erat copiarum Atheniensium, ut Schaeferus opinatur, sed prospexit tantummodo, quando occasio ferret, eorum rationibus. Quo referas verba ἰδὼν τὸν καιρὸν τοῦτον. Habitabat enim in Thracia urbem, quam ipse condiderat, colonis, quos eo duxerat, cinctus. Vid. adnotat. ad §. 10. p. 147. Qui quum videret, Berisadem et Amadocum iratos Charidemo arma cepisse, coniunctus cum illis et ipse ad pugnandum surrexit, manu mercenariorum collecta, ne Athenienses absentes detrimentum in Chersoneso caperent. Quod autem is infra §. 171. et 176. dicitur copias dimisisse, nulla Athenis pecunia, qua stipendium persolveret militibus, accepta, inde non conficiendum est, eum ducem certum fuisse Atheniensium. Quoniam eorum commodi causa ad bellandum paratus erat, sperabat se ab iis stipendium de publico accepturum, ipsis tamen illo tempore quam maxime de pecunia laborantibus. — πρὸς τούτους. Haec editores Turicenses omiserunt Parisinum librum Σ sequuti. Sed quum ea margo huius libri et ceteri omnes retineant, probabile est omissa esse casu quodam a librario, qui postea errato agnito addiderit. Perspicuitatis causa non desiderantur, at conferre aliquid ad numerum orationis non negarim. — οἷός τ' ἦν πολεμεῖν. Ut Schaeferus p. 542. 6. et p. 1082. 8. et ad Plutarchum vol. IV. p. 324. in eam partem propensior est, ut delere encliticum τε in hac verborum coniunctione quam tueri malit, ita etiam hoc loco monitus nonnullis libris censet, videndum esse, ne melius absit. Sed librarii encliticum addiderunt nonnunquam, saepius omiserunt, otiosum esse arbitrati. Quod in hanc rem commenti sunt Harpocration, Photius, Suidas s. v., οἷον τ' εἶναι posse, alterum autem velle significare, id recte monet Ruedigerus ad Philipp.

Digitized by Google

I. p. 29. certo carere fundamento. Multo minus ferenda est Butt- §. 170
manni sententia dicentis ad orat. in Mid. §. 24. 12. fortius esse *οἷός τε ἦν*, quam *οἷος ἦν*, quum potius contrarium contendi possit. Nam *οὐχ οἷός ἐστι λέγειν* talem aliquem esse significat, cui a natura denegata sit dicendi facultas, *οὐχ οἷός τ' ἐστι λέγειν* contra is dicitur, quem conditio in qua versatur et res non sinunt loqui. Xenoph. Cyropaed. I, 4, 12. Memorab. II, 9, 4. *οὐ γὰρ ἦν οἷος ἀπὸ παντὸς κερδαίνειν*. In Demosth. Philipp. I. 9. p. 42. Ruedigerus non debebat scribere *οὐχ οἷός τ' ἐστιν, ἔχων ἃ κατέτρωται, μένειν ἐπὶ τούτῳ*. Hoc enim vult orator, Philippo natura inditam esse cupiditatem regni proferendi, ut non contentus sit iis quae sibi subiecerit. Quare Theophrastus in describenda singulorum hominum indole et natura dictionem *τοιοῦτος οἷος* infinitivo sequente frequentat. Hoc autem loco non dubitandum est, quin praestet *οἷός τ' ἦν*, quo non propria et peculiaris Athenodori facultas pugnandi, sed extrinsecus adiuta et sustentata indicetur: id quod exprimendum erat, quum ille copiis destitutus non posset pugnare nisi foedere cum Berisade et Amadoco facto. Itaque *τε* particula continetur relatio ad antecedentia eiusque vim planam tibi reddas vertendo: *nachdem er ein Bündniss geschlossen hatte, konnte er unter diesen Umstaenden Krieg führen*. Cf. orat. de fals. legat. 6. p. 343. — *ὁ Ἀθηνόδωρος*. De addito articulo vid. adnotat. ad §. 142. p. 414. — *καθ' ἃς*. Nonnulli libri *ἐν αἷς*, quorum scribae memores fuerint locorum, cuius generis hi sunt orat. c. Leptin. 181. p. 496. *τὰ ψηφίσματα, ἐν οἷς ἀτελεῖς εἰσὶν οὗτοι*. ibid. 158. p. 505. *ἀποκτεῖναι μὲν δικαίως ἔν γε τοῖς παρ' ὑμῖν νόμοις ἐξέσται*. Vid. adnotat. ad §. 23. p. 176. — *πρός τε ὑμᾶς καὶ τοὺς βασιλέας*. Erravi hoc loco in textu exhibens *ἡμᾶς*, quamvis in praestantissimis libris scriptum, quos recte editores Taricenses non sequuti sunt. Deinde, iisdem approbantibus, cum Im. Bekkero alterum *πρὸς* ante *τοὺς βασιλέας* iure omissum esse, docui in adnotat. ad §. 30. p. 189. Adde orat. de Rhod. libertat. 26. p. 198. *παρὰ τοὺς ὅρκους καὶ τὰς συνθήκας*., orat. I. in Aristogit. 24. p. 776. *ἡ πρὸς τοὺς γονέας καὶ τοὺς πρεσβυτέρους ὑμῶν παρὰ τῶν νέων αἰσχύνη*. Cf. tamen orat. c. Polycl. 21. p. 1213. *ἐκινδύνευσα αὐτὸς πρός τε χειμῶνας καὶ πρὸς πολεμίους*, ubi alterum *πρός* in August. I. et Bekkeri 1. deest. — *ἀποδοῦναι*. De infinitivo aoristi post verbum iurandi posito disputavit Lobeckius ad Phrynichum p. 750., hoc exemplo allato. — *τὴν χώραν*. Infra §. 177. *ἃς αὐτοῦ τῆς χώρας οὔσης*, quem locum Schaeferus attulit. Satis est sic indicari Chersonesum, quum nullam aliam terram auditores h. l. intelligere possent. Ita nonnunquam apud Demosthenem *ὁ πόλεμος* hel-

Digitized by Google

§. 170 lum Amphipolitanum dicitur, quod cogitationes civium magnopere occupabat.

§. 171. *ἐν ἀρχαιρεσίαις. in comitiis magistratuum creandorum*, quae in Pnyce habita sunt, teste Polluce Onomast. VIII, 134. Cf. Schoemanni libr. de comitiis Atheniensium p. 322. Ibi etiam auctore Xenophont. Memorab. III, 4, 1. *στρατηγοὶ* electi sunt. Adde Aeschin. orat. in Ctesiphont. 18. p. 55., quem pariter atque Aristocrateae et Xenophontis locum citavit Piersonus ad Moer. p. 11. a. Pluralem numerum huius vocis solum Atticistae probant. Vid. anecdota Im. Bekkeri p. 449, 29. — *οὐδ' ἀφορμήν*. Similiter orat. c. Leptin. 68. p. 477. *παρ' ὑμῶν οὐδ' ἡντινοῦν ἀφορμὴν λαβών*, quibus verbis convenit scriptura h. l. nonnullorum librorum. De vi vocabuli *ἀφορμή* Buttmannus ind. ad Midian. s. v., Bremius ad Isocrat. p. 43. et Bachius ad Plutarchi Pyrrh. p. 237. disseruerunt. — *ἔξαρνος γίγνεται*. sc. *ταύτας*. Orat. c. Aphob. 17. p. 849. *ἐπειδὴ ταῦτ' ἔξαρνος ἐγένετο*. lb. 42. p. 857. *ἃ μάλιστα οὐχ οἷον τ' ἦν ἐξάρνῳ γενέσθαι διὰ τὴν περιφάνειαν*. De hoc usu adiectivorum verbalium loquutus est Erfurdtius ad Sophocl. Antigon. 783. Stallbaumius ad Platon. Lys. p. 205. A. Matthiaeus gr. §. 422. — *τὸν Χαβρίαν*. Articulum ex Demosthenis consuetudine etiam hic secundum optimos libros Im. Bekkerus posuit, omissum in codd. aliquot et a Schaefero improbatum, conclamatus abesse censente. Sed recte ante *Κηφισόδοτον* deest. Vid. adnotat. ad §. 142. p. 414. — *οὐκ ἔχων δ' ἐκεῖνος, οἶμαι, δύναμιν*. In voce *οἶμαι* sic interposita Graecis aliquid urbanitatis inest: Opinantur tantum, ubi de certis loquuntur. Itaque reddi potest *natürlich, unstreitig*, latine *nimirum*. Orat. de fals. legat. 197. p. 403. *καὶ πεπωκότων, οἶμαι, καὶ μικρῶν ὄντων τῶν παροξυνόντων*. orat. c. Leptin. 3. p. 458. *καὶ ὅλως ἐν, οἶμαι, πολλοῖς οἷς πράττετε καὶ τοιοῦτό τι συμβαίνειν ἀνάγκη*. Alia affert ex Demosthene Vigerus p. 270. et passim attendit hunc usum Schaeferus in apparatu critico.

§. 172. *τῶν συνθηκῶν παραναγνωσθεισῶν*. Vix explicabis, quomodo *παραναγνωσθεισῶν* irrepserit in hunc locum, nisi ab ipso Demosthene scriptum erat, ut Reiskius et Dindorfius censuerunt. Exstat in tribus libris et antiquis editionibus et quod duo libri habent *παραγνωσθεισῶν*, depravatum ex illo putes. Eandem depravationem reperies in orat. de coron. 267. p. 315. in Timocrat. 38. p. 712. Apud Isocratem Panegyric. 120. p. 65. nunc ex Urbinate et Ambros. libro scriptum est. *εἰ παραναγνοίη τὰς συνθήκας τὰς τ' ἐφ' ἡμῶν γενομένας καὶ τὰς νῦν ἀναγεγραμμένας*. Vulgata habet *εἴτε ἀναγνοίη*. Im. Bekkerus et editores Turicenses *ἀναγνωσθεισῶν* probarunt, non improbante Schaefero, qui dicit: „*cum simplex videatur indicari*

Digitized by Google

rectitatio, non talis quacum coniuncta sit comparatio, ego Reiskiorum sequar." Haec scribens Dindorfium eam vocabulo vim tribuisse existimat, quam Taylor ad Demosth. orat. de coron. p. 229. 20. exemplis allatis exposuit: qua quidem adhibita nullus receptae scripturae aptus est locus. Sed quid impedit, quo minus id, exclusa comparandi notione, nude significare dicamus *iuxta recitare?* Ita accipienda est vox Diodor. Sicul. I, 73. Sed ad loci nostri similitudinem propius accedit quod Polybius II, 12. de legatis a Posthumio ad Aetolos et Achaeos missis narrat: *τὰ πεπραγμένα διεξῆλθον καὶ τὰς συνθήκας παρανέγνωσαν, ἃς ἐπεποίηντο πρὸς τοὺς Ἰλλυρίους.* Aeque commodum eiusdem scriptoris exemplum exstat III, 21., ubi Poeni cum legatis Romanorum Carthagine versantibus de Sagunto capto in senatu disceptant. Ibi scriptum est: *Ζακανθαίους δὲ παρέδεικνυον οὐκ ὄντας τότε Ῥωμαίων συμμάχους καὶ παρανεγίνωσκον πρὸς τοῦτο πλεονάκις τὰς συνθήκας.* Ibi quoque, ut hoc in transcursu moneam, siquidem in hunc locum cadit, commemoratur, *συνθήκας ἤδη συνωμολογημένας ὑπὸ Λουτατίου μετὰ ταῦτα τὸν δῆμον τῶν Ῥωμαίων ἀκύρους ποιῆσαι, διὰ τὸ χωρὶς τῆς αὐτοῦ γενέσθαι γνώμης.* — *ἐψηφίσασθε ψήφισμα Γλαύκωνος εἰπόντος. decretum tulistis, Glaucone rogante. Εἰπεῖν* usitatum est de eo, qui rogationem ad populum fert: qua probata decretum factum est, nomine rogatoris adiecto. Vid. Schoemanni libr. de comitiis Atheniens. I, c. 11 et 12. Talia decreta in Demosthenis orationibus pervulgata sunt, velut orat. c. Leptin. 127. p. 495. in Mid. 10. p. 517. de coron. 115. p. 265. 118. p. 266. Cf. Stallbaum. ad Platon. Phaedr. p. 258. A. Coniunctis verbis *ψήφισμα Γλαύκωνος εἰπόντος*, non recte interpunxit Reiskius, fortasse offensus in coniunctione vv. *ψήφιζεσθαι ψήφισμα.* Sed vid. §. 177., orat. de Halon. 26. p. 83. *ὑμεῖς δὲ τὸ μὲν ψήφισμα τοῦτ' ἐψηφίσασθε, οὐ μέντοι γ' ἐκείνου εἶναι Ἀμφίπολιν.* de contribut. 33. p. 176. c. Leptin. 70. p. 478. 84. p. 482. *τὸ τῷ Χαβρίᾳ ψήφισμα ψηφισθέν.* Andocid. de redit. 2. p. 22. ibid. §. 23. *τὸ ψήφισμα ὃ Μενίππου εἰπόντος ἐψηφίσασθε, εἶναί μοι ἄδειαν, πάλιν ἀπόδοτε;* Ac Voemelio hoc dicendi genus ad rarissimas Demosthenis loquutiones pertinere visum est in prolegomenis in orat. de Halones. p. 11: quo loco alia sunt quibus non adsentiar. Primum enim coniunctio verborum cum cognatis substantivis non rara est apud Demosthenem; deinde eadem apud eum invenitur non addito adiectivo vel pronomine. Sed multum refert, utrum substantivum cognatum generis, ut dicunt, abstracti sit, an concreti. Haec enim etiam nuda coniungi communi Graecorum dicendi ratione cum verbis suis possunt, ut *ψήφισμα ψηφίζεσθαι, ἀποστόλους ἀποστέλλειν, χώματα χοῦν, στί-*

§. 172

§. 172 ζειν στίγματα, γέφυραν γεφυροῦν, ὄρυγμα ὀρύττειν, ἐκβολὰς ἐκβάλλειν, ἐκῴδειν ἐκωδήν, alia; contra quae abstracti generis sunt, non possunt, ubique accedente adiectivo vel pronomine vel quod partes additamenti sustinet. — ἐξ ὑμῶν αὐτῶν. *e vobismet ipsis*, e civibus, qua ratione opponuntur Athenienses Athenodoro in Thracia habitante, quum nunc ipsi res suas ibi agere vellent, quas huc neque ille egerat. His verbis confirmantur quae supra §. 170. de Athenodoro dicta sunt. — ἐμμένῃ ταῖς πρὸς Ἀθηνόδωρον συνθήκαις. Omisi cum tribus optimis libris quae in iis post συνθήκαις omissa sunt verba ὁ Κερσοβλέπτης; hoc tamen non praetereundum est, ea in praestantissimo libro Σ inter lineas adscripta reperiri, ut incertum sit, num ibi addita sint ad monendos lectores, ut ὁ Κερσοβλέπτης subiectum enunciationis haberent, an ex errore scribentis exciderint, ut correctione interlicerentur. Hoc posterius verum esse statuo. Ista autem omissio verborum etiam Funkhaenelio in commentariis literar. Darmstad. an. 1841. n. 116. p. 968. et editoribus Turicensibus probata est. Ille ad eam probandam haec attulit: „Regis nomen ΣΤΩ omittunt, recte, opinor. Ita Charidemus intelligitur. Vide Reiskium ad p. 679, 15. Cf. §. 171. τί πάλιν ποιεῖ οὗτος ὁ Χαρίδημος; ἃς μὲν ἔμοσε πρὸς τὸν Ἀθηνόδωρον συνθήκας, ἕξαρνος γίγνεται καὶ τὸν Κερσοβλέπτην ἀρνεῖσθαι πείθει, γράφει δ' ἑτέρας κ. τ. λ. Cuncta haec molitus est Charidemus, non Cersobleptes.“ Adde, si vis, etiam proxima §. 173. et 174. de solo dici Charidemo et quod hoc loco Cersobleptis nomen adpositum sit, id esse non obscurum cur fecerint librarii, scilicet propter sequentia παρὰ μὲν τοῖν δυοῖν βασιλέοιν. Nihilo tamen minus admodum dubia est nominis omissio. Praeterquam quod e numero codicum, quibus commendatur, exemtus est praestantissimus liber, ut aliquid de fide eorum detractum sit, eam quoque argumenta et rationes improbabilem faciunt. Primum quae hoc loco commemorantur, magis conveniunt regi Cersoblepti, quam Charidemo duci et legato. Nam licet is omnia paraverit et molitus sit, tamen sanctio pacti, quod valeret, reservata erat regi. Idque eo magis hoc loco tenendum est, si quidem, quum decem legati cum publicis mandatis in Thraciam missi essent, verisimillimum est, eos ad ipsum regem, non ad eius ducem se convertere iussos fuisse, ut, si conventis staret, eum demum ad iusiurandum adigerent. Postulabat id dignitas reipublicae, praesertim quum Charidemum sibi infensum scirent atque Cersoblepti ad frangendum Athenodori pactum persuasisse constaret. Accedit, ut supra §. 170., ubi illud pactum primo sanctum ab Athenodoro commemoratur, nulla mentio Charidemi fiat, sed solius Cersoblieptis, penes quem esset firma eius

Digitized by Google

constitutio. Cf. §. 175. ὡς δὴ τὸν πόλεμον διδιως τὸν πρὸς τοὺς §. 172
Θρᾷκας καὶ πρὸς Ἀθηνόδωρον ἐποιήσατο συνθήκας μετὰ ταῦτα ὁ Κερσοβλέπτης, λέγε. et quod maxime spectandum est, §. 178., ubi mandata legatorum delata sunt, Cersobleptes is fuisse dicitur, qui ad ea per literas Atheniensibus responderit. Quam ob causam, si, quum textum constituerem, magis inquisissem in totum hunc locum, haud sane despexissem correctionem eius libri, cuius tanta est auctoritas, scripturamque ab omnibus libris praeter duos illos satis confirmatam recepissem. — εἰ δὲ μή. Notatu dignum est, quod hic infertur εἰ δὲ μή, antecedente ἂν μὲν, quae consuetudo dicendi est. Particula ἄν indicatur, dubium esse et experiendum, num maneat Cersobleptes in conventis nec ne, animo tamen ad sperandum propenso, id eventurum esse; per εἰ δὲ μὴ contrarium fieri tantum sumitur. Itaque illa ratione propensio ad aliquid adipiscendum vel voluntas, ut aliquid fiat aut non fiat, exprimitur, altera autem res, quae significatur, tanquam mentem attingens, ad solam cogitationem refertur. Exempla, quorum plura Stallbaumius ad Platon. Phaedon. p. 93. B. attulit, id clare ostendunt. Cf. Engelhardti adnotat. ad Platon. Menexen. p. 237. a. et Gust. Alb. Sauppii ad Xenophont. Memorab. II, 6, 37. Platon. Protagor. p. 325. C. καὶ ἐὰν μὲν ἐκών πείθηται (σὺ ἔχει)· εἰ δὲ μή, ὥςπερ ξύλον διαστρεφόμενον καὶ καμπτόμενον εὐθύνουσιν ἀπειλαῖς καὶ πληγαῖς. de republ. p. 540. C. μνημεῖα δ' αὐτοῖς καὶ θυσίας τὴν πόλιν δημοσίᾳ ποιεῖν, ἐὰν καὶ ἡ Πυθία ξυναναιρῇ, ὡς δαίμοσιν, εἰ δὲ μή, ὡς εὐδαίμοσί τε καὶ θείοις. Gorg. p. 470. A. Xenoph. Anabas. V, 3, 6. καὶ ἐπίστειλεν, ἢν μὲν αὐτὸς σωθῇ, ἑαυτῷ ἀποδοῦναι· εἰ δέ τι πάθοι, ἀναθεῖναι. Cyropaed. IV, 1, 15. Memorab. II, 6, 37. Isocrat. Archidam. 107. p. 138. Adde Plutarch. de rect. ratione audiendi c. 3. Ἂν μέν τινι προσπέσωσι διηγουμένῳ δεῖπνον ἢ πομπὴν ἢ ὄνειρον ἢ λοιδορίαν γεγενημένην αὐτῷ πρὸς ἄλλον, ἀκροῶνται σιωπῇ καὶ προσλιπαροῦσιν· ἂν δέ τις αὐτοῖς ἐπισπασάμενος διδάσκῃ τι τῶν χρησίμων ἢ παραινῇ τῶν δεόντων ἢ νουθετῇ πλημμελοῦντας ἢ καταφρονῇ χαλεπαίνοντας, οὐχ ὑπομένουσιν, ἀλλ' ἐὰν μὲν δύνανται, φιλοτιμούμενοι περιγενέσθαι διαμάχονται πρὸς τὸν λόγον· εἰ δὲ μή, φεύγοντες ἀπίασι πρὸς ἑτέρους λόγους καὶ φλυάρους. Neque ad propositum discrimen ullius momenti est, utrum εἰ μὲν antecedat, an ἐὰν δὲ μὴ sequatur, ut ex Herodot. III, 36. apparet: οἱ δὲ θεράποντες, ἐπιστάμενοι τὸν τρόπον αὐτοῦ, κατακρύπτουσι τὸν Κροῖσον ἐπὶ τῷδε τῷ λόγῳ, ὥστε, εἰ μὲν μεταμελήσει τῷ Καμβύσῃ καὶ ἐπιζητήσει τὸν Κροῖσον, οἱ δὲ, ἐκφήναντες αὐτόν, δῶρα λάμψονται ζωάγρια Κροίσου· ἢν δὲ μὴ μεταμελῆται μηδὲ ποθῇ μιν, τότε κατοχῇσθαι· ibi enim de eo, quod per ἢν δὲ μὴ inductum est,

Digitized by Google

§. 172 ministri magnam curam adhibebant. Idem cadit in locum ex Isocratis Panathen. 237. p. 282. allatum. Neque raro fit, ut ἐὰν antecedente ἐὰν δὲ μὴ sequatur, aut verbo adiecto, ut Plat. de republ. p. 575. D., aut omisso, ut apud Demosth. orat. in Timocrat. 63. p. 720., quocum cf. orat. c. Leptin. 47. p. 529.

§. 173. βουλεύεσθαι. Ita optimi libri et omnes recentiores editores. *Deliberare* enim longioris temporis est, contra *exigere iusiurandum* actio transiens. Bernhardyus in syntax. p. 383. ex Isocratis Nicol. 17. p. 80. haec affert: ὅσον αἱ μοναρχίαι πρὸς τὸ βουλεύεσθαι καὶ πρᾶξαί τι τῶν δεόντων διαφέρουσιν. Ibi quoque in uno Bekkeri libro βουλεύσασθαι. Cf. Maetzneri not. ad Lycurg. p. 151. — συμβαίνει τοῖς χρόνοις εἰς τοῦθ' ὑπηγμένα τὰ πράγματα ἤδη· *accidit, ut temporibus res eo iam inductae sint.* Attendas ad constructionem v. συμβαίνειν cum participio. Plat. Phileb. p. 42. D. λύπαι τε καὶ ἀληδόνες καὶ ὀδύναι καὶ πάνθ' ὁπόσα τοιαῦτ' ὀνόματ' ἔχει, ξυμβαίνει γιγνόμενα. Cf. Timae. p. 86. B. τὰ μὲν νοσήματα ταύτῃ ξυμβαίνει γίγνεσθαι. De varia huius vocis constructione vid. Stallbaumium ad Platon. Gorg. p. 479. C. Τπάγειν τι est *aliquid inducere, inscio altero vel non exspectante.* Philipp. III. 1. p. 110. εἰς τοῦθ' ὑπηγμένα πάντα τὰ πράγματα καὶ προειμένα ὥρᾳ ὥστε δίδοσθαι. Philipp. II. 31. p. 73. οὕτω τελέως ὑπήχθητε. de Cherson. 63. p. 105. — διατριβόντων. Hoc e Σ correcto recepi; ceteri libri praeter unum tuentur τριβόντων, quod et veteres et recentiores editiones habent, nisi quod duae τρυφώντων corruptum proposuerunt. Διὰ in τριβόντων existimo ultima syllaba antecedentis vocis ἤδη obliteratum. Saepissime διατρίβειν vi intransitiva utuntur, ut orat. de fals. legat. 169. p. 394. ἐν ὅσῳ — διατρίβομεν ἐν Πέλλῃ. Reiskius in indice s. v. τρίβειν praegressis τοῖς χρόνοις tacite repeti voluit τοὺς χρόνους ad eumque modum in adnotationibus interpretatus est. — ἐβοηθοῦμεν εἰς Εὔβοιαν. Olymp. 105, an. 3. vocati in auxilium ab altera parte Euboeensium sibi infestorum, quum alteram Boeoti adiuvarent, missis statim copiis, insulam ingressi bellum brevi tempore composuerunt. Cuius rei feliciter gestae quaque occasione mentionem fecit orator, ut orat. in Mid. 174. p. 570. ὅτε τὴν ἐπὶ Θηβαίους ἔξοδον εἰς Εὔβοιαν ἐποιεῖσθε ὑμεῖς. Olynth. I. 8. p. 11. Philipp. I. 17. p. 44. de Cherson. 74. p. 108. pro Megapolit. 14. p. 205. in Androt. 14. p. 597. Cf. Aeschin. in Ctesiphont. 85. p. 65. Diodor. Sicul. XVI, 7. Clinton. Fast. Attic. p. 132. ed. Kr. Boeckhii oecon. civ. II. p. 88. n. 293. eiusque disput. de temporum ratione orat. Midianae p. 82. Voemelii prolegomen. in Philipp. I. et Olynth. §. 15. Winiewskii commentar. p. 81. Brueckneri lib. de Philippo reg. p. 43. s. Boeh-

Digitized by Google

neckii quaestt. p. 10. Commemoravit autem hoc feliciter factum, ut §. 173
tempus expeditionis Charetis definiret. — *Χάρης ἦκεν ἔχων τοὺς ξένους.* Reversus Athenas, postquam contra Amphipolim missus, iisse populi non obsequens, Chium, Rhodum et alias insulas et terras vexaverat. Tum denuo imperator electus in Hellespontiregiones profectus est Olymp. CV, an. 3., quum bellum sociale exarsisset. Cf. argument. orat. Isocrat. de pace et Leloupius ad h. orat. p. 53. a. Haec Franc. Winiewskii sententia est in commentariis histor. et chronolog. p. 35., Diodor. Sicul. XVI, 7. afferentis. Alii vero, narrationem Diodor. Sic. XVI, 34. sequuti, Chersonesum Chareti censent traditam Olymp. CVI, an. 4., quam opinionem Winiewskius refutare studet p. 194. s. n. ††. Quare illi, ut Reiskius, verba oratoris *ἦκεν ἔχων τοὺς ξένους* referunt ad id tempus, quo Chares ex Asia redierat ab Artabazo, ad quem adiuvandum sub finem belli socialis profectus erat cum copiis. Fortasse discrepantia harum sententiarum sic solvetur, si statuerimus initio belli socialis foedus a Charete cum Cersoblepte de tradenda Chersoneso pactum, sed, inimicitiis eius in duos reges et Atheniensesdurantibus, finito demum illo bello et Sesto expugnata idem renovatum et confirmatum fuisse, quo tempore, auctore Diodor. Sicul., cieruchi in illas regiones mittebantur. Vid. Boehneckii quaestt. p. 727. n. 2. Ἦκειν etsi verti potest *reversus est*, *redire*, tamen propriam habet vim et potestatem *veniendi*. Ita etiam Olynth. I. 8. p. 11. de pace 9. p. 59. Male in complurib us libris *ἄγων* pro *ἔχων* scriptum est, quia Charetem hoc loco non tam ducem, quam possessorem mercenariorum significari convenit. Neque usitatus est quem quatuor libri exhibent verborum ordo *ἦκεν τοὺς ξένους ἄγων*. Orat. de coron. 168. p. 284. *ἦκεν ἔχων τὴν δύναμιν*. ibid. 227. p. 303. de fals. legat. 265. p. 426. *ἕτερος δέ τις ἦκεν ἔχων πρόβατα*. in Aristocrat. §. 150. in Conon. 28. p. 1265. *ἦκεν ἔχων μάρτυρας πολλοὺς ἐκ τῆν οἰκίαν*. Olynth. III. 5. p. 30. Eodem ordine dici *ἦκεν ἄγων* consentaneum est idque apparet e Xenophont. Hellenic. III, 4, 10. *αὐτὸν δὲ καὶ τὸν υἱὸν ἀναβιβασάμενος ἦκεν ἄγων πρὸς Ἀγησίλαον*. Plat. Phaedon. p. 117. A. Quod autem apud Xenophontem Cyropaed. I, 4, 17. *αὐτὸς ἔχων ἦκεν ἱππέας καὶ πεζούς*. scriptum est, id facit ibi oppositio, siquidem eum, de quo sermo est, suis ipsius copiis venisse dicendum erat. — *αὐτοκράτωρ*. Mittebant eum, ut omnia unius arbitrio gererentur, cum summa potestate. Ita dictus Alcibiades est Xenoph. Hellenic. I, 4, 20. *ἀναῤῥηθεὶς ἁπάντων ἡγεμὼν αὐτοκράτωρ*. Cf. Diodor. Sicul. XIII, 69. Cornel. Nep. vit. Alcibiad. 7. Novem enim collegae dati non erant suae potestatis, sed, quae imperator delectus terra marique ab iis geri vellet, ea dicto

Digitized by Google

§. 173 audientes gerere, et si qua in re ipsi imperium tenerent, ad eius voluntatem se convertere debebant. Non alienum igitur ab Atheniensium imperatore est, quod Demosthenes orat. de coron. 235. p. 305. de Philippo dicit: *ἦρχε τῶν ἀκολουθούντων αὐτὸς αὐτοκράτωρ ὤν, ὃ τῶν εἰς τὸν πόλεμον μέγιστόν ἐστιν ἁπάντων.* nisi quod illi etiam a tali duce, domum reverso, rationem factorum postulabant. Chareti autem, viro non tam belli ac rei militaris perito, quam promti consilii et publicis utilitatibus intenti, ea auctoritas contigit, quoniam maximam tum populi fidem quum pollicitationibus tum parte pecuniarum a socis exactarum tributa consequutus erat. De hac populi gratia iure questus est Isocrates orat. de pac. 55. p. 170. dicens: *τούτους δ' αὐτοκράτορας ἐκπέμπομεν ὡς ἐκεῖ σοφωτέρους ἐσομένους καὶ ἄμεινον βουλευσομένους κ. τ. λ. — καὶ ἔργῳ ἑαυτὸν ἐξήλεγξεν ὅτι καιροφυλακεῖ τὴν πόλιν. et re ipsa planum fecit, se tempus idoneum necandi reipublicae aucupari.* Ita interpretatus est H. Stephanus in lexic. s. v. *Καιροφυλακεῖ* formam pro altera *καιροφυλαχτεῖ*, quam Reiskius in adnotatt. praefert, retinere non dubitavi secundum ea, quae Lobeckius in parergis ad Phrynich. p. 574. s. et Goettlingius ad Aristotelis polit. VIII. p. 260. 8. docuerunt. Ille ait: „A *καιροφύλαξ* fit *καιροφύλακος* nomen atque inde *καιροφυλακέω*, o littera primigenia (*φυλακ-ο-ς*) in *s* mutata. Verba in *κτέω* derivantur ab adiectivis verbalibus in *κτος*; ita ab *φυλακτός* fit *ἀφύλακτος* et *ἀφυλακτέω*, *δυσφύλακτος* et *δυσφυλακτέω*. Non autem dicitur a *φυλακτὸς καιροφύλακτος*." Alia est de his formis Reizii sententia ad Aristot. polit. p. 50., quae vera esset, si *καιροφυλακτεῖν* ad scriptores posterioris aevi pertinere dixisset.

§. 174. *οὐδὲν ἀκλοῦν ἔγνωκε ποιεῖν οὐδ' ἴσον.* *"Ισον* praeferendum est scripturae *ὅσιον*, quae iuxta illam in *Σ* et duobus aliis bonis libris exstat. Noluit Charidemus praestare urbi, quod par erat tribuere ut iustam partem. *"Οσιον* referendum esset ad iteratam iurisiurandi violationem. Alibi apud Demosth. coniuncta invenimus *ἀκλοῦν* et *δίκαιον*, de quo vid. adnotat. ad §. 24. p. 177. — *ἐκ προσαγωγῆς*. Reiskius *ἐκ προαγωγῆς* contra omnes libros mss., sola Harpocrationis motus auctoritate. Vertit in indic. p. 421.: *non sponte sua, sed illectum spe lucri*, paulo aliter in adnotationibus, *e lenocinio*. Eum secuti sunt Schneiderus et Passovius in suis lexicis: ille interpretatur: *der, wie es die Gelegenheit gibt, Freund, bald aber Feind ist*; hic autem: *nach den Vorfallenheiten oder Umständen, wie die Gelegenheit es giebt.* Sed et Reiskius et duumviri illi vocabulo significatus tribuerunt, qui non dubito quin obtrusi iure dicantur. Praeterea mutatio illa Reiskii in falsa Harpocrationis scriptura

Digitized by Google

nitur; in aliquot eius codicibus scriptum exstat προσαγωγῆς, quod § 174
sine ulla scripturae diversitate Suidas et Zonaras habent, qui sua ex Harpocratione sumserunt. Denique quae apud Harpocrationem vv. ἐκ προσαγωγῆς explicandi causa adiecta sunt, ea ad προσαγωγῆς unice quadrant. Sunt enim haec: ἀντὶ τοῦ πρὸς ἀνάγκην καὶ οὐκ ἐκ φύσεως οὐδ' ἁπλοϊκῶς· ἡ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν οὐχ ἡμμένων, ἀλλ' ἐκ προβολῶν προσηναγκασμένων δεσμοῖς. Δημοσθένης κατ' Ἀριστοκράτους. Ita locum et bene emendarunt Angli in H. Stephani thesauro a Schaefero citati et verba Demosthenis recte interpretati sunt, ut ἐκ προσαγωγῆς φίλος sit, quem necessitas impulerit ad amicitiam, non ingenium. — ὑμῖν φίλον. Adiectivum sine ὄντα participio post verba *videndi, sentiendi* et alia positum pro usitata structura habendum est. Vid. Sinten. praefat. ad Plutarch. Themistocl. p. XLVII. ubi multa exempla et Maetzneri adnotat. ad Lycurg. p. 308. Quare ὄντα e nonnullis libris a Reiskio ante ὑμῖν receptum editores recentiores recte omiserunt. — δύνασθαι. i. e. δυνατοὺς εἶναι. Philipp. III. 2. p. 110. ἐν οἷς εὐδοκιμοῦσιν αὐτοὶ καὶ δύνανται. ubi vid. adnotatt. Schaeferi et Ruedigeri. Cf. Lobeckium ad Phrynich. p. 197. et Baiterum ad Isocrat. Panegyric. 49. p. 50. — οὕτως — εὐνοίας ἔχοντα. Plat. Lysid. p. 218. A. οὐδ' αὖ ἐκείνους φιλοσοφεῖν τοὺς οὕτως ἀγνοίας ἔχοντας, ὥστε κακοὺς εἶναι; qua mutatione Valkenarii ad Euripid. Phoeniss. 364., Heindorfii, Im. Bekkeri contentus esse debebat Stallbaumius, qui vulgatam scripturam ἄγνοιαν probavit. Οἱ οὕτως ἀγνοίας ἔχοντες sunt: *die welche sich in einer solchen Art der Unwissenheit befinden.* Ita dicunt οὕτως ἔχω γνώμης, δόξης. Thucyd. I, 22. ὡς ἑκατέρων τις εὐνοίας ἢ μνήμης ἔχοι. Demosth. orat. de coron. 277. p. 318. ὡς γὰρ ἂν ὑμεῖς ἀποδέξησθε καὶ πρὸς ἕκαστον ἔχητ' εὐνοίας, οὕτως ὁ λέγων ἔδοξε φρονεῖν. — ἵνα τοίνυν εἰδῆτε ὅτι τἀληθῆ λέγω, λαβέ μοι. Vid. adnotat. ad §. 151. p. 439. Allatis ibi huius plenae dictionis exemplis adde orat. de fals. legat. 254. p. 421. c. Leptin. 127. p. 495. c. Nausim. 17. p. 989. In v. εἰδῆτε non adhibui secundum codicem Σ signum apostrophi, quod Im. Bekkerus et editores recentiores alibi non posuerunt. Deinde scriptura ταῦθ' ἁληθῆ haud dubie illata est in orationem ex aliis locis, quos scribae meminerint, velut ex Aristocratea §. 151. καὶ ὅτι ταῦθ' ἁληθῆ λέγω. de coron. 115. p. 265. de fals. legat. 170. p. 394. 146. p. 386. 170. p. 394. 212. p. 407. c. Leptin. 115. p. 492. in Mid. 121. p. 554. 174. p. 571. pro Phorm. 32. p. 954. c. Boeot. de nomin. 24. p. 1001. c. Boeot. de dot. 44. p. 1021. ibid. 52. p. 1043. Exstant enim in iis libris, qui Demosthenem ope Demosthenis corruperunt. — τὴν ἐπιστολήν. Sunt literae, per quas de turpi Cephisodoti pacto nuntiatum est. Sed a quo

Digitized by Google

§. 174 scriptae? Num ab ipso Cephisodoto? Dubito. Fortasse ab ipso Demosthene vel ab alio Cephisodoti trierarcho. Id quidem mirum, quod orator nomen auctoris reticuit praeter consuetudinem, praesertim in afferendis documentis.

§. 175. τοῖς βασιλεῦσι τοῖν δυοῖν. Vid. de hac scriptura admotat. ad §. 36. p. 196. s. Adde Plat. Protagor. p. 355. B. δυοῖν ὀνόμασι. de legg. IX. p. 864. B. ἐν δυοῖν γενέσει. Et tamen editores Turicenses quamvis alibi libro Σ adhaerentes hoc loco eius vestigia reliquerunt omittentes τοῖν δυοῖν; fortasse eam ob causam, quod §. 172. τοῖν δυοῖν βασιλέοιν praecessit, ut pro glossa τοῖν δυοῖν haberent. — ὑποχείριον ἠξίωσε λαβών. Scriptura ἠξίωσε ὑποχείριον λαβών ab iis videtur exorta, qui ὑποχείριον a λάβων seiunctum nollent. Deinde quod pro ἐγχειρῆσαι in nonnullis libris scriptum est ἐγχειρῆσαι, hoc etiam alibi pro illo positum videmus. — δεῖγμα πρὸς ὑμᾶς ἐξένεγκαι. Δεῖγμα ἐνφέρειν est specimen proferre, dare. Orat. in Mid. 183. p. 573. μὴ τοίνυν αὐτοὶ καθ' ὑμῶν αὐτῶν δεῖγμα τοιοῦτον ἐξενέγκητε. de coron. 291. p. 323. δεῖγμα δ' ἐξέφερε καθ' ἑαυτοῦ ὅτι τοῖς γεγενημένοις ἀνιαροῖς οὐδὲν ὁμοίως ἔσχε τοῖς ἄλλοις. de fals. legat. 12. p. 344. τοῦτο τὸ δεῖγμα ἐξενηνοχότος περὶ αὐτοῦ. — ἂς δή. Particulam δή Im. Bekkerus et editores recentiores ex optimis libris reposuerunt, probante Schaefero. Reiskius scripserat secundum suos libros δέ. Huc pertinent, quae de discrimine utriusque particulae Schaefer us ad orat. Olynth. I. p. 9. 15. statuit: „δέ est simpliciter connectentis et transeuntis: δή ordientis quod inprimis attendi oporteat.“ Cf. eiusdem not. ad orat. de fals. legat. p. 388. 22.

§. 176. γράψας καὶ συνθέμενος. Charidemum intelligas, etsi ante Cersobleptes foedus cum Thracibus et Athenodoro fecisse dictus est. Hic sancivit foedus, ille eius suasor atque auctor fuit. Scilicet orator suum cuique tribuit conveniens munus, ut fidem pararet narrationi. Vid. Ulpiani verba p. 427. adposita. — μιᾶ δὲ μόνῃ. Ita ex optimis libris Im. Bekkerus et editores recentiores. Supra tamen §. 171. τῇ Χαβρίᾳ δὲ μίαν ναῦν ἔχοντι μόνην ἐπιπλεῖν, in quod attendit Schaeferus. Cf. quae de coniunctis εἷς μόνος Maetznerus ad Lycurg. p. 198. s. dixit. — Ἰφιάδου. Hunc Schaeferus p. 679. v. 28. opinatur fuisse principem factionis Atticae Sesti nunc oppressae: ideoque eius filium obsidis locó in Thraciam abductum esse, ne quid illi rerum novarum molirentur. At si Aristotelem polit. V, 5; 9. sequimur, is fuit Abydenorum princeps et dux factionis. Cf. Aen. Tact. Poliorcet. c. 28. Ac verisimile est, factionem eius Sestum occupasse, de qua re vid. Aristocrat. §. 158. — περὶ τῶν ἄλλων τῶν γεγραμμένων — ἕκαστος γίγνεσθαι. Apud Isocratem invenies ἕκαστον εἶναι περὶ τῶν

Digitized by Google

γεγραμμένων. Invenitur quoque ἔξαρνον γίγνεσθαι vel εἶναι ὑπέρ §. 176
τινος. Supra §. 171. notata est structura accusativi. — ταύτας τὰς συνθήκας. id est, foedus illud cum Chabria pactum, quod Atheniensibus noxium erat.

§. 177. τέλη καὶ δεκάτας. De his vocibus vide Boeckhium oeconom. civ. Atheniens. I. p. 325. sq. et p. 350. sq. Etymologicum magn. s. v. δεκατευτήριον, ubi inter alia haec: δεκατευτὰς τοὺς τελώνας ἔλεγον, τοὺς τὴν δεκάτην ἐκλέγοντας καὶ δεκατηλόγους τοὺς αὐτούς. Cf. etiam Harpocrat. s. h. v. — τοῦ Ἰφιάδου. Ita optimi libri, quibus obtemperandum censui, dissentientibus Reiskio et recentioribus editoribus praeter Turicenses. Etsi vulgaris, tamen non necessaria est repetitio articuli nominis praegressi. Vid. Matth. §. 278. Schaeferi apparat. crit. t. II. p. 119. — ὤμοσε πρὸς τὸν Ἀθηνόδωρον. adiuravit Athenodoro, affirmavit tureturando, ut apud Homer. Od. XIV, 331. ὤμοσε δὲ πρὸς ἔμ' αὐτὸν. XIX, 288. Aristocrat. §. 170.; apud Thucydidem ὤμοσε πρὸς ἐκείνους τάδε. Sed frequentior dativus est. — οὐδ' ὑπισχνεῖται. Recte Schaeferus: ὑπισχνεῖται opponitur antegresso ὤμοσε. Antea fidem fecerat iurelurando: nunc ne rogantibus quidem pollicetur." — τὸ ψήφισμα. id est, Glaucetis, de quo §. 172. Post λαβὲ addunt libri nonnulli δή, quod, si magna iis esset apud interpretes Demosthenis fides, cum Schaefero probaremus. Puto tamen id e correctione profectum ad exemplum aliorum locorum, ut §. 178.; orat. de fals. legat. 162. p. 392. ibid. 254. p. 421. 286. p. 433. in Mid. 94 et 95. p. 545. ibid. 107. p. 549.

§. 178. οἱ δ' ἕτεροι. Berisades et Amadocus. — ὑμῖν δοκοῦσι μηδὲν ἐγκαλεῖν. Recte Iurinus et Reiskius ὑμῖν coniunxerunt cum δοκοῦσι, non cum ἐγκαλεῖν, quod Hieron. Wolfius voluit. Videlicet conquesti sunt illi de Charidemo et Cersobleptе. — Ὁρᾶτε καὶ συνίετε κ. τ. λ. Finiturus partem narrationis factorum Charidemi breviter res, quae disperse et diffuse dictae sunt, unum in locum cogit et reminiscendi causa unum sub adspectum subiicit. Vid. Ciceron. de invent. 52. Συλλογὴν dicit hanc figuram ab ἀνακεφαλαιώσει distinguens Ulpianus ad hanc orationem p. 468. ἡ μὲν ἀνακεφαλαίωσις πάντων τῶν ἐπικαίρων ἔχει τὴν ὑπόμνησιν· ἡ δὲ συλλογὴ τῶν ἀρτίως λεχθέντων μόνον. Deinde commemorandae sunt scripturae codicum, iure cum signo interrogandi reiectae recentiori tempore. Nam ut Frid. Aug. Wolfii ad Leptin. p. 485. v. 10. verbis utar, recitatas literas publicas sequitur ubique ἀκούετε, ὁρᾶτε aut simile quidpiam nulla interrogatione. Idem hoc loco Schaeferus censet. Neque quadrant ἆρα et ἆρά γε ad sedatam demonstrandi rationem, quae conclusionis et concitatioris orationis propriae sunt. Vid. adnotat. ad §.

Digitized by Google

§. 178 43. p. 211. et ad §. 122. p. 376. Duos scio apud Demosthenem locos, ubi post recitatas literas cum ironia quadam loquitur, unum orat. in Timocrat. 106. p. 733. Ὅμοιός γε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, Σόλων νομοθέτης καὶ Τιμοκράτης. alterum orat. I. in Stephan. 56. p. 118. — ὡς ἄνω καὶ κάτω· *ut sursum et deorsum.* Reiskius supplet στρέφεται αὕτη ἡ πονηρία. Ulpianus ita: συλλογὴ τῶν εἰρημένων ἄνω καὶ κάτω. διὰ γὰρ τῶν δύο ἀρχῶν καὶ τὸ μέσον συμπεριλαμβάνεται. δηλοῖ δὲ καὶ τὸ πανταχοῦ. Saepe haec formula indicat fluctuationem et inconstantiam animi, ut apud Dinarchum orat. in Demosthen. 17. p. 13. διαμείνας ἐπὶ τῆς πολιτείας καὶ οὐκ ἄνω καὶ κάτω μεταβαλλόμενος ὥσπερ σύ. Plat. Gorg. p. 481. E. Protagor. p. 536. Paulo post in verbis πάντ' ἄνω καὶ κάτω πεποίηκε ea obvenit cum vi confundendi et turbandi. Vid. de fals. legat. 261. p. 424. πάντ' ἄνω καὶ κάτω τἀκεῖ πεποίηκε. Philipp. III. 36. p. 120. ἄνω καὶ κάτω πεποίηκε τὰ τῶν Ἑλλήνων πράγματα. orat. I. in Aristogit. 75. p. 792. τότε ἄνω καὶ κάτω πάντα χρὴ νομίζειν τετράφθαι. in Mid. 91. p. 543. ἀλλ' ἄνω κάτω τοὺς νόμους, τοὺς διαιτήτας, πάνθ' ὅσ' ἂν βούληται στρέφει. Varios eius significatus Astius ad Platon. Phaedr. p. 378. et in lexic. Platon. p. 197. et Dissenius ad orat. de coron. p. 278. illustrarunt. Ceterum animadvertas perfecti et aoristi consociationem, apud oratores nonnullo discrimine maxime usitatam: nimirum aoristus indicat rem praeteritam per se spectatam, perfectum autem actionem quam quis eo tempore, quo loquitur, confectam absolutamque; saepe cum indicio perpetuitatis, repraesentat, id quod hoc loco facit orator. Cf. §. 181. orat. de fals. legat. 207. p. 405. οὐδὲν γὰρ πώποτ' οὔτ' ἠνώχλησα οὔτε μὴ βουλομένους ὑμᾶς βεβίασμαι. ibid. 18. p. 346. 72. p. 363. 177. p. 396. 207. p. 405. 260. p. 424. c. Leptin. 3. p. 453. in Mid. 126. p. 556. Philipp. III. 71. p. 129. de Halones. 29. p. 84. Isocrat. c. Callimach. 20. p. 375. de pace 19. p. 163. καί γὰρ πενεστέρους πεποίηκε καὶ πολλοὺς κινδύνους ὑμομένειν ἠνάγκασε καὶ πρὸς τοὺς Ἕλληνας διαβέβληκε καὶ πάντας τρόπους τεταλαιπώρηκεν ἡμᾶς. Lys. de affectat. tyrannid. 12. p. 172. ἐτριηράρχησα μὲν γὰρ πεντάκις καὶ τετράκις νεναυμάχηκα καὶ εἰςφορὰς ἐν τῷ πολέμῳ πολλὰς εἰςενήνοχα καὶ τἄλλα λελειτούργηκα οὐδενὸς χεῖρον τῶν πολιτῶν. Isaei orat. de Hagn. heredit. 6. p. 83. Tenendum est autem, in hac temporum diversitate aoristum, non tamen vi sua destitutum, nonnunquam pro perfecto; cuius forma aut non in usu esset aut molesti aliquid auribus haberet, positum fuisse. Eo pertinet καθέστακε Philipp. III. 26. p. 117. e Dionysio enotatum, quod Schaeferus et Frid. Franklus seriori graecitati tribuunt. Ac placuit Demostheni orat. de

Digitized by Google

fals. legat. 260. p. 424. *ἐνέπλησε* pro forma perfecti, et Isocrates de pac. l. c. asperitatem coeuntium syllabarum *ἠνάγκακε καὶ* aspernatus molliora *ἠναγκασε καὶ* praetulit. Molestiam participii perfecti *μεμεριμνηκώς*, fugit iudice Kuehnero in syntax. p. 75., Demosthenes orat. in Mid. 192. p. 576. ita scribens: *οὐχ ὁ ἐσκεμμένος οὐδ' ὁ μεριμνήσας τὰ δίκαια λέγειν νῦν.* — *ἐπανσατο.* sc. *ἀδικῶν.* Vid. adnotat. ad §. 122. p. 377. §. 178

§. 179. *Μετὰ ταῦτα τοίνυν.* Iam recipit narrationem factorum Charidemi recitandis documentis interruptam. — *ὅσον μὲν χρόνον.* id est, per bellum sociale ab Olymp. CV, an. 3. usque ad Olymp. CVI, an. 2. Vid. Diodor. Sicul. XVI, 7. et 21 — 22. Winiewskii commentarios historic. p. 195. — *ἐπειδὴ δὲ.* Ita scripsi cum *Σ* et aliis bonis libris, inter quos librum F et alios Bekkerianos in indice variantum commemorare intermisi; praeter Reiskium recentiores omnes *ἐπεὶ δ'* habent. Deinde non potuit, uti Taylor secundum aliquot libros, quibus nonnulli Bekkeriani consentiunt, voluit, *τὸν Ἑλλήσποντον* post *ἔρημον* collocari: id prohibet lex oppositionis, quam Demosthenes ubique tenet; antecedunt enim *ἡ ὑμετέρα δύναμις παρῆν ἐν Ἑλλησπόντῳ.* — *καταλύειν καὶ ἀπαλλάξαι τοὺς δύο τῆς ἀρχῆς καὶ πᾶσαν ὑφ' ἑαυτῷ ποιήσασθαι τὴν ἀρχήν.* Non dubitavi hanc scripturam ex optimis libris recipere, quae inter editores recentiores Turicensibus solis placuit. Quis enim credat, eam a librariis profectam esse, qui, si eam dedissent, non *καταλύειν*, insequentibus aoristi infinitivis, sed *καταλῦσαι* scripsissent. Ea dignissima est Demosthenis ingenio: nam primum ita, quae Charidemus singula ad totum regnum restituendum fecit, exponit, id quod hoc loco aptissimum est; deinde quod infinitivo praesentis aoristis iuncto usus est, illo perpetua Charidemi studia et machinationes duorum regum expellendorum et infinitivis aoristi finem earum bene expressit de qua temporum vi et mutatione supra ad §. 4. p. 134. dictum est. Praeterea hoc modo oppositio etiam magis perspicitur, quae est inter haec verba et quae antecedunt *κολακεύων καὶ φενακίζων ὑμᾶς διαγέγονεν.* Hoc non reputarunt ii, qui *καταλύσας καὶ ἀπαλλάξας* scripserunt et *καὶ* particulam deleverunt, quippe magis concinnitatis orationis quam convenientiae studiosi. — *ἔργῳ πεῖραν ἔχων·* id est, *ἔργῳ πεπειραμένος, usu cognitum habens.* Orat. de libert. Rhod. 16. p. 195. *ἔργῳ δὲ πειραθέντες καὶ διδαχθέντες ὅτι,* orat. de coron. 89. p. 255. *ἔργῳ πεπείρασθε.*

§. 180. *τῶν πρὸς ὑμᾶς· eorum quae pactus fuerat vobiscum.* — *οὐδὲν μὴ δυνηθῇ πρότερον λῦσαι. dass er keinen Punkt der Verträge mit euch wohl nicht eher aufheben könne,* id est, *durch-*

Digitized by Google

§. 180 *aus nicht eher aufheben könne.* Hac enim coniunctione vv. *οὐδὲν μὴ* cum coniunctivo aoristi rem fortius negari certum est: de qua re vide Reisigii commentatt. crit. ad Oedip. Col. 398. et Stallbaumii adnotat. ad Platon. libr. VI. de republ. p. 492. E. Cf. Demosthen. Philipp. I. 44. p. 53. *οὐδέποτ' οὐδὲν ἡμῖν οὐ μὴ γένηται τῶν δεόντων.* Philipp. II. 24. p. 71. *ἐὰν ταύτην σώζητε, οὐδὲν μὴ δεινὸν πάθητε.* Philipp. III. 75. p. 130. in Androt. 39. p. 605. *καὶ δίκην οὐδεὶς οὐδεμίαν μὴ δῶ.* — *ἐξ οὗ κυρωθέντος ἄν, εἰ μὴ δι' ἡμᾶς καὶ ταύτην τὴν γραφὴν. quo sancito et nulla mora fuisset quin sanciretur, si per nos et hanc actionem licitum esset.* vel: *et sancitum fuisset absque nobis et hac actione.* Ita Latini *εἰ μὴ διὰ* exprimunt. Veluti *τοῦτον Ἀντιγόνος ἔσωσεν ἄν, εἰ μὴ διὰ τοὺς ἑαυτοῦ* sunt verba graece reddita Cornelii Nepotis vit. Datam. c. 10. „Hunc Antigonus conservasset, si per suos esset licitum." Praeter necessitatem Reiskius indic. p. 158. intelligit *ἐκωλύθη κυρωθῆναι*, et tale quid alii alibi voluerunt. Cf. orat. de fals. legat. 90. p. 370. *ἐκεῖνα δὲ τούτοις ἂν προσῆν, εἰ μὴ διὰ τούτους.* ibid. 74. p. 364. Thucyd. II, 18. Plat. Gorg. p. 516. E. *Μιλτιάδην δὲ τὸν ἐν Μαραθῶνι εἰς βάραθρον ἐμβαλεῖν ἐψηφίσαντο καὶ εἰ μὴ διὰ τὸν πρύτανιν, ἐνέπεσεν ἄν.* ibi Heindorfius et Stallbaumius. Lysiae orat. in Eratosthen. 60. p. 125. *ἀπολέσαι παρεσκευάζοντο τὴν πόλιν, εἰ μὴ δι' ἄνδρας ἀγαθούς.* Isocrat. orat. adv. Philipp. 92. p. 100. *φαίνονται γὰρ κἀκεῖνοι πραξαντες ἂν τῶν βασιλέως πραγμάτων, εἰ μὴ διὰ Κῦρον.* Igitur nihil est supplendum. Vis enim impediendi ipsa hac dicendi forma constituetur, quum *εἰ μὴ* exceptionem et *διὰ* cum accusativo, si proprium eius vim spectes, personam vel rem indicet, quae media et interposita est rei efficiendae. Hinc facile oritur significatio interveniendi et impediendi, quae optime elucet e compositis *διαμαρτυρία* et *διαγίγνεσθαι.* Ita illud Lysiae, quo supra usus sum, *εἰ μὴ δι' ἄνδρας ἀγαθούς*, sic dici potuit: *εἰ μὴ διεγένοντο ἄνδρες ἀγαθοί.* Cf. Bremi adnotat. ad Lys. p. 79. Taylorii indic. ad Lys. s. *διὰ* et *εἰ.* Hoogevenium et Zeunium ad Viger. p. 510. s. Bernhardyi syntax. p. 236. — *ταύτην τὴν γραφήν.* Nonnulli deteriores libri *ταυτηνί*, quod Schaefero placet, exhibent, uti §. 186. in omnibus libris scriptum est *εἰ μὴ τὴν γραφὴν ἐποιήσαμεθ' ἡμεῖς ταυτηνί.* Cf. orat. de fals. legat. 70. p. 363. *λέγε τὴν ἀρὰν καὶ ἀνάγνωθι λαβὼν τὴν ἐκ τοῦ νόμου ταυτηνί.* Suam tamen quisque horum locorum causam habet idoneam, cur positum sit *ταυτηνί*, quae hoc loco deest. Add. orat. in Conon. 1. p. 1256. *ἔλαχον αὐτῷ τὴν δίκην τῆς αἰκίας ταυτηνί.* — *ἠδίκηντο μὲν.* Schaeferus: *Immo μὲν ἄν.* Sic putat ille proprie dicendum fuisse, ut responderet sequentibus *ἡσυχίαν δ' ἂν ἦγον.* Sed *ἄν*, ut

Digitized by Google

Godofr. Hermannus in libr. de hac particula p. 194. dicit, fere post §. 180
unam ex iis vocibus ponitur, in quibus maius aliquod momentum est. Ita hoc loco in *κυρωθέντος*. — *φοβούμενοι τὴν διὰ τοῦ ψηφίσματος συκοφαντίαν*. Vid. §. 67. *παθόντος δέ τι τοῖς οἰκείοις συκοφαντίαν δέδωκεν*. Cf. §. 15. ubi vid. adnotat. Est calumnia, cui hoc decreto locus datus erat falsis criminibus comminiscendis insectandi et venandi. Vid. Meieri et Schoemanni libr. de ordine iudiciorum Atheniens. p. 335. — *ταύτης τῆς ἐξουσίας ἀπολαύσας. hac potestate fructus*, quam psephisma suppeditabat, ut quidquid vellet facere posset, non retentus et impeditus ab aliis salutis suae rationem habentibus. Vid. §. 67. *ὁ γράφων τὸ ψήφισμα τοδὶ ξῶντί μὲν ἐξουσίαν γέγραφε τῷ Χαριδήμῳ ποιεῖν ὅ τι ἂν βούληται*.

§. 181. *τὴν Καρδιανῶν πόλιν*. Cardia ad Melanem sinum posita in Isthmo Chersonesi Thracicae, maxima huius terrae urbs, ut Demosthenes Philipp. III. 35. p. 120. dicit, et peropportuno incolis situ fuit, unde et in fines Thraciae aquilonaris et in ipsam Chersonesum incursus pateret. In harum rerum cognitione viget Frid. Gust. Kiesslingius, qui plura de Cardia scire cupientem in libello, qui inscribitur de Menaechmo Sicyonio et Hieronymo Cardiano, optime docebit. Quare, ut tuta esset ab iniuriis et incursionibus Chersonesus, Athenienses huius loci possessionem et a Cersoblepte et postea, quum Philippus valeret, maxime appetebant. Quam quum sibi retineret Cersobleptes, id aegre ferebant Athenienses, se fraudatos rati sua vetere possessione, quippe qui quum Chersonesum possedissent, etiam Cardiam ad se pertinere dicerent. At Thraces, qui totam illam terram longo usu non dubiam sibi possessionem esse censerent, non poterant commoveri, ut Chersoneso tradita etiam Cardiam a sua ditione seiungerent. Neque quidquam aliud in causa erat, cur ita agerent, quam suae terrae cura. Sed hanc rem valere non sinit orator: indignatur et exprobrat Charidemo inimica consilia. Quare statim ab initio usus est v. *ὁρμητήριον*, quod sedem belli significat, propugnaculum, unde quis exit impetum in hostes facturus et quo se recipit laborans. Vid. orat. de fals. legat. 219. p. 409. *ἐν Εὐβοίᾳ κατασκευασθησόμενα ὁρμητήρια ἐφ' ὑμᾶς*. Diodor. Sicul. XIV, 47. *Μοτύη πόλις ἦν, ἄποικος Καρχηδονίων, ἣ μάλιστα ἐχρῶντο κατὰ τῆς Σικελίας ὁρμητηρίῳ*. ibid. XVI. 34. XIX. 78. *ἐπίκαιρος γὰρ ἡ πόλις (Χάλκις) ἐστὶ τοῖς βουλομένοις ἔχειν ὁρμητήριον διαπολεμεῖν περὶ τῶν ὅλων*. Polyb. I. 17. *ὁρμητηρίῳ κρίνοντες χρῆσθαι ταύτῃ τῇ πόλει πρὸς τὸν πόλεμον*. Cf. lib. II. 1, et Wesselingii adnotat. ad Diodor. Sicul. ll. cit. — *ἐξαίρετον γέγραφε*. Haec in unam notionem coalescunt, ut sit *ἐξῄρηται*. Similiter *ἔκδοτον διδόναι* et *ἔκδοτον ποι-*

Digitized by Google

§. 181 εἶν, id est, ἐκδιδόναι. Verba haec et proxima ἀφείλετο παρ' ὑμῶν ad indignationem movendam apta sunt. Charidemus enim quum in omnibus pactis Cardiam sibi reciperet, mitem se gessit, quasi eam non suam sed Atheniensium duceret et in suos tantum usus reservaret, sed ultimo tempore (τὸ τελευταῖον, i. e., Olymp. 106. an. 4. vid. Diodor. Sicul. XVI, 84. ibi Wesselingii not.) eam haud cunctanter civibus eripuit. Videlicet Athenienses Cardiam cum peninsula amissam non desiisse suam esse arbitrabantur. Ceterum de coniunctione perfecti et aoristi dictum est in adnotat. ad §. 178. p. 480. De αὐτὴν post relativum posito vid. adnotat. ad §. 111. p. 355. — ἁπλῶς *simpliciter* i. e. *nulla alia ratione habita.* Vid. orat. de coron. 179. p. 288. et 88. p. 255. ibi Dissenius. — καταλιπεῖν. Fortasse rectius praesens καταλείπειν, quod praeter duos optimos libros etiam Σ, sed falso accentu, exhibet, dedissem, quo, quid Charidemus eo omni tempore in omnibus pactis repetiisset, significaretur.

§. 182. οἱ μὲν ἀφιγμένοι, οἱ δ' ἄλλοι τούτων ἀκούοντες. Tempore, quo habita est oratio de Haloneso, Chersonesus Atheniensibus propter colonias eo deductus notissima erat. Quare ibi 41. p. 87. de regione illa dictum est: ὅσην οἱ πολλοὶ ὑμῶν ἴσασιν. Sed Olymp. 107. an. 1., cui assignanda est Aristocratea, vix demum recuperata Chersoneso, plurimi erant Athenis, qui, quae de Chersoneso scirent, fama et auditione accepissent. Idcirco orator eos qui audiunt in duas partes distribuit, in eos, qui ibi versati terram noverant et in eos, qui remoti de ea ab aliis audiverant. Pro ἀφιγμένοι alibi παρόντες et εἰδότες opponuntur τοῖς ἀκούουσι. Olynth. III. 3. p. 29. πέπεισμαι γὰρ ἐξ ὧν παρὼν καὶ ἀκούων σύνοιδα. Philipp. I. 3. p. 40. ἐνθυμητέον καὶ παρ' ἄλλων ἀκούουσι καὶ τοῖς εἰδόσιν αὐτοῖς ἀναμιμνησκομένοις. c. Leptin. 55. p. 473. ἢ παρὼν ἢ τινος εἰδότος διεξιόντος ἀκούσας. — τῆς Καρδιανῶν πόλεως ἐχούσης ὡς ἔχει· *quum is urbis Cardianorum situs sit, qualis est.* Utitur hac dicendi ratione, nolens accuratius describere situm urbis. Olynth. III. 8. p. 30. ἐχόντων μὲν ὡς ἔχουσι Θηβαίων ἡμῖν. Aeschyl. Agam. 66. ἔστι δ' ὅπη νῦν ἔστι. Sophocl. Oedip. Col. 336. εἰδ' οὐκέρ εἶσι. Multa huius loquutionis exempla et haec Demosthenis verba affert Volkm. Fritschius quaestt. Lucian. p. 159. a. Cf. Godofr. Herman. ad Viger. p. 709. Schaefer. ad Demosth. Olynth. I. c., ad Sophocl. Oedip. Col. 273. ibid. Reisig. commentt. crit. p. 235. Blomfield. ad Aeschyl. Agam. l. c. Jacobsii adnotat. ad Aelian. histor. animal. I, 59. p. 50. Male Hier. Wolfius illa verba de animo Cardianorum intellexit, ut iam Jurinus animadvertit. — τὰ πρὸς τοὺς Θρᾷκας συνῳκημένα· *res contra Bersadem et Amadocum confectae*, id est, *futuri sint ii re*

Digitized by Google

ges deviceti. Eorum agri Chersonesum adiacebant. — *παρ' ἡμέραν.* §. 182 *tusto unius diei itinere, in einem Tagemarsche, auf einen Tag,* ut dicunt *παρ' ἐνιαυτὸν, παρὰ τὸν πόλεμον.* Confert Schaeferus orat. de reb. Chersones. 70. p. 107., ubi vid. eius adnotat., *τῆς παρ' ἡμέραν χάριτος pro diurna gratia.* Saepe significat *alternis diebus.* Vid. Matth. gram. §. 588. c. — *ἀσφαλῶς.* Male tres libri deteriores exhibent *ἀσφαλῶς ἐπὶ Χερρόνησον.* Nam *ἀσφαλῶς,* quod reliqui libri habent, significanter in fine enunciationis collocatum est. — *ὥςπερ γὰρ Χαλκὶς τῷ τόπῳ τῆς Εὐβοίας πρὸς τῆς Βοιωτίας κεῖται, οὕτω κ. τ. λ.* Quod orator comparat Cardiam de loci natura cum Chalcide Eubocae, hoc efficacius ad auditorum animos esse debebat, quam accuratissima illius urbis situs descriptio. Est exemplum imaginis seu breviter enunciatae similitudinis, quam Graeci *εἰκόνα* vocant. Minucianus *περὶ ἐπιχειρημάτων* p. 604. vol. IX. ed. Walz.: *ἡ δὲ εἰκὼν ἔστι μὲν ἡ αὐτὴ τῇ παραβολῇ, ἐναργέστερον δὲ ποιεῖ τὸν λόγον, ὥστε μὴ μόνον ἀκούειν, ἀλλὰ καὶ ὁρᾶν δοκεῖν.* et scholia Gregorii Corinth. *εἰς τὸ περὶ μέθ. δεινότητος* p. 1150. vol. VII. p. II. ed. Walz., qui hunc locum Aristocrateae attulit. *Εἰκὼν δὲ,* inquit *σωμάτων ὁμοιότης ἀπὸ τόπων, οἷον ἐν τῷ κατὰ Ἀριστοκράτους φησὶν, „ὡς ἡ Χάλκις τῷ τόπῳ τῆς Εὐβοίας πρὸ τῆς Βοιωτίας κεῖται, οὕτω καὶ Χερρονήσου πρὸ τῆς Θρᾴκης ἡ Καρδιανῶν κεῖται πόλις.* Cf. Ciceron. de invent. I, 30. auct. ad Herenn. IV, 49. Quinctil. institutt. orat. V, 11, 24. In struendis verbis Schaeferus neminem habebit qui imitetur. Nam genitivos *τῆς Εὐβοίας — Χερρονήσου* illum ex *ὥςπερ,* hunc ex *οὕτω* pendere vult, relinquens consuetudinem dicendi, qua urbs, quae in terra aliqua sita est, pars terrae significatur eiusque genitivum assumit, veluti *Παῤῥασία τῆς Ἀρκαδίας, τῆς Πελοποννήσου Φλιοῦς.* Matth. gram. §. 321. 6. Neque recte sic vertit vernacule: *Denn wie Chalcis Euboea's Schlüssel ist von Seiten Boeotiens, so ist Cardia der Halbinsel Schlüssel von Seiten Thraciens.* Contra rectissime Jurinus: *Qui enim Chalcidis in Euboea situs est versus Boeotiam, idem in Chersoneso Cardianae urbis situs est versus Thraciam.* Reiskianum *πρὸ τῆς Βοιωτίας,* quod apud Gregorium et in nonnullis libris legitur, alteri scripturae *πρὸς τῆς Βοιωτίας* postponendum est. *Πρὸς* de situ locorum usurpatum significat *von Seiten, versus,* proprie *ab,* ut Aeschyl. Supplic. 247. *πρὸς ὄνοντος ἡλίου.* Herodot. I, 110. Thucyd. III, 21. Vid. Godofr. Hermann. ad Viger. p. 863. Matth. gram. §. 590. *γ. Τόπος,* ut paulo post *ὃν ἔχει τόπον,* est natura loci, id quod *τοποθεσία τῆς χώρας* apud posteriores Graecos, ut Reiskius indic. s. v. *τόπος* et Schaeferus ad Philipp. I, p. 48. v. 23. dicunt. — *ἣν ὃν ἔχει τόπον ὅστις οἶδεν ὑμῶν. quae qui novit*

Digitized by Google

§. 182 *quo loco sita sit.* Recte Taylor constructionem verborum explicavit, ad quae Reiskius: „est notus Atticismus pro *qui novit, quo loco ea sita sit urbs.*“ — *τίνος ἕνεκα.* Rectius *εἵνεκα*: illud ex editione Dindorfiana residere passus sum. Vid. adnotat. ad §. 137. p. 403. — *περιπεποίηται.* sc. *αὑτῷ, sibi vindicavit.*

§. 183. *ὃν οὐ συμπαρασκευάσαι καθ' ὑμῶν αὐτῶν ὀφείλετε ἀλλὰ κωλῦσαι. quam opportunitatem non simul parare vestro ipsorum incommodo, sed impedire debetis.* — *Παρείη.* sc. *εἰ γένοιτο· Παρείη*, quod optimi libri habent, vitiosum est. Corruptelae causa videtur esse pronunciatio Graecorum, *ει* non integrum sed sono literae *ι* efferentium. — *Φιλίππου γὰρ εἰς Μαρώνειαν ἐλθόντος.* Hoc factum est Olymp. CVI, an. 4. s. 353 a. Ch. n., quo tempore Pammenes, dux Thebanorum, in illis regionibus versabatur ad opitulandum Artabazo, contra regem Persarum pugnanti. Vid. Diodor. Sicul. XVI, 34. Tum etiam Chares Hellespontum ingressus Sestum ceperat. Perfidia autem Charidemi haud dubie in eo cernebatur, quod Chersonesum Atheniensibus vix traditam denuo iis eripere tentabat. Speraverat enim fore, ut hoc opus sibi contingeret, auxiliantibus Philippo, Maronitarum et Abderitarum agros obsidente, et Pammene, quibus fidem obtulerat. Atque verisimile est, Cardianos, auctore Apollonide cive, eum instigasse, metuentes, ne ipsi in potestatem Atheniensium venirent, quorum cupiditatem ipsorum urbis possidendae novissent. Apollonides idem est, qui postea a Philippo agrum in Chersoneso utendum acceperat. Vid. orat. de Halones. 39. p. 86. Chares autem, qui, quae fiebant, non lento animo spectabat, revertenti Philippo insidias fecit et Atheniensés deinde literis rem edocuit. Cf. Voemelii adnotat. ad Philipp. I. 50. p. 54. et prolegomen. ad Philipp. I. p. 94. s. Brueckneri libr. de Philippo rege p. 56. ss. et Flathii histor. Macedon. I. p. 121. et p. 149. — *ἀπεῖπε Φιλίππῳ μὴ ἐπιβαίνειν. Μὴ* post *ἀπειπεῖν* positum est, ut orat. de coron. 154. p. 278. *καὶ ἀπειπεῖν τοῖς Ἀμφισσεῦσι τοῦ λοιποῦ μὴ ἐπιβαίνειν.* Ita etiam post *ἀπαγορεύειν, ἀπογιγνώσκειν, ἀποχειροτονεῖν, ἀπέχειν* et alia verba, quae negandi, prohibendi, dubitandi vim continent: de quo usu Godofr. Hermannus ad Viger. p. 810. s. Buttmannus ad Midian. excurs. XI. p. 142., Schaeferus apparat. crit. p. 697. v. 25. — *οὐδὲν ἂν ἦν ἐν μέσῳ· nihil impedimento fuisset, obstitisset.* Dorvillium ad Chariton. p. 568. ed. Lips. citat Schaeferus, ubi haec: „Aliquid dicitur *ἐν μέσῳ εἶναι*, quod impedit vel separat. Xenoph. Cyropaed. V, 2, 26. *Τί δ', ἔφη, ἐν μέσῳ ἐστὶ τοῦ συμμίξαι;* de republ. Athenien. II, 2. *Ἡ γὰρ θάλαττα ἐν τῷ μέσῳ.*“ — *πρὸς Καρδιανοὺς ἤδη καὶ Κερσοβλέπτην· πρὸς* omittunt optimi libri et quod Parisinus Σ habet *Κερσοβλέπτην*,

Digitized by Google

in eo accusativi vestigium deprehendo. Nam ut ex iota dativi ad ja- §. 183
tus vocis appicto saepe *ν* profectum est, ita hoc loco pro *ν*, in vetusto exemplari scripto, librarium errore *ι* posuisse existimo. Dindorfius tamen et editores Turicenses, probante Funkhaenelio in commentariis literar. Darmstad. an. 1841. n. 115. p. 956., dativum receperunt, quo variata existeret constructio in Demosthene non ferenda. Novi quidem quae huius generis exempla Lobeckius ad Sophoclis Aiac. v. 716. p. 332. et Matthiaeus ad Euripidis Supplic. v. 86. collegerunt collectisque addo aliud e Lycurgi oratione in Leocrat. 14. p. 149. enotatum: *ἐπιφανὴς γάρ ἐστι διὰ τὸν ἐκπλοῦν τὸν εἰς Ῥόδον καὶ τὴν ἐπαγγελίαν ἣν ἐποιήσατο καθ' ὑμῶν πρός τε τὴν πόλιν τὴν τῶν Ροδίων καὶ τῶν ἐμπόρων τοῖς ἐπιδημοῦσιν ἐκεῖ.* Sed consimilem Demosthenis locum non novi, ubi duo substantiva tam arcto contextu, ut hoc loco, si dativus *Χερσοβλέπτῃ* probandus esset, variis casibus ex uno verbo penderent. At Schaefero omissionem praepositionis *πρὸς* probanti assentior, scilicet cum Demosthenis more dicendi congruentem, siquidem Cardiani primi erant in turbis contra Athenienses excitandis et Cersobleptem adiutorem assumserant. Ita supra §. 170. *πρός τε ὑμᾶς καὶ τοὺς βασιλέας* bene scripserat Im. Bekkerus; vellem idem hoc loco fecisset. Vid. adnotat. ad §. 29. p. 189.

§. 184. Expositis Chardemi male factis adhortatur iudices, ut diffidant neque illum ut beneficum hominem attendant, deinde revertitur ad malos oratores, quibus locum hunc vituperandi praeparavit in exordio §. 144. ss. huic parti orationis praefixo. De *τετυφῶσθαι* dictum est ad §. 137. p. 404. — *οὐδ' ὧν μικρὰ ἀναλίσκων — γράφεσθαι. neque pro iis, quae ut honorifica sibi ad vos scribantur, laudibus apud vos ornentur, perficit parva suis facultatibus et in duces et in oratores insumens.* Recte Schaeferus *ὧν* genitivum aptum facit ex *ἐπαίνους*; non tamen opus est, ut cum eo *αὐτοῦ*, quod editores recentiores habent, defendatur, quamquam id ipse latina interpretatione expressi. Vid. adnotat. ad §. 104. p. 341. *Διαπράττεσθαι* notes saepenumero usurpari, ubi quis fallaciter aliquid perficit vel verbis vel pecunia. Denique duces hoc loco a Charidemo corrupti dicuntur, qui laudes eius ad Athenienses perscriberent, oratores autem, qui eum assensu suo et opera adiuvarent. Vid. §. 13. et 14. — *ὧν — τούτων πολὺ μᾶλλον ὀργίζεσθαι προσήκει.* Schaeferus ita: „*ὧν* pendet ab *ὀργίζεσθαι*, *τούτων* sic posito, ut ob attractionem, quae in praemisso *-ὧν* obtinet, redundare videatur.“ Haec eius opinio est, quam etiam alibi expromit, ubique, ubi relativum lege attractionis construatur, demonstrativum additum supervacaneum esse. At ut dici solet *εἴ τι τούτων ἀληθὲς ἦν τ νῦν ὑπ' αὐτῶν λε-*

Digitized by Google

§. 184 γομένων, ita etiam recte dici potest εἴ τι τούτων ἀληθὲς ἦν ὧν νῦν λέγουσι. Ubi autem demonstrativo locus est, sive sequitur relativum, sive introductionis causa praemittitur, cum vi et gravitate ponitur, ut hoc loco in oppositione: id quod saepissime fit in Demostheais potissimum orationibus. Cf. adnotat. ad §. 16. p. 156. Orat. Philipp. II. 17. p. 70. οἷς γὰρ οὗσιν ὑμετέροις ἔχει, τούτος πάντα τἄλλα ἀσφαλῶς κέκτηται. orat. II. in Aphob. 24. p. 843. μὴ γὰρ οἴεσθε αὐτὸν, ὑπὲρ ὧν ἤρηται μὴ λαβεῖν, ὑπὲρ τούτων ὑμῖν λειτουργεῖν· quocum conferas Aeschin. orat. in Timarch. 15ε. p. 22. ἐκ τούτων ἐξ ὧν αὐτὸν πράξαντα οἱ νόμοι ἀπαγορεύουσι μὴ δημηγορεῖν. Isocrat. Panathen. 68. p. 216. ἔτι δ' οὐκ ἐκ τούτων ἔφερον ἐξ ὧν αὐτοὶ διέσωσαν. Xenoph. de vectigal. IV, 13. Ἀπ' αὐτῶν μὲν οὖν ἴσως, ἀφ' ὧν μέλλω λέγειν, οὐδέν τι ἄξιῶ θαυμάζεσθαι, ὡς δυσευρετόν τι ἐξευρηκώς. Aristotel. Moral. magn. II, 12 πρὸς ὃ ἂν αὐτοὶ ποιήσωσι, πρὸς τοῦτό πως καὶ εὔνοιοί εἰσιν. Vid. Baiteri praefat. ad Isocrat. Panegyr. p. XVIII. Bernhardyi syntax. p. 203. — ἡμᾶς ποιεῖν. Hoc praetuli secundum optimos codices scripturae ὑμᾶς, quam etiam editores Turicenses e deterioribus libris sumserunt. Iniuriae Charidemi una ad se refert orator; ipse interfuit rebus, quibus ille Athenienses laeserat. Vid. adnotat. ad §. 165. p. 462. ad §. 167. p. 464.

§. 185. εὕρηται. Vid. adnotat. ad §. 125. p. 384. — εἷς ἁπάντων τῶν ἄλλων μόνος. unus prae omnibus reliquis. In μόνος enim notio seiungendi vel excludendi est. Quare sive cum τῶν ἄλλων sive cum εἷς iungitur, nihil ex abundanti additum est. Vid. Schaeferi not. ad p. 427. v. 13. p. 475. v. 23. et meletem p. 19. s. Maetzneri dicta ad Lycurg. p. 193. — καίτοι τῷ τοιούτῳ τὸ δίκης, ἣν ἔδωκε δικαίως ἄν, ἀφεῖσθαι. Conferas §. 151. — ἀλλ' οὐ ταῦτα δοκεῖ τοῖς ῥήτορσιν, ἀλλὰ. De his supra §. 89. p. 311. dictum est. — πολίτης, εὐεργέτης, στέφανοι, δωρεαί. Apta cumulatio rerum gratarum. Cf. orat. de coron. 80. p. 252. ἐξ ὧν ὑμῖν μὲν τὰ κάλλιστα, ἔπαινοι, δόξαι, τιμαί, στέφανοι, χάριτες παρὰ τῶν εὖ πεπονθότων ὑπῆρχον. ib. 94. p. 257. ἐξ ὧν δόξαν, εὔνοιαν, τιμὴν παρὰ πάντων ἐκτήσθε. de fals. legat. 62. p. 360. Ἃ μὲν τοίνυν ὑπῆρχε παρ' ὑμῶν αὐτοῖς, ταῦτ' ἐστί, φιλία, συμμαχία, βοήθεια. add. orat. c. Leptin. 60. p. 475.

§. 186. τὸ τελευταῖον δὲ νυνί. Infra §. 191. τὰ τελευταῖα νυνί. Pluralis et singularis paululum differunt; hic solum tempus significat, ille simul temporis rationem. Cf. adnotat. ad §. 39. p. 206. Orat. de fals. legat. 209. p. 406. τὸ τελευταῖον πρώην., de coron. 244. p. 308. et Philipp. I. 17. p. 44. τὰ τελευταῖα πρώην. de fals. legat. 200. p. 403. τὰ τελευταῖα δ' ἔγγυος. ita quoque apud Platon. Hipp. mai.

Digitized by Google

p. 282. B. Dicitur etiam τὰ τελευταῖα ταῦτα, ut Lucian. Herod. §. 4., Herodot. VII, 104. τὰ νῦν τάδε. Euripid. Heracl. 641. Barn. εὐτυχεῖς τὰ νῦν τάδε. et quae Schaeferus p. 684. v. 18. attulit, Euripid. Iphig. Aul. 527. Matth. ὡς ἠπόρημαι πρὸς θεῶν τὰ νῦν τάδε. Aristoph. Pac. 841. Dind. εὐδαιμονικῶς — τὰ νῦν τάδε πράττει. Vid. eiusdem not. ad Gregor. Corinth. p. 120. n. 71. Lobeck. ad Sophocl. Aiac. v. 301. Matthiaei gramm. p. 873. n. 8. — φύλακας ἂν κατέστησαν. Particulam ἄν, in optimo libro Σ allisque bonis omissam, Dindorfius et editores Turicenses, Funkhaenello in commentariis liter. Darmstad. an. 1841. n. 115. p. 956. s. probante, deleverunt, Im. Bekkerus autem, aliqua cautione usus, uncis tantum inclusit. Rem illi proponi dicunt ut factam, omni conditionis cogitatione exclusa, quod non sit in subsequentibus verbis διεπράττετο et ἐφρούρει, quae idcirco cum ἄν copulata sint. Ac Funkhaenelius ut probaret, quod vellet, alterum locum, quem ad similitudinem huius compositum putabat, ex oratione in Timocrat. 7. p. 702. ἐγὼ δ', εἰ κατώρθωσεν ἐκεῖνος ἢν ἐπ' ἐμ' ἦλθεν ὁδόν, οὐχ ὅτι τῶν ὄντων (ἂν omis. FΣΥΩ) ἀπεστερήμην, ἀλλ' οὐδ' ἂν ἔζην· attulit, cuius rationem longe aliam esse quis non videt? Nam ut ibi v. ἀπεστερήμην ἄν particula recte carere potest, ita κατέστησαν non potest hoc loco, quia nudus aoristus rem absolutam et vere factam refert, et tamen deinde verbis εἰ μὴ ἐποιησάμεθα causa indicatur, quae, ne illa fieret, prohibuerit. Idem censere videtur Schaeferus, provocans ad §. 180., ubi usum loquendi exemplis confirmavi. Recte autem posset ἄν abesse, si imperfectum staret καθίσασαν. Quippe tum haec sententia esset: *hoc extremo tempore custodes vos Charidemi constituere coeperant et perfecissent, nisi nos hac accusatione intercessissemus.* Praeterea ἄν non deest penitus in libro optimo: est ibi particula, si non in textu, tamen supra lineam scripta, unde eam Im. Bekkerus enotare praetermisit: quod mihi indicium est, eam primum errore scribentis omissam, deinde ex emendatione appositam fuisse. Animadvertas autem aoristum sequi imperfecta: ille id quod ad punctum temporis factum est, significat, haec diuturnitatem rei, quam exprimunt. Denique recte ἄν particula ad ἐφρούρει omittitur, quod pro repetitione vel pro parte sententiae antecedentis habendum est. Vid. Godofr. Hermanni adnotat. ad Euripid. Med. p. 358. — καλόν γε, οὐ γάρ; Vid. dicta ad §. 161. — ὦ Ζεῦ καὶ θεοί. De hac formula vide quae ad §. 61. p. 246. exposui. Ea hoc loco in fine confirmationis gravissima est, ubi orator Atheniensis per ipsorum psephisma Charidemi fieri satellites dicit, qui ipse aliquando mercede hostium stipator fuerit. Nihil autem iis libertatis studiosis turpius fuit, quam in numero δορυφόρων poni, qui

§. 186

Digitized by Google

§. 186 nihil sua sponte facerent, sed ex arbitrio aliorum ubique penderent eorumque vitam tuerentur. Vid. §. 123. et quae ad h. l. adnotata sunt. — ὃς αὐτὸς. Particula γε pronomini relativo in duobus libris et editt. veteribus, quas Reiskius sequutus est, adposita nimis efferretur Charidemi persona, quod hoc loco non aptum esse invenies, si reliqua verba spectes. Vid. Reinh. Klotzii adnotatt. ad Devarii libr. de gr. l. particulis. vol. II. sect. I. p. 303. ss. et Hartungii particulas gr. I. p. 404. ss. Librarii eam adiecerunt, quippe memores aliorum locorum, velut orat. de coron. 312. p. 329. οὐκ ἀπορῶν, πῶς γάρ; ὃς γε κεκληρονόμηκας μὲν τῶν Φίλωνος τοῦ κηδεστοῦ χρημάτων πλειόνων ἢ πεντεταλάντων.

Occupatio.

§. 187. Postquam ea, quae voluit, confirmavit, etiam in hac orationis parte ea, quae ex adverso proponerentur, refutare studuit. Vid. de hac arte oratoris, quae supra p. 313. exposita sunt. Ac primum dissolvit, quod aliquis sibi obiicere possit, cur prius, varia accusandi occasione data, tacitus malefacta Charidemi praeterierit et nunc demum accusator prodierit. Aptissime hoc primum ponit orator, qui se antea rerum et factorum Charidemi scientia bene instructum ostenderit. Satis frequens est apud Demosthenem hoc obiectionis genus, ut orat. in Androt. 66. p. 613. Eandem invenimus, sed vehementiae plenam orat. de fals. legat. 25. p. 349. εἶτα τότ' οὐκ ἔλεγες παραχρῆμα ταῦτα οὐδ' ἐδίδασκες ἡμᾶς; et orat. de coron. 13. ss. p. 229. s. Aeschines vituperatur, quod Demosthenem non accusaverit recentibus maleficiis. — οὕτως σαφῶς. Libri deteriores inverso ordine utuntur σαφῶς οὕτως, qui cur hoc loco non rectus sit, ostendunt dicta ad §. 1. p. 128. — παρηκολουθηκὼς ἐνίοις τῶν ἀδικημάτων. Orat. de fals. legat. 257. p. 423. ὁ τὰ τούτου πονηρεύματ' ἀκριβέστατα εἰδὼς ἐγὼ καὶ παρηκολουθηκὼς ἅπασι κατηγορῶ. in Olympiod. 42. p. 1178. τοῖς εἰδόσιν ἀκριβῶς ἅπαντα ταῦτα τὰ πράγματα ὡς ἔχει καὶ παρηκολουθηκόσιν ἐξ ἀρχῆς. Epistol. I. p. 1463. 28. s. ὅσα τυγχάνω δι' ἐμπειρίαν καὶ τὸ παρηκολουθηκέναι τοῖς πράγμασι εἰδὼς, ταῦτ' ἐβουλήθην τοῖς μὲν προαιρουμένοις λέγειν. Ex his perspicitur, παρηκολουθηκὼς, quod v. εἰδὼς accuratius explicandi causa additum est, modum indicare, quo cognitionem rerum sibi paraverit. Paravit enim, singula, dum fiebant, oculis suis videndo; nam orator rebus nonnullis Charidemi trierarchi munere fungens intererat. Idcirco bene electum est hoc verbum, quia tali rerum ab aliquo factarum cognitione instructus aptior earum iudex est, quam qui

Digitized by Google

eas fama et auditione accepit. Alia huius verbi exempla affert Reiskius indic. graecit. p. 380. Dissenius ad orat. de coron. p. 344. s. — εἴασα. Vid. adnotat. ad §. 43. p. 210. Add. Olynth. III. 17. p. 33. πάντα ἐάσαντες. Hanc verbi ἐᾶν omittendi significationem illustraverunt Wyttenbachius quoque ad Plutarch. de ser. numin. vindict. p. 4. et Iacobsius ad Athen. p. 172. — οὐδ' ὅλως. Vid. dicta ad §. 84. p. 30. §. 187

§. 188. πολλῶν ψευδομένων ἐτοίμως. inprimis oratoribus. — ὧν μὲν ἐκεῖνος εὑρίσκετο ἐξαπατῶν ὑμᾶς. quae ille adipiscebatur a vobis per fraudem. Altera scriptura ἐφαίνετο, quae in nonnullis libris exstat, temere interpretantis est. Is enim, quam alibi non hic habet, εὑρίσκεσθαι deprehendendi vim, expressit, ut Taylor recte iudicavit. — μὰ τὸν Δία καὶ θεοὺς πάντας. Libri deteriores καὶ τοὺς θεοὺς πάντας, ut orat. de Chersones. 49. p. 102. νὴ τὸν Δία καὶ πάντας τοὺς θεούς. et aliis locis. vid. adnotat. ad §. 5. p. 137. — εἰςῇει μοι. Vid. adnotat. ad §. 126. p. 386. s. — ὑπερφυὲς. immensum et plane singulare. Orat. de fals. legat. 225. p. 411. οὐκ οἴεσθε δεινὸν εἶναι καὶ ὑπερφυές; Eadem recurrunt orat. in Mid. 88. p. 543. Apud Platon. Gorg. p. 477. D. ὑπερφυεῖ τινι ἄρα ὡς μεγάλῃ βλάβῃ καὶ κακῷ θαυμασίῳ. ibid. p. 467. B. Σχέτλια λέγεις καὶ ὑπερφυῆ. — ἠφίετε. In hac imperfecti forma sibi non constat Im. Bekkerus, mox ἀφίει, ut orat. pro Phorm. 16. p. 949. ibid. 24. p. 951., mox ἠφίει, ut Philipp. II. 20. p. 70. in Mid. 79. p. 540. scribens. Diadorfius tamen ubique ἠφίει praefert, quae forma orat. de coron. 218. p. 301. sine ulla codicum discrepantia invenitur et Demosthenica videtur esse, quamquam altera in libro Σ crebrior est. Hoc loco ἀφίετε editores Turicenses scripserunt. Vid. adnotat. Bremii ad Philipp. II. p. 208. Matthiaei gram. I. p. 211. II. 1. Buttmanni gram. ampl. §. 86. n. 2. et §. 108. 1. — ἐν γὰρ τῷ πολίτην ποιεῖσθαι καὶ στεφανοῦν ταῦτ' ἐνῆν ἀμφότερα. quod eum civem faciebatis et corona donabatis, hoc mihi indicio erat, vos eum, qui male de vobis meritus esset, impune dimittere et provocare, ut postero tempore vobis bene facere vellet. Orat. c. Leptin. 98. p. 487. ἐνταῦθ' ἦν. in Timocr. 146. p. 745. ἐν γὰρ τῷ παθεῖν καὶ ὁ δεσμὸς ἦν.

§. 189. εὐτρεπίσηται. ut orat. de coron. 175. p. 286. ὅσους ἢ πεῖσαι χρήμασι Θηβαίων ἢ ἐξαπατῆσαι ἐνῆν, ἅπαντας ηὐτρέπισται. ubi vid. not. Dissenii. — Βουλομένων ἄν. Intellige: data occasione. Vid. adnotat. ad §. 58. p. 237. s. — οἷον Ἀθηνόδωρος λέγω. Vid. adnotat. ad §. 45. p. 213. ad §. 156. p. 448. Add. orat. de coron. 94. p. 257. in Mid. 180. p. 572. in Androt. 16. p. 598. — Ἀρχέβιον τὸν Βοιώτιον. Archebium hic commemoratum filium fuisse illius, qui

Digitized by Google

§. 189 orat. c. Leptin. 60. p. 475. inter studiosos Athenienses laudatur, opinatur Frid. Aug. Wolfius in indice ad h. orat. Cf. Schneideri not. ad Xenophontis Hellenic. V, 4, 28. Sed non dubito, quin idem sit intelligendus: certe id non tempora vetant, ut censet Wolfius. — *βασιλέας*. Duo libri hic *βασιλεῖς*, supra §. 170. omnes *βασιλέας* exhibent. De forma soluta vid. Fischeri adnotat. ad Velleri gramm. I. p. 122. Matthiaei gramm. §. 83. n. 6. Buttmanni gramm. ampl. §. 52. n. 3. Dindorf. ad Isocrat. praefat. VI., ad Demosth. praefat. XI. Quae forma etsi Atticis usitatissima est, tamen etiam contracta, si momentum huius rei codices fidei probatae faciant, apud scriptores optimos invenitur, ut *τοὺς γονεῖς* orat. in Aristogit. 66. p. 790. — *τούτων* post *τῶν ἔξω φίλων*, quia plures exteri amici nominibus suis interpositi sunt, perspicuitatis causa illatum est, ut *μηδενὶ* aliquid ex propinquo haberet, quo referendum esset. — *μήτ' ἐναντιωθῆναι μήτε κωλύειν*. Aoristus indicat ipsam obsistendi actionem, neglecta temporis notione, praesens autem rem durantem vel iterandam neque ad unum temporis momentum relatam, ut Maetznerus ad Antiphont. p. 153. s. recte explicavit. Vid. quae supra ad §. 4. p. 134. dicta sunt, ibique collectis add. Olynth. I. 27. p. 16. Philipp. II. 11. p. 63., ubi vid. not. Frid. Frankii.

§. 190. *τηνικαῦθ' ἥκω καὶ κατηγορῶ*. Cf. quae orator supra §. 5. dixit. — *καὶ νομίζω*. Reiskius: Malim *νομίζων*, omissa copula. *so quod existimem!* Recte opponit Schaeferus, sic oratorem corrigi, non librarios. Ac magis effertur haec enunciatio, id quod rationi totius loci maxime convenit, si per se ipsa constat, quam si antecedentibus participio adnectitur. *τὸ μὲν — ἀντιλέγειν*. Vid. adnotat. ad §. 85. p. 303. — *ἐφ' οἷς*. id est, *ἐπὶ τούτοις, ἐφ' οἷς in den Fällen, wo.* Philipp. III. 34. p. 119. *οὐ μόνον δ' ἐφ' οἷς ἡ Ἑλλὰς ὑβρίζεται ὑπ' αὐτοῦ, οὐδεὶς ἀμύνεται, ἀλλ' οὐδ' ὑπὲρ ὧν αὐτὸς ἕκαστος ἀδικεῖται.* id est *bey dem, was.* orat. in Mid. 20. p. 521. *τολμήματα τοῦ μιαροῦ τούτου πολλὰ καὶ δεινά, ἐφ' οἷς τῶν πεπονθότων οἱ μὲν καταδείσαντες τοῦτον — ἡσυχίαν ἔσχον, οἱ δ' ἐπιχειρήσαντες δίκην λαμβάνειν οὐκ ἠδυνήθησαν.* orat. II. in Aristogit. 9. p. 803. *ἐφ' οἷς οἱ νόμοι καλεύουσι τὸ λοιπὸν μὴ γράφεσθαι μηδ' ἀπάγειν μηδ' ἐφηγεῖσθαι.* id est, *in quibus causis.* Ita quoque *ἐπ' ἐκείνοις* quod sequitur significat *in illis rebus.* Recte iam Reiskius *ἐφ' οἷς* cepit, interpretans *ἐκεῖ, ὅπου. tum, cum*, modo ne in *ἐπὶ τούτοις, ἐν οἷς* resolvisset, quod legi attractionis contrarium esse iure contendit Schaeferus. — *ἀλυσιτελὲς*. Vid. adnotat. ad §. 4. p. 138.

§. 191. Sequitur obiectio ab utili, sive, ut Ulpianus ad h. l. dicit, *ἀντιπίπτον ἀπὸ τοῦ συμφέροντος*. Dicent adversarii, Ctesi-

Digitized by Google

bleptem et Charidemum fortasse adversatos esse reipublicae tum, § 191
quum hostes essent, nunc autem esse amicos et se utiles praebere ideoque oportere, quod Atheniensium mori conveniat, maleficia illorum oblivione deleri. Refutat haec orator utens, docente rursus Ulpiano, *ἐκ διαφορᾶς τῇ λύσει κατ' ἀντιπαράστασιν.* Concedit enim veniam dandam esse, sed non eo modo, quo velint adversarii, quorum sententia a malorum et aequalium ratione differat, ideoque totam rem alio convertit. Audiamus quod de hac re anonymus in scholiis *εἰς στάσεις* vol. VII. p. I. p. 420. apud Walzium dicit: *πᾶσα ἀντιλογία ἢ κατὰ μάχην ἢ κατὰ μέθοδον πρόεισι· — ἂν δὲ κατὰ μέθοδον, καλεῖται ἀντιπαράστασις, ὅταν τὸ λεγόμενον ὑπὸ τοῦ ἐναντίου δεχώμεθα, κατὰ ἄλλο δέ τι ἀνατρέπωμεν αὐτό.* Cf. Apsinis rhet. vol. IX. p. 510., ubi de variis refutandi generibus praecepta dans inter alia dicit: *ἢ κατὰ ἀντιπαράστασιν, ὅταν μὴ δυνάμενοι ἀνελεῖν τὸ παρὰ τοῦ ἀντιδίκου πάντη ἀντιπαραστήσωμεν αὐτῷ ἕτερον.* et p. 513. *γίνεται δὲ λύσις ἐκ διαφορᾶς. κ. τ. λ.* Prudenter autem ab oratore institutum est, ut quando et quibus oblivio praeteritorum adhibenda esset et quid omnino de venia danda sentiret, coram civibus exponeret, qui *οὐ δεινοὶ τοὺς ἀδικοῦντας μεμνῆσθαι* essent, ut ipse in Philipp. II. 30. p. 73. dicit. Sed ut ad alia transeam, notes praeterea formam initii ut Demostheni non infrequentem, veluti orat. pro Megapol. 11. p. 204. *Ἔστι τοίνυν καὶ τοιοῦτός τις λόγος παρὰ τῶν ἀντιλεγόντων, ὡς —. — παράξειν.* De hoc verbo dictum est ad §. 95. p. 322. s. — *νῦν δέ γ' εἰσὶ φίλοι καὶ χρησίμους παρέχουσιν αὑτούς.* Non recte ab editoribus Turicensibus *γ' εἰσὶ* verba auctoritate et fide codicis *Σ* et duorum aliorum librorum electa puto. Desideraveris certe *ὄντες* ad *φίλοι* appositum. At dicent, illa verba ad sententiae integritatem non necessaria esse lisque omissis fortiorem fieri oppositionem, cuiusmodi hoc loco exspectetur, quum *ὅτ' ἦσαν ἐχθροὶ* proxime antecedant, ut optime sequantur: *nunc autem amici, etiam utiles se praebent.* Esto; non tamen negandum est, ista dicendi brevitate liberiorem orationis cursum inhiberi inferrique aliquid duri atque coacti, quod a Demosthenis ingenio eiusque loquendi genere abhorreat. Certe unum et alterum exemplum vellem efferretur foras, ubi orator ita, ut isti volunt, loquutus esset. Contra si receptam scripturam, a reliquis libris omnibus subministratam, ab Im. Bekkero Dindorfioque retentam, spectamus, ea profecto eiusmodi est, quae librariis in mentem venire vix potuerit. Potuerant quidem addere, quod exspectabatur, *εἰσὶ*, sed dubito an id eo loco posuissent, quo positum est, nec potius post *φίλοι*. Eo enim loco, quo in libris exstat, cùm vi indicat, Cersobleptem et Charidemum nunc revera esse amicos, id est, veros

Digitized by Google

§. 191 et fideles, ideoque subiiciuntur ea, in quibus vera amicitia consistit. Deinde non possum mihi persuadere, γε particulam, quae cum scriptoris sententia tantopere congruat, ab librarii potius quam ab ipsa Demosthenis manu profectam esse. Quum enim antea adversarii dicant, esse posse, ut Cersobleptes et Charidemus prius in rempublicam hostiliter egerint, ideoque dubitanter dicant, an res ita se habeat, iam id se certo scire opponunt, eos praesenti quidem tempore veros amicos esse. Itaque γε inservit asseverationi et est iam propter antecedentem particulam ἴσως ad sententiam percommoda. Praeterea puto verba, quae orator §. 193. ἀλλ' ἐξ οὗ φίλος εἶναι προσποιεῖται, ἐκ τούτου πλεῖστα καὶ ὑμᾶς ἐξηπάτηκεν adversariis opponit, melius eorum obiectioni respondere, si in ea γε retineatur, quam si omittatur. Denique si quaeras, quomodo factum sit, ut illa verba in tribus illis libris desint, ea existimes omissa fuisse a librario, qui brevia eademque fortia amans eadem virtute oratorem ornatum videre voluerit. — οὐδὲ γὰρ Λακεδαιμονίους ὅτ' ἐσώζομεν — τὰ τελευταῖα νυνί. Similia de Atheniensibus in orat. de coron. 94. ss. p. 257. ss. praedicantur, qui totus locus cum nostro conferendus est. Nam ibi quoque Lacedaemonii et Thebani, quos difficultatibus afflictos Athenienses, pristinarum iniuriarum immemores, adiuverunt, commemorantur. Quam eorum agendi rationem Diodorus Sicul. XV, 63. animi magnitudinem et humanitatem appellat, ubi narrans, Lacedaemonios post pugnam Leuctricam, fractis eorum opibus, quum Thebani Laconicam invasissent, ab Atheniensibus auxilium petiisse, quamquam iis tyrannos triginta ante imposuissent, muros diruissent et urbem ipsam exscindere voluissent, ad extremum addit: ὁμῶς δ' οὐ διεσφάλησαν τῶν ἐλπίδων. Ὁ γὰρ τῶν Ἀθηναίων δῆμος μεγαλόψυχος ὢν καὶ φιλάνθρωπος, τὴν μὲν τῶν Θηβαίων ἰσχὺν οὐ κατεπλάγησαν, τοῖς δὲ Λακεδαιμονίοις ὑπὲρ ἀνδραποδισμοῦ κινδυνεύουσιν ἐψηφίσαντο βοηθεῖν πανδημεί. καὶ παραχρῆμα στρατηγὸν καταστήσαντες τὸν Ἰφικράτην ἐξέπεμψαν καὶ τοὺς νέους αὐθημερόν, ὄντας μυρίους καὶ δισχιλίους. Et Thebani ad redeundum coacti sunt Olymp. CII, an. 4. Cf. Xenophontis Hellenic. VI, 5, 49 — 52. Vid. Dissenii not. ad orat. de coron. p. 263. Apud Xenophontem Hellenic. II, 2, 19. s. VI, 5, 35. Thebani, victis ad Aegos flumen Atheniensibus, eorum urbis excisionem suasisse dicuntur. Consentit Demosthenes orat. de fals. legat. 65. p. 361. Sed in primis afferendus est Isocratis Plataic. 31. p. 302., ubi, aliis Thebanorum iniuriis ante indicatis, mala commemorantur, quae illi in bello Decelico urbi intulerunt, denique sententia eorum in Graecorum concilio prolata, ὡς χρὴ τήν τε πόλιν ἐξανδραποδίσασθαι καὶ τὴν χώραν ἀνεῖναι μηλάβοτον ὥσπερ τὸ Κρισαῖον πεδίον.

Digitized by Google

Calamitatem belli Decelici non inultam sinere potuisse Athenienses, §. 191
si voluissent, dicit Demosthenes orat. de coron. 96. p. 258. Attamen Athenienses a Thebanis in auxilium vocati, quum Lacedaemonii in Boeotiam incurrissent, opem tulerunt, et Pausaniam ducem ab Haliarto oppugnanda, Lysandro ibi iam occiso, Olymp. XCV, an. 2. repulerunt: de qua re vide quae narrat Xenophon Hellenic. III, 5, 16—25. Pausan. Lacon. III, 5. 9, s. Plutarch. Lysand. 27. ss. Cf. Voemelii adnotat. ad Philipp. I. p. 174. Et postea Olymp. C. an. 2. Thebanis ope Atheniensium Cadmea, a Lacedaemoniis Phoebida duce occupata, restituta est. Vid. Xenoph. Hellenic. V, 4. Plutarch. Pelopid. c. 5—13. Diodor. Sicul. XV, 25. s. Quamquam prior illa expeditio hoc loco videtur intelligenda esse. Euboeenses autem servati sunt ab Atheniensibus Olymp. CVI, an. 4., proelio ad Tamynas contra Calliam commisso. Jam prius Olymp. CV, an. 3. in Euboea contra Thebanos pugnatum erat. Vid. Weiskii hyperb. III. p. 35. n. 23. Cf. adnotat. ad §. 173. p. 474. s. Ii quoque prius in Athenienses hostilia ausi erant, de qua re vid. Aeschin. orat. in Ctesiph. 85. p. 65. Ceterum harum expeditionum, quas Athenienses pro salute illorum populorum susceperant, a Demosthene etiam alibi, quam orat. de coron. l. c., mentio facta est. Orat. pro Megapol. 14. p. 205. *Λακεδαιμονίους καὶ πρότερον Θηβαίους καὶ τὸ τελευταῖον Εὐβοέας ἔσωσεν ἡ πόλις.* Philipp. I. 17. p. 44. de fals. legat. 75. p. 364. *οὐδὲ γὰρ Λακεδαιμονίους διὰ τὴν ἀρετὴν αὐτῶν ποτ' ἐσώσατε, οὐδὲ τοὺς καταφάτους Εὐβοέας τουτονσί, οὐδ' ἄλλους πολλούς, ἀλλ' ὅτι συμφέρον ἦν σῶς εἶναι τῇ πόλει, ὥςπερ Φωκέας νυνί.* Cf. Aeschin. l. c. De verbis *τὰ τελευταῖα νυνί* vid. dicta ad §. 186. init.

§. 192. *τοῦτον τὸν λόγον — ὀρθῶς ἂν λέγεσθαι.* Schaeferus, probans dicta Reiskii, quibus librariorum conatus, qui in apparatu critico notati sunt, reiiciebat, haec dicit: „Arcte iungenda *τοῦτον τὸν λόγον εἰ μὲν ἔλεγον.* Ad *ὀρθῶς ἂν λέγεσθαι* subaudias, si placet, *αὐτόν.*" Quam recta sit ista verborum structura, ostendit etiam *ἐροῦσι*, ad quod pariter *τοῦτον τὸν λόγον* referendum est. — *μείζω τοῦ δέοντος ποιῆσαι. iusto maiorem* vel *maiorem quam par est facere Cersobleptem.* Philipp. I. 18. p. 45. *πλείους τοῦ δέοντος.* Plat. Phileb. p. 13. D. *νεώτεροι τοῦ δέοντος.* et *πέρα τοῦ δέοντος σοφώτεροι* in Gorg. p. 477. D. — *τοὺς ἐκείνου στρατηγούς.* Ulpianus ad h. l.: *τὸ δὲ πληθυντικῶς εἰπεῖν τοὺς ἐκείνου στρατηγούς, καίτοι γε ἑνὸς ὄντος τοῦ Χαριδήμου, χαλεπὴν ποιεῖ τὴν ὑπόνοιαν.*

§. 193. *εἰ μὲν ἐχθρὸς ὢν κακῶς ἐποίει.* Etiam editores Turicenses vocem *Χαρίδημος* post *ὤν* in plurimis libris inventam omiserunt; Dindorfius autem nomen, quod Im. Bekkerus uncis caute inclu-

Digitized by Google

§. 198 serat, addidit, quamvis omissionem eius libro Σ et tribus aliis, quos alias, ubi potest, sequi solet, iubentibus. Ac vix dubito, quin sic scripserit Demosthenes, ut a me scriptum est. Nam orator utrumque hominem antea bis nominatim appellavit coniunctum, deinde de singulis loquitur, primum de Cersoblepte, tum de Charidemo, et ita quidem, ut propria cuiusque commemorentur neque de altero dicta una ad alterum pertineant. Quare omisso h. l. Charidemi nomine nulla obscuritas oriri potest. Scriptura illa e margine illata videtur, ubi ab aliquo perspicuitatis causa adscripta erat: eam id quoque suspectum reddit, quod in uno libro post ἐποίει aliam sedem habet. — φίλος δὲ φήσας εἶναι μετεβέβλητο. Verbum εἶναι Funkhaenelius observatt. crit. in Demosthen. Philippic. III. p. 11. a. ut inutilem vocem cum Σ et duobus aliis libris abiiciendum censuit, arctissime iungenda verba φίλος μετεβέβλητο et φήσας commatis intercludendum esse contendens. In quo miror nimium secure sequutos fuisse editores Turicenses. Non est quidem negandum, si Funkhaenelii expositionem verborum nostra lingua datam audias, eam ita sonare, ac si in graecis nihil insit, in quo haereamus: vertit enim: *wenn Charidemus früher als Feind uns Uebles gethan hätte und dann nach seinem Vorgeben sich in einen Freund verwandelt hätte, dann möchte man vielleicht es sich gefallen lassen, wenn seine Freunde von Nachsicht und Verzethung vor Euch sprechen.* Non tamen ea de causa crediderim vel ab Demosthenis manu istam scripturam esse vel dignam, quae sub eius nomine feratur. Vide enim, quid in ea iure culpem. Ut primum levius quiddam attingam, non placet, quod participium φήσας a reliquis verbis interpunctione misere disiunctum est, quod unum editores Turicenses se sensisse significarunt signis remotis. Deinde, id quod gravissimum est, constructio φίλος μετεβέβλητο insolens est ac non graeca eiusque nemo alterum exemplum indicabit simillimum. Graeca esset, si diceretur φίλος δὲ μεταβαλὼν ἐγένετο vel φίλος δὲ ἀντὶ ἐχθροῦ γενόμενος μετεβέβλητο vel εἰς φίλον δὲ ἐξ ἐχθροῦ μετεβέβλητο, ut apud Platon. de rep. p. 553. A. de legg. p. 944. E., vel etiam, ἐξ ἐχθροῦ omisso, εἰς φίλον δὲ μετεβέβλητο. Vid. Schaeferi not. ad Lambert. Bos. ellips. p. 312. et quos ibi citavit. Itaque Graeci, si ista, cuius generis effinxit Funkhaenelius, audivissent, contrarium potius intellexissent, scilicet *amicum alium factum esse*, quod significare posset, *amicum mutatum esse in inimicum*. At Funkhaenelius prolepseos machinam machinatus est, ut aurum efficeret ex ista libri Σ scriptura. Eius ope enim φίλος μετεβέβλητο voluit significare idem, quod εἰς φίλον μετεβέβλητο vel ὥστε φίλον γενέσθαι. Revocans nos idcirco ad Schaeferum, qui de

Digitized by Google

proleptico adiectivi usu ad Demosthen. p. 19. 18. loquutus est, com- §. 193
paravit ille Demosthenica *μέγας ηὐξήθη*, *ἤρθη μέγας*. Num autem ea conveniunt ad id, quod voluit, probandum? Nonne adiectivum in usu proleptico est amplificandae notionis verbi, ita ut illud cum hoc cognationem aliquam habere oporteat? Addo alia, veluti *μετεώρους ἐξεκόμισαν* (*ἐκ τοῦ πήλου*) *τὰς ἀμάξας* Xenophont. Anabas. I, 5, 8. *πλεῦνα ἐκτεῖναι λόγον* Herodot. VII, 51. *μέλαν γένειον ἔρεφον* Pindar. Olymp. I, 68. *ἀπόκρυφον δέμας ὑπὸ μέλαθρον κρύψω* Euripid. Hercul. fur. 1070. *μοῖραν πατρῴας γῆς διαίρετον νέμειν* Sophocl. Trachin. 168. *διαμνδαλέους δάκρυσι κόλπους τέγγειν* Aeschyl. Pers. 537. Sola haec exempla vel me non monente satis docebunt, verba *φίλος μετεβέβλητο* non esse ad prolepseos genus referenda Funkhaeneliumque eius vim et rationem neglexisse. Vid. Godofr. Hermann. ad Viger. p. 897. ad Sophocl. Aiac. 69. 965. ad Oedip. Colon. 1202. Volkm. Fritsch. quaestt. Lucian. p. 39. ss. Quare Demosthenem ita mihi persuasum est scripsisse, ut in reliquis libris scriptum et ab Im. Bekkero Dindorfioque editum est: *φίλος δὲ φήσας εἶναι μετεβέβλητο*. Quae scriptura et ad sententiam egregia est et oratoris loquendi consuetudini congruit: ipsa verbi *εἶναι* collocandi ratio tuentibus favet, ut orat. c. Lacrit. 7. p. 925. *οἱοίπερ προσεποιοῦντο καὶ ἔφασαν εἶναι*. orat. in Neaer. 44. p. 1359. *Ἀθηναῖος φάσκων εἶναι οὕτω πόλυ τῶν νόμων καταπεφρόνηκε*. et allis locis, et verbum *μεταβάλλεσθαι* de animi mutatione rectissime dictum esse sine ullo additamento, loci probabunt a Reiskio in indic. graecit. p. 338. allati. Si autem quaeris, quomodo omissio v. *εἶναι* in libris facta explicanda sit, nihil certius esse puto, quam eam ab audaculo emendatore Demosthenis profectam esse, qui etiam aliis locis, maxime in omittendo *εἶναι* verbo, sua libidine in dicendi consuetudinem oratoris grassatus est. — *τάχ' ἂν ταῦτά τις ἥκουεν*. sc. dandam esse veniam. *Ταῦτα* in nonnullis libris deest et Reiskius uncis inclusit. Sed vide §. 194. *οὐδ' ἂν οὕτως ᾤμην δεῖν τοῦτον ἀκούειν τὸν λόγον*. Ac iure propter vim suam ante *τις* collocatum est. — *πλεῖστα καὶ ὑμᾶς ἐξηπάτηκεν*. Notabile est illud *καὶ*, quod ante *πλεῖστα* vel ante *ἐξηπάτηκεν* ponendum fuisse potes. Ac propter raram eius positionem in plurimis libris omissum videtur eandemque ob causam ab Im. Bekkero Dindorfioque neglectum, qui libro *Σ* et duobus allis, qui inter optimos sunt, obsequi debebant. Id primus recepit Doberenzius observatt. Demosthen. p. 9. et editores Turicenses probarunt, bene illustratum a Funkhaenelio in commentariis literar. Darmstad. an. 1841. n. 116. p. 962. s. ab eodemque in quaestt. Demosthenic. p. 7. ss. exemplis satis firmatum. Scilicet *καὶ* ad totam sententiam pertinens nonnunquam inter

Digitized by Google

§. 193 verba, quae eam conficiunt, medium possidet locum eique verbo, quod momenti est gravioris, subiectum esse solet. — *διά γε ταῦτ'*. Sic cum Im. Bekkero omnes recentiores editores; Reiskius *διὰ ταῦτά γε*. Cf. orat. in Androt. 37. p. 605. *ὥστ' εἰ μηδενὸς ἄλλου ἕνεκα, διά γε ταῦτα καταψηφιστέον*, ubi tamen *γε* omiserunt ΣΤΩς. Schaeferus ad hunc Aristocrateae locum dicit: „uterque ordo probus, sed nonnullo ad sensum discrimine. In nostro enclitica refertur ad solum pronomen: in Reiskiano ad totum hoc *διὰ ταῦτα*.“ Sed non video, quomodo, si dicas *διὰ ταῦτά γε*, praepositio ad sensum seiungi a pronomine possit. Illud est ex nostra lingua *wenigstens aus diesem Grunde*, *wenigstens deshalb*, hoc reddi debet *deshalb wenigstens*. Ubi enim *γε* particula inter praepositionem et pronomen posita est, praeparat cum vi sua opponendi id, quod in vicem rei negatae substituitur contra; ubi autem pronomini adiuncta est, oppositionem ipsam, quae in pronomine est, auget. Cf. tamen, quid discriminis inter utrumque Klotzius ad Devarii libr. de gr. ling. particulis vol. II. sect. I. p. 326. s. statuit. — *καὶ μὴν περὶ τοῦ γε μὴ μνησικακεῖν*. Cf. orat. c. Leptin. 25. p. 464. *καὶ μὴν περὶ τοῦ γε μὴ εἶναι χρήματα κοινὰ τῇ πόλει ἐκεῖνο ὑμᾶς δεῖ σκοπεῖν*. ibid. 109. p. 490. *καὶ μὴν περὶ τοῦ γε μηδὲ Θηβαίους μηδένα τιμᾶν, ἐκεῖν' ἂν ἔχοιμι εἰπεῖν ἀληθὲς οἶμαι*. ubi Im. Bekkerus optimis libris non obtemperavit. Adde orat. c. Pantaenet. 55. p. 982. *ἀλλὰ μὴν περὶ τοῦ ἐμοῦ γε βαδίσματος, ἢ τῆς διαλέκτου τἀληθῆ πάντ' ἐρῶ πρὸς ὑμᾶς*. uti in libro Σ scriptum est, quod rectumne sit an ceteris libris omnibus *περὶ γε τοῦ ἐμοῦ βαδίσματος* tenentibus maior fides habenda, vehementer dubitandum est. Cf. Dindorfii praefat. p. VIII. s. Quod deinde in duobus libris exstat *καὶ μὴν καὶ περὶ*, ibi librarii alterum *καὶ* ex recordatione aliorum locorum, ut orat. c. Leptin. 149. p. 502. *καὶ μὴν καὶ Γελάρχῳ πέντε τάλαντ' ἀποδοῦναι γέγραφεν οὗτος*. addidisse videntur. — *ὁ μὲν ἕνεκα*. Vid. adnotat. ad §. 137. p. 403. — *κακόν τι*. Prius *τι κακὸν* inverso ordine legebatur, qui pronominis locus, ex nonnullis deterioribus codicibus datus, iure inde ab Im. Bekkero consensu optimorum librorum mutatus est. Puto ita unum et alterum librarium etiam hic correxisse ad similitudinem aliorum locorum, ut §. 188. et 194., qui tamen alius sunt generis. Vide contra §. 195. et 197. — *τὰ τοιαῦτα*. qualia ego contra Cersobleptem et Charidemum profero. — *παθεῖν*. Vid. adnotat. ad §. 125. p. 384.

§. 194. Tertia obiectio rursus ab utili sumta est, cum antecedente cognata. Sed audiamus potius Ulpianum, qui de arte huius loci et singulis electis verbis plura subtiliter exposuit. *Ἀντίθεσις πάλιν*, inquit, *ἀπὸ τοῦ συμφέροντος, ἐχομένη τῆς προτέρας ἀντιθέσεως*.

Digitized by Google

ἐπῆκται δὲ τοῦτον τὸν τρόπον· ἄνω γὰρ εἰπὼν, ὡς οὐ δεῖ μνησι- §. 194
κακεῖν, εἰ καὶ τότε ἠδίκηκε· νῦν προςτίθησιν, εἰ καὶ ἀληθῶς εὖ ποιεῖν ὑμᾶς νυνὶ προείρηται. ἵνα δὲ μὴ τῆς εὐποιΐας δελεασθῶσιν οἱ ἀκούοντες τοῖς ὀνόμασι καὶ ταῖς λέξεσιν, ὅρα πῶς διαβέβληκεν αὐτά. πρῶτον μὲν ἴσως εἰπὼν καὶ διιστάζοντα ποιήσας· εἶτα καὶ ὑπόνοιαν, οὐ πιστὸν φήσας εἶναι τὸ πρᾶγμα. καὶ τὸ ὡρμηκότα δὲ, ἄλογον καὶ εὐμετακίνητον γνώμην ἐμφαίνει· οἱ γὰρ οὐ κρίναντες καὶ μελετήσαντες, ἀλλ' ἐκ προπετείας ὁρμήσαντες, ἀθρόως καὶ μετάβάλλονται. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τοῦ βουλομένου τι ποιεῖν ἀγαθὸν συνέστειλε τὴν ἐλπίδα· οὐ γὰρ εἶπεν ἀγαθὰ πολλὰ, ἀλλά τι ἀγαθόν. Non tamen rhetor ἴσως particulam recte intellexit, quae modum occupandi indicat, ut supra p. 313. expositum est. — ὑπόνοιαν. Est *opinio*, quod nos dicimus *Einbildung*; idem fere esse quod πρόφασιν, *causationem*, explicat Schaeferus, coll. orat. c. Olympiod. 39. p. 1178. ἃ δ' ἐγὼ ἐρῶ πρὸς ὑμᾶς ὅτι οὗτος ψεύδεται, ταῦτα δὲ ὑπόνοια μὲν οὐδεμία ἔσται. — εἰ καταψηφιούμεθα. *decreto abrogato*. — ὑπόπτως ἔχειν πρὸς ἡμᾶς. Orat. de fals. legat. 132. p. 381. δυσκόλως τ' ἔχειν καὶ ὑπόπτως πρὸς τὸν Φίλιππον. Vid. Maetzneri adnotat. ad Lycurg. p. 257. πρὸς ὑμᾶς recte in fine enunciationis a recentioribus editoribus positum est. Vid. not. ad §. 145. p. 431. — θεάσεσθε ὡς ἔχω. *quomodo sentiam*. Olynth. II. 17. p. 22. οἱ μὲν οὖν πολλοὶ Μακεδόνων πῶς ἔχουσι Φιλίππῳ, ἐκ τούτων ἄν τις σκέψαιτο οὐ χαλεπῶς. Plat. Sympos. p. 218. C. ἐγὼ δὲ οὕτωσὶ ἔχω. Frequens est ἔχειν πρός τινα vel τι, maxime apud Platonem. Protagor. p. 352. A. θεασάμενος ὅτι οὕτως ἔχεις πρὸς τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ ἡδύ. ubi vid. adnotat. Heindorfii, Demosthen. Philipp. III. 46. p. 122. οὐ γὰρ οὕτως ἔχεθ' ὑμεῖς οὔτε πρὸς τὰ τοιαῦτα οὔτε πρὸς τἄλλα, ἀλλὰ πῶς; De usu et vi dictionis nonnulla dedit Stuppius ad Xenophont. Memorab. IV, 8, 7. — οὐδ' ἂν οὕτως ᾤμην δεῖν τοῦτον ἀκούειν τὸν λόγον. *ne sic quidem ista audienda putarem*. Collocatio pronominis τοῦτον ante ᾤμην in nonnullis libris exhibita ab iis profecta est, qui id maiore vi efferendum esse putarent. — οὐδένα γὰρ ἂν νομίζω τοσαῦτ' ἀγαθὰ ποιῆσαι. Recte ἄν particula et auctoritate plurimorum librorum et usu loquendi post οὐδένα γὰρ collocata est. Qui particulae post ἀγαθ' sedem assignarunt, eam de suo ibi intulisse videntur non inventam in exemplari, unde descripserunt. Ad eam opinionem certe ducit omissio particulae in uno libro F facta. — δὲ δν ὑμῖν προσήκειν. Προσήκει, quod in nonnullis libris scriptum est, librariorum correctio est nescientium, infinitivum post relativum inferri propter praegressum νομίζω. Affert Lobeckius ad Phrynich. p. 772. e Lysiae Epitaph. 1395. haec: οἶμαι δ' οὐδένα ἀναίσχυντον οὕτως εἶ-

§. 194 ναι, ὅντιν' ἂν ἀντιποιήσεσθαι. Plat. de rep. VI. p. 492. C. πολὺν ἂν αὐτῷ παιδείαν ἰδιωτικὴν ἀνθέξειν, ἣν οὐ καταλυσθεῖσαν ὑπὸ τοῦ τοιούτου ψόγου ἢ ἐπαίνου οἰχήσεσθαι φερομένην κατὰ φοῦν, ᾗ ἂν οὗτος φέρῃ; Cf. Schaefer. ad h. l. et ad p. 1337. 12. Vid. adnotat. ad §. 53. p. 226.

§. 195. παρ' ἃ φαίνεται δίκαια. Omittitur nonnunquam post φαίνεσθαι, ubi *palam esse* significat, participium. Vid. Matthiaei gr. §. 549. 6. n. 3. Kruegeri not. ad Dionys. Halic. historiogr. p. 133. Εἶναι post δίκαια in libris bonae notae illatum, quod Reiskius tuetur, inferioris graecitatis est. — δυοῖν ἀγαθοῖν θάτερον ὑμῖν — συμβήσεται. Hoc est plenius dicendi genus, cui duae enunciationes cum γὰρ particula et disiunctivis ἢ — ἢ subiici solent. Plat. Apolog. p. 40. C. Δυοῖν γὰρ θάτερόν ἐστι τὸ τεθνάναι· ἢ γὰρ οἷον μηδὲν εἶναι μηδ' αἴσθησιν μηδεμίαν μηδενὸς ἔχειν τὸν τεθνεῶτα, ἢ κατὰ τὰ λεγόμενα μεταβολή τις τυγχάνει οὖσα καὶ μετοίκησις τῇ ψυχῇ τοῦ τόπου τοῦ ἐνθένδε εἰς ἄλλον τόπον. de legg. p. 854. D. δυοῖν δὲ θάτερον ἀπεργάζεται σχεδόν, ἢ γὰρ βελτίονα ἢ μοχθηρότερον ἧττον ἐξεργάσατο τὸν τὴν δίκην παρασχόντα. Brevior et contractior forma ubi invenitur δυοῖν θάτερον, verbo ibi omisso et disiunctivis particulis sine γὰρ siatim appositis, non est propterea ulla ellipsis admittenda, ut Schaeferus ad p. 113. v. 12. contra Bremium recte contendit, nec tamen eius explicationem probari oportet, quum dicit, formam δυοῖν θάτερον reliquae orationi sic interseri, ut nexu cum ceteris syntactico soluta notionem per se conficiat, et comparari possit cum nostro: *Eins von beiden, entweder — oder* —. Nam θάτερον, ut ex cuiusque loci natura cognosci licet, nominativus est, si in sequentibus hominis vel rei conditio et vel corporis vel animi status indicatur, accusativus autem, si sequentia notionem praebent efficiendi. Exempla id satis docebunt. Nominativus est apud Platonem Phaed. p. 76. A. ὥστε, ὅπερ λέγω, δυοῖν θάτερον, ἤτοι ἐπιστάμενοί γε αὐτὰ γεγόναμεν καὶ ἐπιστάμεθα διὰ βίου πάντες, ἢ ὕστερον, οὓς φαμεν μαθάνειν, οὐδὲν ἄλλ' ἢ ἀναμιμνήσκονται οὗτοι καὶ ἡ μάθησις ἀνάμνησις ἂν εἴη. neque ibi supplendum γίγνεται vel simile quid. Et in Demosthenis orat. de fals. legat. 176. p. 396. εἶτα τῶν ἄλλων πρέσβεων ἕκαστον καλῶ, καὶ δυοῖν θάτερον, ἢ μαρτυρεῖν ἢ ἐξόμνυσθαι ἀναγκάσω. tantum abest, ut δυοῖν θάτερον absolute positum sit, ut ex sequenti ἀναγκάσω assumenda sit cogitatione notio efficiendi. Idem valet orat. de coron. 139. p. 274. καίτοι δυοῖν αὐτὸν ἀνάγκη θάτερον, ἢ μηδὲν τοῖς πραττομένοις ὑπ' ἐμοῦ τότ' ἔχοντ' ἐγκαλεῖν μὴ γράφειν παρὰ ταῦθ' ἕτερα, ἢ τὸ τῶν ἐχθρῶν συμφέρον ζητοῦντα μὴ φέρειν εἰς μέσον τὰ τούτων ἀμείνω. ubi Reiskius et Bremius

Digitized by Google

ποιεῖν ad θάτερον immerito supplent, quia non est prorsus omissum, sed in sequentibus latet. — λανθάνειν. sc. ἐξαπατῶν. — αὐτῷ βουλομένῳ πρὸς ὑμᾶς ἐστιν. Vid. adnotat. ad §. 18. p. 162. — ὥστε καὶ εἰ μηδὲ δι' ἓν τῶν ἄλλων, διὰ τοῦτο καταψηφίσασθαι συμφέρει. Graviter sic concludit inchoatum enthymema, quo nihil in fine refutationis suae aptius ad commovendos iudicum animos adhibere potuit. „Charidemus, inquit, alterutrum faciet, si psephisma condemnaveritis, aut decipere vos desinet, ubi intellexerit se non amplius occulte agere posse, aut revera amicus vobis erit. Itaque ob hanc causam condemnatio proderit.“ Est enim hoc unum ex arte oratoris, gravissima in fine demonstrationis collocare. Illud μηδὲ δι' ἓν fortius esse, quam διὰ μηδὲν, constat. Vid. Matthiaei gram. §. 137. Buttmanni not. ad Midian. §. 33. n. 6. Schaeferi indic. ad Porson. Hecub. p. 120. b. ed. tert. Lips. Stallbaumii adnotat. ad Platon. Sympos. p. 177. A. et p. 214. D. Tum post τοῦτο cum tribus libris γε particulam omittendam censui, servatam ab Im. Bekkero et Dindorfio, sed ab hoc e duobus deterioris notae libris post διὰ positam. Omissio eius etsi in hac verborum structura apud Demosthenem rarissima est, tamen non prorsus ab eius usu loquendi abhorret: quae ubi facta est, pronomen pronunciando efferas. Sine ulla scripturae diversitate legimus orat. in Timocrat. 202. p. 763. ἀλλ' εἰ καὶ μηδὲν ἄλλο ἠδίκει, κατὰ τοῦτο ἄξιός ἐστιν ἀπολωλέναι. sed discrepant inter se libri orat. in Androt. 87. p. 605. ὥστ' εἰ μηδενὸς ἄλλου ἕνεκα, διὰ ταῦτα καταψηφιστέον. ubi sic novissimi editores Turicenses scripserunt. Adde prooem. 20. p. 1421. quae inter Demosthenica sunt, βουλοίμην δ' ἂν ὑμᾶς, εἰ καὶ μηδὲ δι' ἓν τῶν ἄλλων, δι' ἐκεῖνο ὑπομεῖναι τοὺς λόγους ἀμφοτέρων. Vid. Sluiteri lectt. Andocid. p. 177. ed. Schiller. et Foertschii observatt. crit. in Lysiae oratt. p. 3. s., ubi ex Lys. orat. in Nicomach. 18. p. 184. hoc exemplum affertur: οἱ τοίνυν πρόγονοι τὰ ἐκ τῶν κύρβεων θύοντες μεγίστην καὶ εὐδαιμονεστάτην τῶν Ἑλληνίδων τὴν πόλιν παρέδοσαν, ὥστ' ἄξιον ἡμῖν τὰς αὐτὰς ἐκείνοις θυσίας ποιεῖσθαι καὶ εἰ μηδὲν δι' ἄλλο, τῆς τυχῆς ἕνεκα τῆς ἐκείνων τῶν ἱερῶν γεγενημένης. §. 195

Collatio.

§. 196. Postquam orator, quae eius partem adiuvabant, exposuit et confirmavit primum, tum, quae ab adversariis obiici possent, refutavit, incidit nunc collatio et comparatio reipublicae maiorum natu et suae aetatis, non adscita et sollicite quaesita, sed potius ex ipsa causa profecta. Nam, quum antea Charidemum tanto, quantum postuletur, praemio dignum esse negarit, nunc ostendit potissimum, quem cives modum priore tempore in dandis honoribus observarint qualisque eam ob causam reipublicae eorum status et facies fuerit. Distin-

Digitized by Google

§. 196 guit autem honores, qui civibus quique peregrinis dabantur, ut, in utra parte Charidemus collocetur, nihil contra ab adversariis dici possit: qua quidem cautione etiam alibi in hac oratione usus est. Vid. adnotat. ad §. 28. p. 175. Quod ad usum et rationem collationis attinet, audiamus Ciceronem libro II. de invent. c. 39. praecipientem, quae quodammodo in hunc locum Aristocrateae adhiberi possunt. „In praemii genere, inquit, quid et quantum et quamobrem postuletur, — considerabitur; deinde, apud maiores, quibus hominibus et quibus de causis talis honos sit habitus, quaeretur: deinde, ne is honos nimium pervagetur“ etc. Quae autem narrat de maioribus, ut audientibus iucunda erant et delectatione alliciebant, nam nulla re magis delectabantur Athenienses, quam auditione laudis maiorum, ut Demosthenes ipse orat. de Rhod. libert. 35. p. 200. dicit: ita etiam mentes eorum permovere et impellere debebant, ut odissent et reiicere vellent psephisma Aristocratis. Rursus hic dictum Ciceronis ex oratore c. 24. laudandum est, ubi haec: „Commemoratio antiquitatis exemplorumque probatio summa cum delectatione et auctoritatem orationi affert et fidem.“ Saepenumero autem laudes maiorum oratori locum exspatiandi dederunt amplissimum, quae non modo suam causam sustentarent, sed in civibus etiam virtutis aemulationem vitiorumque emendationem gignerent. Cf. Olynth. III. 23—29. p. 35. s. Philipp. II. 11. ss. p. 68. Philipp. III. 36. ss. p. 120. ss. orat. adv. epistol. Philipp. 21. p. 158. de coron. 202. ss. p. 295. ss. de fals. legat. 269. ss. p. 427. s. c. Leptin. 11. ss. p. 460. Praeterea conferenda sunt cum hoc toto loco verba Aeschinis orat. in Ctesiph. 177—190. p. 79. s.: qua in parte, quales maiores in tribuendis honoribus fuerint, propemodum pari ratione exponitur. Add. orat. de syntax., quae inter Demosthenicas est, 21—26. p. 172. — De τοίνυν vid. adnotat. ad §. 76. p. 280. — τοῖς ὡς ἀληθῶς εὐεργέταις. Vid. §. 88. ibique adnotat. In uno libro prima manu ὡς omissum est, id tamen in hac iunctura apud Demosthenem rarissime deest. — ἴδητ' ἐκείνους ἄμεινον ὑμῶν. sc. νέμοντας, ut Schaeferus vidit. Additum in nonnullis libris χρωμένους, quod Reiskius intulit, Im. Bekkerus recte repudiavit, quippe quod pro glossemate habendum sit. — τὸ πράττειν. Hieron. Wolfius et Reiskius non recte censuerunt, aliquid hoc loco ad sententiae integritatem necessarium esse, ille κατὰ τὸ ἑαυτοῖς δοκοῦν intelligi voluit, hic sic coniecit: ἐφ' ὑμῖν ἔσται κατὰ τὸ δοκοῦν πράττειν. Contra Schaeferus: „Nihil deest. Plenius foret: τὸ πράττειν ὃ πράττετε.“ Valet h. l. propria verbi πράττειν significatio, quae est longius prosequi quod iam fuit vel factum est, ab eo non desistere. Idcirco bene oppositum est τὸ μιμήσασθαι, siquidem hoc significat

Digitized by Google

sequi quod aliorum est, illud autem permanere tenoris sui. Quare si §. 196
oratori plenius loqui placuisset, accuratius opposita sic fingere potuisset: *τὸ μιμήσασθαι τὰ τῶν προγόνων* et *τὸ πράττειν τὰ ἑαυτῶν*. De dictione *πράττειν τὰ ἑαυτοῦ* docte et diligenter disputarunt Lobeckius ad Phrynich. p. 441. et Stallbaumius ad Platon. Charmid. p. 161. B. — *πρῶτον μὲν*. His respondent, quae infra §. 199. sequuntur *τὰς δὲ τῶν ξένων πῶς;* Similiter orat. de symmor. 14. p. 182. post *πρῶτον μὲν* inferuntur §. 18. verba *τὰς δὲ τριήρεις πῶς;* Cf. orat. in Timocrat. 34. et 36. p. 711. sequente *καὶ ἔτι πρὸς τούτῳ*. Orat. in Androt. 22. et 23. p. 600. Neque Graecis neque omnino cultis populis ea concinnitatis consectatio est, qua molesta diligentia oriatur. Nonnunquam antecedens *πρῶτον μὲν* neque *ἔπειτα*, neque *εἶτα* neque etiam *δὲ* vel ulla alia particula sequitur. Vid. Maetzneri adnotat. ad Antiphont. oratt. p. 191. — *τὸν τὴν ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίαν νικήσαντα καὶ Μιλτιάδην τὸν ἡγούμενον Μαραθῶνι*. Quod *ἐν Σαλαμῖνι* dictum est neque item *ἐν Μαραθῶνι*, communis paene loquendi mos est. Vid. §. 198. orat. de coron. 208. p. 297. Isocrat. Philipp. 147. p. 112. Plat. Menexen. p. 241. B. Thucyd. I, 74., ubi pariter haec duo proelia propter celebritatem commemorantur coniuncta. In orat. de contribut. 21 et 22. p. 172. exstat *ἐν Μαραθῶνι*, Aeschin. orat. in Ctesiphont. 181. p. 79. dicit *ἐν τῇ περὶ Σαλαμῖνα ναυμαχίᾳ* et paulo post *ὁ τὴν ἐν Μαραθῶνι μάχην*, Plat. Gorg. p. 516. D. *Μιλτιάδης ὁ ἐν Μαραθῶνι*. Aristotel. rhet. II, 22. ut Herodot. VI, 132. 136. VII, 1. sed Demosth. de fals. legat. 312. p. 441. *οἱ Μαραθῶνι καὶ Σαλαμῖνι*. Est autem in his, quod differat, utrum addatur an desit praepositio: ubi deest, locus per se spectatur, notione singularum eius partium exclusa; addita autem locus intelligitur terminis suis circumscriptus, intra quos aliquid est vel agitur. Num res, quae cum eo coniuncta est, omnes eius partes an singulas, an unam tantum attingat, incertum est, nisi id ex ipsa loci conditione aut ex nexu orationis apparet. *Ἐν Σαλαμῖνι* est latinorum scriptorum *apud Salamina*. Aliter rem explicavit Baiterus ad Isocratis Panegyric. p. 59. dicens, *Μαραθῶνι* denotare ipsum pugnae locum, *ἐν Σαλαμῖνι* duntaxat eius viciniam. Hominem doctum ex parte errasse, satis accurrate ostendit Herm. Sauppius in Iahni annal. an. 1832. t. VI. p. I. p. 61. Cf. Schaeferi not. ad Demosthen. p. 159. v. 25. Sinten. ad Plutarch. vit. Themistocl. p. 24. — *οὐκ ἴσα τοῖς νῦν στρατηγοῖς ἀγαθὰ εἰργασμένους*. Hoc breviter dictum pro *οὐκ ἴσα τοῖς ὑπὸ τῶν νῦν στρατηγῶν πεπραγμένοις ἀγαθὰ εἰργασμένους*. cf. adnotat. ad §. 134. p. 399. Ipsum hoc genus breviloquentiae illustrarunt Schaeferus ad Apollon. Rhod. p. 164., in meletematis p. 57. et

Digitized by Google

§. 196 134., Nitschius ad Homer. Odyss. II. v. 120. p. 286. Wyttenbachius ad Platon. Moral. t. I. p. 480. s. ed. Lips. Ceterum observes exemplum τῆς λιτότητος; dicta illa sunt pro πολλῷ μείζω καὶ ἀξιοπρεπέστερα — εἰργασμένους. — χαλκοῦς ἱστασαν. Vid. adnotat. ad §. 143. p. 417.

§. 197. σφόδρα γε, — καὶ ἀπεδίδοσάν γε. In respondendi formulis, ut σφόδρα γε, καλῶς γε, πάνυ γε, aliis, γε particula vim affirmandi habet, sed καὶ — γε praecedentibus novum quid et gravius addunt. Vid. Matthiaei gram. p. 1207. Hartungii particull. gr. p. I. p. 396. s. Reinh. Klotzii adnotatt. ad Devarii libr. de gr. l. particulis vol. II. sect. I. p. 315. ss. — προὔκριναν. id est, ἔκριναν πρώτους vel πρὸ ἄλλων. De voce vid. Spohnii et Baiteri adnotatt. ad Isocrat. Panegyric. p. 42. ed. Bait.

§. 198. κεκρίσθαι πρώτους. Quod Reiskius ex aliquot libris accepit πρῶτον, sic explicans, ut intelligatur ἑκαστόν τινα, non ferendum est, praegressis σώφροσιν ἀνθρώποις etc. Ut hic πρώτους cum vi in fine positum est, ita πρώτου orat. c. Leptin. 70. p. 478. οὐ μόνον αὐτῷ τὴν ἀτέλειαν ἔδωκαν οἱ τότε, ἀλλὰ καὶ χαλκῆν εἰκόνα ὥσπερ Ἁρμοδίου καὶ Ἀριστογείτονος ἔστησαν πρώτου. — καὶ γάρ τοι. De his particulis dictum est ad §. 104. p. 342. — τῶν ἔργων τῶν τότε, ἄνδρες Ἀθηναῖοι, οὐδενὸς ἀπεστέρησαν ἑαυτούς. Nomen imperatoris, a quo praeclare gesta erant, prioribus temporibus non inscribebatur monumentis publicis. Ὅτου γὰρ ἄν τις, inquit Demosthenes orat. c. Leptin. 69. p. 478., παρ' ἡμῶν ἀγαθοῦ τοῖς ἄλλοις αἴτιος γένηται, τούτου τὴν δόξαν τὸ τῆς πόλεως ὄνομα καρποῦται. Aeschin. orat. in Ctesiphont. 183. p. 80. ἔδωκεν αὐτοῖς ὁ δῆμος μεγάλας, ὡς τότ' ἐδόκει, τρεῖς λιθίνους Ἑρμᾶς στῆσαι ἐν τῇ στοᾷ τῇ τῶν Ἑρμῶν, ἐφ' ᾧτε μὴ ἐπιγράφειν τὰ ὀνόματα τὰ ἑαυτῶν, ἵνα μὴ τῶν στρατηγῶν ἀλλὰ τοῦ δήμου δοκῇ εἶναι τὸ ἐπίγραμμα. Cf. orat. c. Leptin. 112. p. 491. Sed iam Conon, de quo orator priore loco Leptineae loquutus est, singulari modo honoratus est nomine liberatoris sociorum inscriptione pervulgato. Eundem honorem Pausanias, rex Lacedaemoniorum, victis Persis, sibi arrogaverat, irascentibus sociis, ut orat. in Neaer. 97. p. 1378. scriptum est, ὡς αὐτοῦ τοῦ ἔργου καὶ τοῦ ἀναθήματος, ἀλλ' οὐ κοινοῦ τῶν συμμάχων. Vid. Westermanni libr. de honoribus p. 27. Postea adeo Iphicrates ad id processit audaciae, ut praedae ab hostibus factae suum nomen ducis tantum inscribi iusserit, et multos imitatores nactus est. Vid. Suidam s. v. Ἰφικράτης. ὦ ante ἄνδρες Ἀθηναῖοι omisi cum Σ, quam scripturam Im. Bekkerus commemorare praetermisit. Vid. adnotat. ad §. 190. p. 892. — νῦν δ', ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, πολλοὶ τοῦτο λέγουσι. Tres

Digitized by Google

proxime commemoratae victoriae aetate Demosthenis eandem admira- §. 198
tionem, atque antiquae illae, movisse videntur. Inprimis oratores, ut iucunda ad audiendum et grata populo dicerent, eas praedicabant et populus laetus erat, quod res sui temporis praeclare gestas haberet illis comparandas, de quibus maiores iure gloriari possent. Coniunctim eas celebrant praeter Demosthenem h. l. et orat. de contribut. 22. p. 172., Aeschines orat. in Ctesiphont. 243. p. 88., Dinarchus in Demosthen. 75. p. 54. et e scriptoribus posterioris aetatis Aristides orat. c. Leptin. §. 104. et Plutarchus de gloria Atheniens. t. VII. p. 383. ed. Reisk. Neque populus laetitia gestiens sensit, quantum de sua gloria detractum esset, quum victoriam non ut suum, sed ut ducum opus laudibus elatam audiret. — *Κέρκυραν εἶλε Τιμόθεος.* Timotheus occupavit Corcyram Olymp. CI. an. 1. Huius rei praeter commemoratos oratores Xenophon Hellenic. V, 4, 63. s., Diodorus Sicul. XV, 36., Cornelius Nep. vit. Timoth. 2. mentionem faciunt. De temporum ratione vide quae Dodwellus in chronologia Xenophontea, Schneideri editioni Hellenicorum p. 64. praefixa, et Boeckhius in disputatt. Academ. Berol. an. 1818. p. 79. s. exposuerunt. — *τὴν μόραν κατέκοψεν Ἰφικράτης.* Hanc rem, quae in bello Corinthiaco Olymp. XCVI, an. 4. facta est, copiose refert Xenophon Hellenic. IV, 5, 11 — 18. Cf. Diodorus Sicul. XIV, 91. Plutarchus t. III. p. 664. t. VII. p. 383. R. Cornelius Nep. Iphicrat. 2. Adde Harpocrationem et Photium s. v. *Ξενικὸν ἐν Κορίνθῳ. Κατακόπτειν* est necare, concidere, ad internecionem caedere, eoque scriptores in hac re commemoranda uti solent praeter Aeschinem et Dinarchum, quorum ille *ἀπέκτεινε*, hic *ἀνεῖλε* usus est. Alia h. v. composita, in re militari vulgata, sunt *περικόπτειν, διακόπτειν, ἐκκόπτειν*, de quibus vide Heldii adnotatt. ad Plutarch. Aemil. Paul. p. 160. s., Baehrii ad Pyrrh. p. 159. ad Flamin. p. 102., Iacobsii ad Achill. Tat. p. 651. et Car. Fr. Hermanni ad Luciani libr. quomodo historiam conscribi oporteat p. 325. De *κατακόπτειν* cf. Ellendti not. ad Arrian. t. I. p. 293. De *μόρᾳ* Lacedaemoniorum qui complura scire cupiat, Fr. Mansonis Spartam vol. I. p. II. p. 224. ss. adeat. cf. Car. Fr. Hermanni antiquitt. public. §. 29. et qui ibi citantur scriptores. *Μόραν* omnes libri h. l. habent; apud alios in libris etiam *μοῖρα* invenitur, quae scriptura librariorum est, etiam grammaticis probata et iniuria Diodori loco defensa, ubi est *τῶν Λακεδαιμονίων μέρος τῆς στρατιᾶς.* Vid. Wurmii adnotat. ad Dinarch. oratt. p. 134. s. — *τὴν περὶ Νάξον ἐνίκα ναυμαχίαν Χαβρίας.* Ad Naxum insulam Olymp. CI, an. 1. pugnatum est, si Clintonis Fastis s. h. a. ed. Krueger. et Dodwellio in chronologia Xenophontea fidem habemus. Devicit Chabrias Pallin, ducem classis

Digitized by Google

§. 198 Spartanae, in proelio adiutus a Phocione adolescente. Rem copiose enarrat Diodorus Sicul. XV, 34. 35. Adde Xenophont. Hellenic. V, 4, 61. Demosthen. orat. c. Leptin. 77. p. 480. Plutarch. vit. Phocion. 6. Camill. 19. de glor. Atheniens. 7. Polyaen. III. 11, 11. Aliam temporum rationem (Olymp. C, an. 4. 377. ant. Chr.) constituit Boeckhius in disputatt. Academ. Berol. 1818. p. 80. Collocatio verborum *ἐνίκα ναυμαχίαν* ab Im. Bekkero et editoribus recentioribus recepta praeferenda est alteri *ναυμαχίαν ἐνίκα*. Nam antecedentibus *Κέρκυραν εἶλε Τιμόθεος, μόραν κατέκοψεν Ἰφικράτης* mutatus tertio loco ordo *ἐνίκα ναυμαχίαν Χαβρίας* convenit Demosthenis collocandorum verborum consuetudini. Placuit tamen imitatori eius in orat. de contribut. 22. p. 172. altera, nisi ibi quoque collocationem bonorum librorum, etiam libri F, qui hoc loco *ναυμαχίαν ἐνίκα* posuit, praeferre malis. — *τῶν τιμῶν ταῖς ὑπερβολαῖς αἷς δεδώκατε. honoribus omnem modum excedentibus, quos dedistis.* Orat. c. Leptin. 141. p. 500. *τοσαύτας ὑπερβολὰς δωρεῶν, αἷς ἀντέχουσι, κεκόσμηται (ἡ πόλις).* Itaque *τῶν τιμῶν* et *δωρεῶν ὑπερβολαὶ* sunt *ὑπερβάλλουσαι τιμαὶ, δωρεαί.* Vid. Fr. Aug. Wolfium ad Leptin. l. c. ibique Schaefer. Eodem modo h. l. interpretatur Schaeferus. Non erat autem, quod Reiskius scripturam omnium librorum in *ἃς* mutaret, quamquam ea in orat. de contribut. 23. p. 173. exstat. Imo etiam aptissime positus est dativus, quo proxima arctissime copulentur cum *ὑπερβολαῖς*, quum non liberalitas, sed iactura honorum reprehendatur. — *ἐπ' αὐτοῖς ἑκάστῳ τούτων.* Vid. orat. c. Leptin. 72. p. 478. *λύειν τὰς ἐπὶ τούτοις δοθείσας δωρεάς.* ibid. 80. p. 481. *τὰ δοθέντα ἐπὶ τούτοις.* 83. p. 482. *τῶν ἐπὶ τούτοις δωρεῶν ἀφῃρημένον τι φαίνηται.* Haec attuli propter Hier. Wolfium, qui, quia *ἐπ'* in libris quibusdam abest, eam ob causam scripsit *αἷς δεδώκατε αὐτοῖς ἐφ' ἑκάστῳ τούτων*, iure reprehensus ab interpretibus.

§. 199. *τὰς μὲν δὴ πολιτικὰς δωρεάς.* Omissum in uno libro Σ *δωρεὰς* non potui a me impetrare ut e textu omitterem. Omiserunt id editores Turicenses. Pono hoc in iis exemplis, ubi sinistram illius libri parsimoniam animadvertimus. *Πολιτικαὶ δωρεαὶ* sunt *δωρεαὶ τοῖς πολίταις διδομέναι*, ut *στράτευμα πολιτικὸν* exercitum significat, qui e civibus constat. Soliti civibus dati honores erant statua aenea, corona, immunitas, victus Prytanei; peregrini accipiebant praecipue civitatem, immunitatem, nonnunquam etiam nomen *εὐεργέτου*. Vid. Westermanni commentat. de publicis Atheniensium honoribus ac praemiis compluribus locis. — *ἐκεῖνοί τε — καὶ ἡμεῖς.* Particulae *τε — καὶ* inserviunt h. l. comparando, quas latine reddas *quemadmodum — ita.* Orat. in Mid. 106. p. 549. *διεπράττετο ἐκεῖνά τε καὶ τὰ λοιπὰ*

Digitized by Google

πάντα. Plat. Sympos. p. 212. B. καὶ νῦν τε καὶ ἀεὶ ἐγκωμιάζω τὴν δύναμιν καὶ ἀνδρείαν τοῦ Ἔρωτος καθ' ὅσον οἷός τ' εἰμί. Vid. Schaefer. ad h. l., ad Midian. l. c., et Hartungii particull. gr. p. I. p. 99. — δόντι πρὸς τὸν ἐπ' Ἠιόνι τῇ πρὸς Ἀμφιπόλει πόλεμον. Eion ad Strymonem fluvium sita, viginti quinque stadiis ab Amphipoli remota eiusque portus erat. Alia eiusdem nominis ad Pieriam pertinebat. De utraque varia Poppo in prolegomen. ad Thucydid. p. I. p. 350. s. exposuit. Quae hoc loco ibi facta narrantur, incidunt haud dubie in illud tempus, quo Timotheus Amphipolin occupaturus plures urbes Chalcidicas cepit, id est, circa Olymp. CIV. Nam Eion auctore Theopompo apud Harpocrationem s. v. ab Atheniensibus diruta est, quum in potestate Amphipolitanorum esset, qui eam post Lacedaemoniorum imperium (Xenophont. Hellenic. II, 2, 5.) possidebant. Dicit grammaticus: Ἠιὼν, Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Τιμοκράτους· (ut falso scriptum est pro Ἀριστοκράτους) Ἠιὼν πόλις Θρᾴκης, Μενδαίων ἀποικία, ὡς Θουκυδίδης. Θεόπομπος δ' ἐν τῇ τετάρτῃ φησὶν ὡς Ἀθηναῖοι ἐκβαλόντες ἐξ Ἠιόνος Ἀμφιπολίτας κατέσκαψαν τὸ χωρίον. Cf. Boehneckii quaestt. p. 140. n. 3. Tum quoque Menonem Pharsalium existimari licet Atheniensibus ad tempus succurrisse et equitatu et pecunia, quibus belli subsidiis maxime indigeret Timotheus, ut ex Isocratis orat. de antidos. §. 113., Polyaen. III, 10, 7 et 14. Aristotel. Oecon. II, 23. apparet, quibusque Thessali magnopere abundarent. Vid. Plat. Menon. ab init. et quos Car. Fr. Hermannus antiquitt. publ. §. 178. n. 2. citat. Is unus ex optimatibus huius gentis, cuius imperio penestae qui dicuntur parebant, (vid. Kortumii quaestt. de rebus public. Graec. p. 76. s.) iunctus illo tempore Atheniensibus num idem fuerit, qui in bello Peloponnesiaco secundum Thucydidem II, 22. a partibus illorum stabat et cuius Xenophon in Anabas. saepenumero mentionem facit, an alius eiusdem nominis, mihi non est exploratum. Vid. Gedickii disquisit. de Plat. dialogi person. et Schneideri not. ad Anabas. II, 6, 21. Baehrii not. ad Creuzeri meletemat. crit. f. p. 60., ad Ctesiam p. 211. s. Weissenbornius in Hellen. sibi non constat, dum p. 141. n. 22. Menonem Pharsalium expeditioni Cimonis contra Eionem Olymp. LXXVI, an. 1. siv. 476. a Chr. factae interfuisse opinatur, deinde p. 174. n. 187. excisionem urbis primis imperii Philippi annis assignat. — πολιτείαν. Orat. de contribut. 23. p. 173. οὐκ ἐψηφίσαντο πολιτείαν, ἀλλ' ἀτέλειαν ἔδωκαν μόνον. Quae discrepantia utriusque loci quomodo explicanda sit, optime docet Fr. Aug. Wolfius in prolegomen. ad Leptin. p. LXXIV. adn. 51. Cf. Westermanni commentat. de honoribus ac praemiis p. 86. n. 26. Imitatori Demosthenis, qui in hac re suum sequitur ingenium, obversatum

§. 199

Digitized by Google

§. 199 videtur, exemplum allorum peregrinorum, veluti Epicerdis Cyrenaei, qui, quum captos in Sicilia Athenienses pecunia sublevasset, immunitate a populo donabatur. Vid. orat. c. Leptin. 41. p. 469. Praeterea conferas cum hac tota enunciatione orat. in Mid. 170. p. 569., ubi de re simili similiter loquutus est.

§. 200. *καὶ πάλιν et rursus, et porro.* Cf. §. 202. Philipp. III. 24. p. 117. orat. c. Leptin. 84. p. 482. Schaefero in mentem venit pro *πάλιν* scribere *πάλαι.* „Mihi quidem, inquit, *πάλιν* vix placet: placiturum illud, si orator primo loco de Perdicca, post de Menone loquens Pharsalii commemorationem a verbis *καὶ πάλιν* ordiretur. *Πάλιν* et *πάλαι* quoties scribae confuderint, docent mea in H. Stephani Thes. c. 7169. B. 7181. C.“ At bene se habet *πάλιν.* Nam in his exemplis laudandis nihil attinet indicare, utrum aetate prius sit, sed omnia huc redeunt, ut ex antiquitate, sive proxima sive remota, sumta sint. Enimvero dicit ab initio: *Ἄξιον — ἐξετάσαι, πῶς ποθ' οἱ πάλαι τὰς τιμὰς ἔνεμον καὶ τὰς δωρεὰς τοῖς ὡς ἀληθῶς εὐεργέταις.* Itaque si *καὶ πάλαι* scriberemus, efferretur alterum prae altero ut antiquius, quod consilio oratoris contrarium est. Et antea, ut hoc insuper addam, unde simul apparet, quantopere sibi constet orator, duos cives commemorat, ut hic duos homines peregrinos, de patria bene meritos, Themistoclem et Miltiadem, atque eos ita componit, ut illius aetate posteriorem victoriam priore loco collocet et antiquiorem adiungat sine ullo temporis indicio. Quamquam hoc argumentum noli urgere. — *Περδίκκα.* Memoria h. l. oratorem fefellit, quod quae Alexandri patris sunt, filio Perdiccae II. tribuit, qui, Xerxe in Graeciam invadente, aut nondum natus aut non multorum annorum erat. Qui error eo profectus videtur, quod Perdiccas, rebus belli Peloponnesiaci multis modis illigatus, et notior esset Graecis et magis in mente oratoris haereret, quam eius pater Alexander, h. l. intelligendus. Nam hic tempore Xerxis in Macedonia regnavit, et, bello cum barbaris nondum exorto, beneficia dedit Graecis, ut *φιλέλλην* diceretur et *πρόξενος καὶ συνεργέτης* Atheniensium fieret. Vid. Valkenar. ad Herodot. VII, 6. 173. VIII. 143. Harpocration. s. v. *Ἀλέξανδρος: οὗτός ἐστιν ὁ ἐπικαλούμενος φιλέλλην βασιλεύς, υἱὸς μὲν Ἀμύντου, πατὴρ δὲ Περδίκκου, ἐστρατεύετο δὲ ὑπὸ Μαρδονίῳ, ἀφ' οὗ καὶ ἐπέμφθη ἐπὶ γῆς καὶ ὕδατος αἰτήσων πρὸς Ἀθηναίους.* Adde Im. Bekkeri anecdott. p. 375, 19. Legationem, a grammaticis commemoratam, obiit Olymp. LXXV, an. 2. a. Chr. 479. non ita multo ante pugnam Plataeensem. Ad eam electus est a Mardonio haud dubie ut *πρόξενος* Atheniensium. Sed mirum cuipiam videri potest, quod non solum aptissimus eiusmodi mandatis existimatus est, sed etiam in pugna

Digitized by Google

Plataeensi a partibus stetit Persarum, fugatos autem trucidasse a De- §. 200
mosthene dicitur. Num etiam in hac re errasse oratorem credamus? Herodotus, qui in his enarrandis longus est, tacet de caede fugientium per Alexandrum facta, quamquam libr. IX, 89. multos e militibus Artabazi, qui, post mortem Mardonii imperio praefectus, per Thessaliam et Macedoniam fugisset, a Thracibus in ipsorum terra occisos refert. At idem libr. IX, 44. s. index est Alexandri Persis infensi et in Graecos proni animi. Vectus enim equo media de nocte ante pugnam castra Graecorum ad prodenda Mardonii consilia intravit. Fides accedit rei ab auctore epistolae Philippi 21. p. 164. *πῶς οὐ δικαίως ἡμεῖς αὐτὴν (Ἀμφίπολιν) ἔχομεν, Ἀλεξάνδρου τοῦ προγόνου πρώτου κατασχόντος τὸν τόπον, ὅθεν καὶ τῶν αἰχμαλώτων Μήδων ἀπάρχην ἀνδριάντα χρυσοῦν ἀνέστησεν εἰς Δέλφους;* Quae verba optime congruunt cum Herodoteis: nam ad Thraces, qui fugientes Persas trucidasse dicuntur, Amphipolitani pertinebant, quos Alexander incitasse ad caedendum putandus est. Vid. Thucydid. II, 99. Ceterum conferas dicta Clintonis Fast. Hellenic. p. 237. ed. Krueger., Schlosseri histor. universal. t. I. p. III. p. 40. et Funkhaenelii quaestt. Demosthen. p. 68. — *οὐκ ἐψηφίσαντο ἀγώγιμον.* Ita plerique in iisque optimi tenent libri, Funkhaenello in observatt. crit. in Philippic. III. p. 11. et editoribus Turicensibus novissime obsequentibus, sed in reliquis libris post *ἀγώγιμον* additum legitur *εἶναι*, quod Dindorfius et Schaeferus probarunt, Im. Bekkerus uncis inclusit. Funkhaenelius *ψηφίζεσθαι ἀγώγιμόν τινα* interpretatur *durch Volksbeschluss jemanden zum ἀγώγιμος machen, erklären.* Recte; conferri licet §. 217. *ὁ δὲ τοὐναντίον — ἀγώγιμον εὐθὺς ἔγραψεν, κἂν τις ἀφαιρῆται, παραχρῆμα ἔκπονδον ποιεῖ.* quem locum adhibeas ad confirmandam scripturam optimorum librorum orat. Philippic. III. 43. p. 122. *ἐχθρὸν αὐτῶν ἀνέγραψαν καὶ τῶν συμμάχων αὐτὸν καὶ γένος καὶ ἀτίμους·* ubi ante Im. Bekkerum *ἀτίμους εἶναι* scriptum erat. At nemo Funkhaenelio assentietur, si, ut videtur, orat. de pace 23. p. 62. *ταῦτα γὰρ πάντ' ἐφ' ἑαυτοὺς ἡγοῦντο εἶναι.* cum uno Σ infinitivum abiiciendum esse putat: quod quidem exemplum clare ostendit, illum librum etiam ibi infinitivum omittere, ubi eius omissionem linguae ratio non patitur. — *βασιλεὺς ὁ Περσῶν.* Verba *ὁ Περσῶν* in duobus libris omissa, a Reiskio, Im. Bekkero, Dindorfio uncis inclusa, integra servarunt editores Turicenses. Dictio per se non offendit; vide orat. de Halones. 29. p. 84. *βασιλεὺς ὁ Περσῶν.* adv. epistol. Philipp. 6. p. 153. *βασιλέα τὸν Περσῶν*, de coron. 202. p. 295. *παρὰ τοῦ Περσῶν βασιλέως.* Aeschin. orat. de fals. legat. 149. p. 48. *πρὸς τὸν τῶν Περσῶν βασιλέα.* orat. in Ctesiphont. 83. p. 77. Dinarch. in De-

Digitized by Google

§. 200 mosth. 10. p. 91. *παρὰ τοῦ Περσῶν βασιλέως.* et Pericles in Maximi Planudis scholiis apud Walz. vol. V. p. 348. *ὦ παῖ Ξανθίππου μὴ τοὺς Γίγαντας μιμώμεθα, οἳ λέγονται τοξεύειν εἰς τὸν οὐρανὸν, μηδὲ τὸν Περσῶν βασιλέα.* et frequenter sic Xenophon. Sed offenderunt, opinor, homines illi docti eo, quod nude *τῷ βασιλεῖ* antecedit et plenior dictio sequitur. At eadem dicendi vicissitudo invenitur Xenophontis Cyropaed. VIII, 2, 6, 7. Dicitur ibi *βασιλεὺς*, ubi quae commemorantur, ad regem ipsum pertinent, sed *βασιλεὺς Περσῶν*, ubi eius potentia indicatur. Veluti, ubi dicit, quam late pateat eius potestas puniendi hostes, haec sic eloquitur: *τίς δ' ἄλλος ἐδυνάσθη ἐχθροὺς, ἀπέχοντας πολλῶν μηνῶν ὁδὸν, τιμωρεῖσθαι, ὡς Περσῶν βασιλεύς;* Quem Xenophontis usum si h. l. adhibueris, bene defendi poterit scriptura *ὁ Περσῶν*, qua itidem potentia regis et opes significantur, quibus facile fieri potuit, ut inimicum caperet ad puniendum. — *οὕτω τίμιον ἦν πᾶσιν ἀνθρώποις τὸ γενέσθαι πολίταις παρ' ὑμῖν.* Orat. in Neaer. 88. p. 1375. (*ὁ δῆμος ὁ Ἀθηναίων*) *οὕτω καλὸν καὶ σεμνὸν ἡγήσατ' εἶναι δῶρον τὸ Ἀθηναῖον γενέσθαι, ὥστε νόμους ἔθετο αὐτῷ, καθ' οὓς ποιεῖσθαι δεῖ, ἐάν τινα βούλωνται, πολίτην.* De civitate Atheniensium, eius honore et diversa variis temporibus ratione uberrime dixerunt Meierus libr. de bonis damnat. p. 48—63. Westermannus de publicis Atheniens. honoribus p. 30—39. Adde Roetscheri libr. de Aristoph. p. 118., Wachsmuthii antiquitt. I, 2. p. 351. et Car. Fr. Hermanni antiquitt. public. §§. 117. 118. ed. II. Praeterea *τὸ γενέσθαι πολίταις*, uti ab Im. Bekkero et qui secuti sunt editoribus ex optimis libris restitutum est, Schaefero propter articulum *τὸ* infinitivo additum notabile exemplum attractionis visum est. Sed non rarà est haec attractionis species et satis firmata oratoris usu. Orat. de coron. 128. p. 270. *τοῖς δ' ἀπολειφθεῖσι μὲν ὠφελεῖν σύ, προσποιουμένοις δ' ὑπ' ἀναισθησίας τὸ τοὺς ἀκούοντας ἀληθεῖν ποιεῖν, ὅταν λέγωσιν, οὐ τὰ δοκεῖν τοιούτοις εἶναι περίεστιν.* de fals. legat. 142. p. 385. *τοῖς δὲ πρέσβεσι τοῖς τῶν Θηβαίων τί; οὐδὲν πλὴν τὸ τούτων αἰτίοις γεγενῆσθαι τῇ πανωλέθρῳ.* c. Leptin. 25. p. 464. *ἐγὼ μὲν γὰρ εὔχομαι τοῖς θεοῖς μάλιστα μὲν ἡμῖν καὶ χρήματα πολλὰ γενέσθαι, εἰ δὲ μή, τό γε πιστοῖς εἶναι καὶ βεβαίοις δοκεῖν διαμένειν.* in Timocrat. 69. p. 722. *ἐν μὲν γὰρ τοῖς ἄδηλον εἴ τίς ἐστ' ἀδίκως διαβεβλημένος, τοῖς δὲ οὐδὲ λόγος λείπεται τὸ μὴ οὐ πονηροῖς εἶναι.* orat. I. in Stephan. 27. p. 1119. *ἦν γάρ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοῦτο, πρῶτον μὲν ὑπὲρ τοῦ μὴ δοῦναι δίκην — πρὸς δὲ τούτοις ὑπὲρ τοῦ καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἡμετέρων ἁπάντων κυρίῳ γενέσθαι.* ubi Schaeferus *κύριον* male praefert. Aristotel. ethic. III, 5, 1. *ἐφ' ἡμῖν ἔσται τὸ ἐπιεικέσι καὶ φανλοις εἶναι.* Vid. Matthiaei gr. §. 536.

Digitized by Google

§. 201. διὰ τὴν τῶν καταράτων καὶ θεοῖς ἐχθρῶν ῥητόρων, §. 201
τῶν τὰ τοιαῦτα γραφόντων ἑτοίμως, πονηρίαν. Rursus Demosthenes ad malos oratores illius temporis revertitur (vid. adnotat. ad §. 184. p. 487.), quorum pravitatem, praecipue avaritiam et lucri cupiditatem etiam alii conqueruntur. Similiter orat. de coron. trierarch. 21. s. p. 1234. καὶ γάρ τοι πάντα δι' αὐτῶν ποιοῦνται καὶ μόνον οὐχ ὑπὸ κήρυκος πωλοῦσι τὰ κοινὰ καὶ στεφανοῦν, ὃν ἂν αὐτοῖς δοκῇ, καὶ μὴ στεφανοῦν κελεύουσι, κυριωτέρους αὑτοὺς τῶν ὑμετέρων δογμάτων καθιστάντες. ἐγὼ δ' ὑμῖν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, παραινῶ μὴ ποιεῖν τὴν τῶν ἀναλίσκειν ἐθελόντων φιλοτιμίαν ἐπὶ τῇ τῶν λεγόντων πλεονεξίᾳ. Cf. Isocrat. orat. de pace 129. ss. p. 185. et quas Car. Fr. Hermannus in antiquitt. public. §. 171. n. 2. s. 5. commemorat. Cf. Meieri de histor. iuris Attic. de bon. damnat. p. 55. s. Quamquam quod h. l. Demosthenes oratoribus obiicit, idem eum criminatus est Dinarchus §. 41. ss. p. 95., ita tamen, ut verba ipsa mentem calumniatoris prodant. — οἳ τοσαύτην ὑπερβολὴν πεποίηνται τῆς αὐτῶν αἰσχροκερδίας. Orat. I. in Aphob. 88. p. 825. ταῦτ' οὐχ ὑπερβολὴ δεινῆς αἰσχροκερδίας; Formam αἰσχροκερδίας praeter Dindorfium editores Turicenses pleniori αἰσχροκερδείας praetulerunt, auctoritate multorum librorum et optimi Σ, qui testimonio Im. Bekkeri ad orat. I. in Stephan. 2. p. 1101. sic ubique scripsisse dicitur. Vid. Dindorfii praefation. p. X. et Klinkmuelleri praefation. ad Philippic. I. etc. p. VIII. Obloquuntur Im. Bekkerus, Bremius ad Demosthen. oratt. p. 64., Schaeferus, ea maxime ratione nixi, quod substantivis primae declinationis, quorum adiectiva in ης et ειος terminantur, propria sit diphthongus; sed, ubi utraque forma in usu est, optimum esse puto, oblata scripturae diversitate, eam in textum inferre, quae auctoritate et fide librorum maxime commendatur. Idem statuendum est de formis ὠφελία, ἀνδρία aliisque, quae in disceptationem vocatae sunt. Non est enim existimandum, scriptoribus ubique unam eandemque formam probatam fuisse: causae eos movere poterant, ut vulgatiorem alteri postponerent, prout ipsis visum esset; certe in hac re noli omnem diversitatis culpam in bonos librarios transferre. Vid. Funkhaenelii adnotatt. in commentariis Darmstad. an. 1832 n. 156. p. 1250., Bremii excurs. I. ad Isocrat. oratt., Schneideri not. ad Platonis Polit. vol. I. p. 20. Rueckerti ad Sympos. p. 192. A. — τὰς τιμὰς καὶ τὰς παρ' ὑμῶν δωρεάς. De παρ' ὑμῶν ad alterum nomen posito vid. adnotat. ad §. 15. p. 155. s. — ἀποπηρύττοντες. De hac voce Valkenarius ad Herodot. I, 194., ubi mentio fit h. l. Aristocrateae. — ἐκπυανίζοντες καὶ παλλοῖς ἀπὸ τῶν αὐτῶν χλιμάτων γράφοντες. De voce ἐκπυανίζειν Schaeferus citat

Digitized by Google

§. 201 Hemsterhusii not. ad Luciani Nigrin. §. 28. p. 283. ss. ed. Lehm., ubi is, ut sententiae consuleretur, scribendum censuit *ἀντὶ τῶν ἐπ' αὐτῶν λημμάτων*. Imo vulgaris scriptura ad sententiam optima est. Indicat enim, in quam contentionem venerint munera, quae sive magna sive parva sint, eodem pretio vendantur. *Ἀπὸ τῶν λημμάτων* dictum est ut *ἀπὸ μικρῶν ἀναλωμάτων* orat. de coron. 102. p. 260. id est, *parvo sumtu*, orat. in Neaer. 13. p. 1349. *τίς γὰρ ἂν ἐκ παρὰ τοῦ δήμου ζητήσειε λαβεῖν δωρεὰν μετὰ πολλῶν ἀναλωμάτων καὶ πραγματείας πολίτης μέλλων ἔσεσθαι, ἔξον παρὰ Στεφάνου ἐπ' ἐλάττονος ἀναλώματος, εἶγε τὸ αὐτὸ τοῦτο γενήσεται αὐτῷ;* cf. Olynth. III. 34. p. 38. *ἀπὸ τῶν αὐτῶν τούτων λημμάτων*. Philipp. I. 29. p. 48. *προσκοφεῖ τὰ λοιπὰ αὐτὸ τὸ στράτευμα ἀπὸ τοῦ πολέμου*. Aristoph. equitt. 542. *ἀπὸ σμικρᾶς δαπάνης*.

§. 202. *πρῶτον μὲν, ἵνα τῶν τελευταίων πρῶτον μνησθῶμεν κ. τ. λ.* Quo maiorem habeant ante dicta fidem atque auctoritatem, exempla a praeterito tempore suae aetatis sumta eaque in tres partes divisa addit. In his distinguas *τὰ τελευταῖα* et quod §. 203. tertio loco sequitur *τὸ τελευταῖον δὲ νῦν* cum Reiskio ita, ut illis intelligantur ea, quae proximo superiore tempore facta sunt, hoc autem extremum tempus significet, *πάλιν* autem, quo secundum exemplum indicitur, notabis saepe respondere antegressis *πρῶτον μὲν*, ut orat. de pace 6. p. 58. cf. orat. in Neaer. 94. 95. 96. p. 1377., ubi, si *πρῶτον μὲν* adesset, eadem esset verborum consequutio: nam ibi legitur primum *ὅτε Δάτις* —, deinde *πάλιν δὲ Ξέρξου ἰόντος*, denique *καὶ τὴν τελευταίαν μάχην*. Offendit autem Schaeferus in altero *πρῶτον* post *τελευταίων* addito et Lobeckius ad Sophocl. Aiac. v. 719., ut minueret pleonasmi speciem, pro eo fortasse *πρώτων* scribi oportere dicit, collatis verbis orat. in Mid. *ἵνα πρώτης τῆς τελευταίας γεγονυίας καταγνώσεως*. et Aristotel. rhet. ad Alexandr. c. 31. *τὰ πρῶτα προχθέντα πρῶτα λέγωμεν*. Equidem non puto quidquam mutandum esse: repetiti *πρῶτον* excusatio est in addito *τῶν τελευταίων*: nam quum orator in eo esset, ut plura afferret exempla, praemonuit verbis *ἵνα τῶν τελευταίων πρῶτον μνησθῶμεν* interpositis, se postrema, quae prius facta et paulo remotiora sint aetate, primo loco ponere velle. — *Ἀριοβαρζάνην ἐκεῖνον. Ariobarzanem notum illum.* In *ἐκεῖνος* est notio celebritatis, ut Alexander in libr. de figuris p. 72. locum orat. de coron. 219. p. 301. afferens dicit: *τὸ ἐκεῖνος προσκείμενον ἔμφασίν τινα μεγέθους περὶ τὸν ἄνδρα δηλοῖ*. Vid. Schaeferi apparat. crit. p. 301. v. 17. De hoc Persarum satrapa dictum est ad §. 141. p. 410. Add. Meieri libr. de histor. iuris Attici de bon. damnat. p. 55. n. Lachmanni histor. gr. I. p. 390. et Herm.

Digitized by Google

Weissenbornii Hellen. p. 180. n. 158. — *υἱεῖς*. Restitui cum Σ et §.202
aliis libris; eadem accusativi forma invenitur orat. c. Leochar. 63. p. 1099. c. Conon. 16. p. 1262., inde a Lobeckio ad Phrynich. p. 69. citata, quam recepissent haud dubie novissimi editores, si eam in optimo libro exstare scivissent. Cf. Thom. Mag. p. 367. Ritsch. — *τρεῖς ὄντας*. Dubium est, inquit Reiskius, num Ariobarzanes illo trium numero sit conclusus an exclusus, hoc est, liberi eius duo an tres fuerint. Utrumque ferre loci rationem. Sed bene Schaeferus *τρεῖς ὄντας* de filiis intelligit, quia, quo maior sit numerus, eo gravior fiat oratoris expostulatio. — *μισαθηναιοτάτους*. Lycurg. orat. in Leocrat. 39. p. 155. *τίς δ' ἦν οὕτως ἢ μισόδημος τότε ἢ μισάθηναιος*. ibique Maetzneri not. p. 148. Ut hoc loco superlativus v. *μισαθήναιος* invenitur, ita *μισοδημότατος* Xenophont. Hellenic. II, 3, 47., apud eundem vv. *μισέλλην* et *μισοπέρσης*, apud. Aeschin. in Ctesiphont. *μισαλέξανδρος*, *μισοφίλιππος*. Alia cum *μισεῖν* composita vocabula in Pollucis Onomastic. VI. p. 172. collecta sunt. Unde isti homines, qui hic inimicissimi Atheniensium dicuntur, odio in eos flagrarint, indicat Schneiderus ad Xenophont. Hellenic. VII, 1, 27. — *Φιλίσκον καὶ Ἀγαυόν*. De Philisco vid. adnotat. ad §. 141. p. 410. Xenoph. l. c., Diodor. Sicul. XV, 70. Schlosseri histor. univ. t. I. p. 2. p. 191. Lachmanni histor. gr. I. p. 390. De Agauo nihil comperi praeter id, quod h. l. orator refert. Accentum nominis Dindorfius cod. Ω sequutus, suffragante Schaefero, in prima syllaba collocavit contra auctoritatem Arcadii de accent. p. 45. 15. ed. Goettling., ubi haec: *τὰ εἰς ος καθαρὰν ἔχοντα δίφθογγον τὴν διὰ τοῦ ῦ ὀξύνεται, ἐπιθετικὰ ὄντα, οὐκ ἐθνικὰ, ἀκουὸς καὶ ἐπακουὸς, ἀγαυὸς καὶ τὸ κύριον καὶ τὸ ἐπίθετον*. — *Τιμοθέου δόξαντός τι ποιῆσαι τῶν δεόντων ὑμῖν*. Aliquod praeclare factum intelligendum, veluti expeditio in Corcyram facta et victoria de Lacedaemoniis reportata. Vid. Xenoph. Hellenic. V, 4, 64. VI. 2, 11. ss. Cornel. Nep. vit. Timoth. 2. „Cuius laudis ut memoria maneret, Timotheo publice statuam in foro posuerunt: qui honos huic uni ante hoc tempus contigit, ut, quum patri populus statuam posuisset, filio quoque daret." Hoc erat *τὸ μέγιστον δῶρον*; addita sunt alia, veluti immunitas, victus Prytanei, corona. Cf. Aeschin. orat. in Ctesiph. 243. p. 88. et G. R. Siversii histor. graec. p. 228. n. 73. — *προσέθηκαν αὐτῷ Φρασικρίδην καὶ Πολυσθένην*. Ut hoc loco, ita etiam orat. c. Leptin. 84. p. 482. Timothei causa facti cives commemorantur. *Καὶ πάλιν*, inquit, *Τιμοθέῳ διδόντες τὴν δωρεὰν δι' ἐκεῖνον ἐδώκατε καὶ Κλεάρχῳ καί τισιν ἄλλοις πολιτείαν*. Polysthenes aliunde mihi non notus est. Phrasicrides Olymp. CV, an. 3. inter Trierarchos erat dictus Anaphlystius. Vid. orat. c. Polycl. 41. p. 1219.

Digitized by Google

§. 202 Eum consuetudine conjunctum fuisse cum Timotheo, apparet ex orat. c. Timoth. 43. p. 1197. Nomen ita scripsi, ut scriptum est in Σ et aliis libris. Ante *Φρασικλείδην* in nonnullis libris additum est *δύο*, quod cum Im. Bekkero non reiiciendum esse putat Schaeferus: nam stomachosi esse, inquit, etiam addere numerum, coll. §. 203. et 202., unde id in hunc locum translatum esse verisimile est. — Praepositam v. *ὀλέθρους ἀλλ'* particulam ex libri Σ aliorumque auctoritate deleri iubens Funkhaenelius l. c., probantibus etiam editoribus Taricensibus, quia parum recte *ἐλευθέρους* et *ὀλέθρους* opponi appareat, non vidit homo ille subtilis, oppositionem in verbis, si non acutam, attamen lenem aliquam atque commodam inesse; id enim tenendum, non solum *ὀλέθρους*, sed etiam quae sequuntur oppositionem facere, ut universa sententia haec sit: *ne liberos quidem homines, sed tales, in quibus nihil moderatum, nihil ingenuum, nihil pudens appareret.* Fuerunt haud dubie Phrasicrides et Polysthenes apud Timotheum duces mercenariorum, homines barbari et rudes, sed usu belli praestantes et strenui milites, qui, qualis erat barbarorum indoles, si Platonem de rep. p. 470. audimus, vastando et depopulando saevirent et foeda ac turpia facerent ingenuis non digna; ut paucis dicam, non fuerunt *ἄνδρες μέτριοι καὶ τοῖς ἐν πολιτείᾳ καλοῖς τεθραμμένοι.* Vid. huius orationis §. 141. et Isocratis epistol. IX, 9. Quare etsi verbis *οὐδ' ἐλευθέρους* non opposuit orator *ἀλλὰ βαρβάρους*, tamen per *ὀλέθρους* talium hominum indoles et natura describitur, quod ad oppositionem satis erat. Praeterea si *ἀλλὰ* omittendum esset, verba *οὐδ' ἐλευθέρους* non anteponi, sed certe post *ὀλέθρους* demum sequi oportebat. Deinde *ἀλλ'* in libro Σ pro varietate lectionis superscriptum esse non puto, sed ut describentis errorem ibi adnotatum, nisi statuere malis, etiam in hoc libro eius generis omissiones a prima manu profectas exstare, quod quidem licet conicere e §. 210., ubi *ἀλλὰ* ante *μάρτυρες* prima manus item omisit, quod tamen Im. Bekkerus denotare oblitus est. Quod autem quique praeterea codices, sed deteriores, *ἀλλὰ* non exhibent, id puto factum esse, quod scribae vel unus ex iis, quem ceteri sequuti sunt, ea omissa orationem efficacioris sensus fieri existimarent. — *ὀλέθρους.* Hac dictione libenter utitur orator, libentissime autem vv. *καθάρσιος, θεοῖς ἐχθρός.* Est Latinorum *pestis, pernicies.* Orat. Philipp. III. 31. p. 119. in Mid. 209. p. 582. *τὸν δὲ βάσκανον! τὸν δὲ ὄλεθρον!* de coron. 127. p. 269. *περίτριμμα ἀγορᾶς, ὄλεθρος γραμματεύς.* — *οἷα λέγειν ὀκνήσειεν ἄν τις εὖ φρονῶν.* Est species reticentiae sive *ἀποσιωπήσεως*, qua utitur decenter pudoris causa: de qua Alexander de figur. vol. VIII. p. 450. ed. Walz. et Quinctilianus institutt. ora-

Digitized by Google

tor. IX, 2, 54. Similiter orat. in Timocrat. 7. p. 702. *αἰτιασάμενος* §. 203
γάρ με ἃ καὶ λέγειν ἄν τις ὑπὴσειεν εὖ φρονῶν. cf. orat. in Androt. 2. p. 593. de coron. 103. p. 260. *τοσαῦτ', ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ὅσα ὑπὴσαιμ' ἂν πρὸς ὑμᾶς εἰπεῖν.* in Mid. 79. p. 540. *ἐφθέγγοντο αἰσχρὰ καὶ τοιαῦτα οἷ' ἂν ἄνθρωποι τοιοῦτοι φθέγξαιντο (οὐ γὰρ ἔγωγε προσχθείην ἂν εἰπεῖν πρὸς ὑμᾶς τῶν τότε ῥηθέντων οὐδέν.* Add. orat. in Conon. 9. p. 1259.

§. 203. *περὶ τούτων ἦν ἡ σπουδὴ.* i. e. *circa haec, quae Cersobleptae essent tribuenda,* ut Reiskius interpretatur, quamquam ipse, quod nonnulli libri habent, cum Taylore scripsit *περὶ τοῦτον*, i. e. Cersobleptem. Manifestum hoc librariorum commentum est, literam ω cum o, ut ad §. 142. p. 414., dictum est, permutantium et *περὶ* in tali iunctura cum accusativo componere amantium; illud autem ex optimis libris sumtum convenit Demosthenis loquendi rationi, etsi non rarum est *σπουδάζειν περί τινα.* Vid. adnotat. ad §. 1. p. 131. — *τὸν δ' ὅλως ὃν οὐδεὶς οἶδε ἀνθρώπων τίς ἐστιν, Εὐδέρκην ὄνομα.* Rectissime ita omnes fere codices; contra tres libri, quamvis magnae auctoritatis, prae ceteris Parisinus Σ, post *ὅλως* omittunt *ὃν* pronomen. Sequuti sunt, antecedente Schaefero, Funkhaenelius et editores Turicenses, atque ille quidem in quaestt. Demosthenic. p. 65. s. et not. ad Androtian. p. 61. ad probandum, quod ita ortum sit, breviloquentiae genus attulit orat. in Mid. 218. p. 584. et in Androt. 17. p. 598., qui loci, si comparantur cum nostro, ut sunt diversi natura, ita dissimilem componendi quoque rationem habent. Est autem apud Demosthenem componendi potissimum ars spectanda, neque, si libri inter se discrepant ita, ut alii plenam, alii minus expletam exhibeant orationem, tam intuendum, num quid dici liceat, quam quid universae verborum comprehensioni conveniat. Id in hunc locum cadit, ubi duo homines compositi duobus membris ita describuntur, ut alter iam descriptus, qualem se praestiterit, participiali enunciatione breviter indicetur, alter describendus ut homo obscurissimus circumductione orationis efferatur ideoque apte pro participio, quod proprie aequalitas membrorum postulabat, sententia relativa posita sit. Quae sane tota compositio vim et gratiam perdet, si in ea ad clausulam ita, ut homines illi docti volunt, rupta via venerimus, praesertim quum eiusmodi orationis nulla causa adsit, quum non ferveat orator, non concitatius loquatur, sed sedate placideque. Itaque magis congruit eius animo concinna et circumducta oratio, qualem plurimi libri, quos Im. Bekkerus Dindorfiusque rectissimo iudicio sequuti sunt, repraesentarunt, quam concisa et abrupta, quam ab iis, quibus loquendi magis quam orandi studium fuerit, pro-

Digitized by Google

§. 204 fectam puto. — τοιγάρτοι. *propter haec dumtaxat*, *lediglich aus keinem andern Grunde als aus diesem.* καιγάρτοι, quod in duobus libris exstat, non aptum est. Vid. Hartungii particulas gr. II. p. 854. — τὸ πρᾶγμα ἤδη καὶ ποῤῥωτέρω βαδίζει. *longius procedit, extenditur*, ut Philippic. II. 5. p. 66. εἰ δ' ὅπως τὰ παρόντ' ἐπανορθωθήσεται δεῖ σκοπεῖν καὶ μὴ προελθόντα ἔτι ποῤῥωτέρω λήσει πάντας ἡμᾶς. ibid. 33. p. 73. τὸ γὰρ πρᾶγμα ὁρῶ προβαῖνον. Plat. de rep. VII. p. 526. D. τὸ δὲ πολὺ αὐτῆς καὶ ποῤῥωτέρω προϊὸν σκοπεῖσθαι δεῖ. Alterum περαιτέρω βαδίζει, ut in nonnullis libris scriptum est, significat *ulterius progreditur*, *quam par est*, quod ad sententiam non quadrat. Nam vituperat orator antea vilitatem, qua munera affecta sunt. — εἰ καὶ μὴ φυλάξετε ἕκαστον τούτων. *nisi etiam quemque horum tuebimini, nisi singulis horum satellitum vicem praestabitis*, ut recte intellexit verba Iurinus. εἰ καὶ μὴ liberiore positione dictum est pro εἰ μὴ καὶ, de qua Funkhaenelius in quaestt. Demosthenic. p. 6. ss.

Continuatio.

§. 204. Ab alia parte comparat maiores cum civibus suae aetatis. Quemadmodum illi parci fuerunt in honorando, ita severi atque strenui in puniendo. Nunc autem etiam in hac re mutati sunt aequales et species reipublicae plane alia. Pariter atque hoc loco, malis oratorum artibus expositis, Demosthenes orat. de coron. trierarch. 21. p. 1234. ita pergit: τοῦ τοίνυν τούτους ἀδίκους εἶναι καὶ θρασεῖς οὐδένες ὑμῶν εἰσὶν αἰτιώτεροι. — οὕτως αἰσχρῶς προειληνθέναι. idem quod εἰς τοῦτο αἰσχύνης προειληνθέναι. Orat. Philippic. 1. 47. p. 53. νῦν δ' εἰς τοῦθ' ἥκει τὰ πράγματα αἰσχύνης. — οὐδένες Huius pluralis formae apud Demosthenem etiam genitivum et accusativum invenies. Vid. Olynth. II. 17. p. 23. de pace 5. p. 58. de symmor. 1. p. 178. de Rhod. libert. 19. p. 196. de coron. 23. p. 233. Add. Philippic. IV. 49. p. 144. ib. 53. p. 145. prooem. p. 1453. 30. Alia ex aliis scriptoribus exempla suppeditabunt Orellius ad Isocrat. orat. de permut. p. 291. Schoemannus ad Isaeum p. 381. — καὶ τοῦτ' ἐξελήλυθεν ἐκ τῆς πόλεως. *praeter alia, quibus maiores insignes erant, etiam hoc urbe decessit*, scilicet τὸ ἐθέλειν δίκην λαμβάνειν. Valde significanter hoc dictum esse monet Ulpianus ad h. l. — Θεμιστοκλέα. Ostracismo e patria pulsus est Olymp. LXXVII, an. 2. Populi invidiam exsilii causam fuisse scribit Cornelius Nep. vit. Themist. 8. et Plutarchus 22. Κόλασις γὰρ, inquit, οὐκ ἦν ὁ ἐξοστρακισμὸς, ἀλλὰ παραμυθία φθόνου καὶ κουφισμὸς ἡδομέ-

Digitized by Google

νου τῷ ταπεινοῦν τοὺς ὑπερέχοντας καὶ τὴν δυσμένειαν εἰς ταύτην §. 205
τὴν ἀτιμίαν ἀποκνίοντος. Cf. vit. Alcibiad. 13. Aristid. 1 et 7. Nic. 11. Diodor. Sicul. XI, 55. Post, neque ita multo, quum Argos habitatum concessisset, ab Leobote Alcmaeonis filio Agraulensi accusatus est proditionis, auctoribus Lacedaemoniis. Vid. Thucyd. I, 135. Plutarch. vit. Themist. 23. Cornel. Nep. l. c. Paulo aliter rem enarrat Diodor. Sicul. XI, 54—56. — λαβόντες· λαμβάνειν est *deprehendere in flagitio, facinore, convincere in aliqua re.* Orat. de coron. 284. p. 820. οὕτω φανερῶς αὐτὸς εἰλημμένος προδότης. Vid. Reiskii indic. graecit. p. 322. s. Franzius tamen ad Lysiam p. 263., ubi hunc Demosthenis locum attulit, participium λαβόντες ait de studio et cupiditate dici eorum, de quibus sermo sit. Sed nihil causae est, cur haec vis verbo tribuatur.

§. 205. μηδισμὸν κατέγνωσαν. Cogitatione repetendum est αὐτοῦ e more dicendi; ne de accusativo cogites, qui praecedit. Nam vulgare est κατηγορεῖν τί τινος; nonnunquam etiam duplex apponitur genitivus, ut orat. I. in Aristog. 7. p. 790. ὅτι παρανόμων αὐτοῦ κατέγνωτε; in prooem. p. 1444. 35. παρανοίας θ' ὑμεῖς κατεγνώσκετε ὑμῶν αὐτῶν. Vid. Bhemii adnotat. ad Lycurg. p. 156. ibid. Maetznerus p. 120. s. et 326. s. Quamquam non desunt exempla, in quibus verbum accusativum et rei et personae assumit, ut Xenophont. Hellenic. I, 7, 36. προδοσίαν καταγνόντες ἀντὶ τῆς ἀδυναμίας οὐχ ἱκανοὺς γενομένους διὰ τὸν χειμῶνα πρᾶξαι τὰ προσταχθέντα. cf. Plat. Theaet. p. 206. E., et κατεγιγνώσκειν τινά τινος dicitur et praeterea, non adiecto criminis substantivo, solus accusativus personae additur. Vid. Bremii adnotat. ad Lys. de caede Eratosthen. p. 15., ad Isocrat. Panegyric. p. 82. et Bernhardyi synt. p. 243. — ὅτι τὴν παροῦσαν μετεκίνησε πολιτείαν ἐφ' ἑαυτοῦ. Hoc loco mirum est, homines doctissimos tam nihil vidisse, ut, quum paulum modo vetus scriptura abesset a recto, ipsi tam longe deflexerint. Quum duo optimi libri *Παρίων*, ceteri πάτριον exhibeant, quod ipsum in libro Σ superscriptum est, illud Im. Bekkerus, Dindorfius et editores Turicenses retinuerunt, satius esse haud dubie existimantes, ubi integra scriptura desit, corruptam, ut quae illius facile monstret vestigia, servare, quam sequi perspicue falsam ac perversam. Interpretes Reiskius et Schaeferus et qui aliud agentes hunc locum in transcursu attigerunt, Boskus ad Cornel. Nepot. vit. Cimon. c. 3., Boeckhius Oeconom. civ. I. p. 414., Meierus de bonis damnat. p. 5. Wachsmuthius antiquitt. Hellenic. p. I. 2. p. 59. Car. Fr. Hermannus antiquitt. public. §. 158. n. 2., Guil. Vischerus de factione oligarch. p. 10., Herm. Buettnerus de societatt. ad rem publicam Atheniensium spectantibus p. 31., ad unum omnes πά-

Digitized by Google

§. 205 τριον tuentur, nihil vitii suspicantes inesse; etiam Funkhaenelius in quaestt. Demosthenic. p. 66. ss., aliquid dubitans, accepit pro verisimiliore, quaerens ad extremum latebram dicendo, Cimonis historiam ne hodie quidem ita esse expeditam et illustratam, ut omnia sint certa et indubitata. *Πάτριον* si quaeris quid significet, dixerit fortasse quispiam, eo indicari reipublicae statum, qualis fuerit patrum memoria. At huic explicationi vulgaris vocabuli usus contrarius est. Dicunt *πατρίους νόμους*, *πάτρια νόμιμα*, ut intelligantur leges et instituta a maioribus ad posteros propagata. Vid. Schoemanni adnotat. ad Isaei oratt. p. 218. Itaque *ἡ πάτριος πολιτεία* non alia esset, quam Cimonis maiorum. Quod si probares, alia nasceretur difficultas ex ingenio et moribus Cimonis. Nota est enim eius mens, per totam fere civitatis administrationem in id intenta et infixa, ut a patribus acceptum reipublicae statum, quae ex optimati et populari genere confusa erat, contra imperium populi in dies crescens et immoderatum defenderet. Meminit eius Plutarchus vit. Cimonis 10: qui mente et prius Miltiadi populi iura aucturo reluctatus est et posterius Ephialti idem appetenti et ad exitum ducenti obstitit. Copiosius haec rem enarrat scriptor ibid. c. 15. Ibi duce Ephialte populum legimus stantem reipublicae ordinem et patria instituta (*τὸν καθεστῶτα τῆς πολιτείας κόσμον καὶ τὰ πάτρια νόμιμα οἷς ἐχρῶντο πρότερον*) immutasse et Cimonem, quum urbe tam abfuisset, reversum de facta rerum mutatione succensuisse illamque a Clisthene inductam optimatum potentiam restituere voluisse. Apud Diodorum Sic. XI, 77. de Ephialte idem legimus: *ἅμα δὲ τούτους πραττομένους* (Olymp. LXXX, an. 1. aut. Chr. 460.) inquit, *ἐν μὲν ταῖς Ἀθήναις Ἐφιάλτης ὁ Σωμονίδου, δημαγωγὸς ὢν καὶ τὸ πλῆθος παροξύνας κατὰ τῶν Ἀρειοπαγιτῶν, ἔπεισε τὸν δῆμον ψηφίσματι μειῶσαι τὴν ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴν καὶ τὰ πάτρια καὶ περιβόητα νόμιμα καταλῦσαι.* Itaque populus potius vel Ephialtes *τὴν πάτριον πολιτείαν μεταποιῆσαι* dicendus est: ille tantum novum rerum ordinem, quem in redita praesentem invenit, aggressus est. Idcirco pro *πάτριον* scribendum duxi *καθοῦσαν* et intelligendum Ephialtis genus reipublicae, quod in praesentia valebat, abrogato optimatum imperio. Alibi dicitur *κινεῖν τὰ καθεστηκότα* vel *καθεστῶτα* vel simile quid, ut Philipp. III. 24. p. 117. *τὰ καθεστηκότα δεινοῦν.* Isocrat. *περὶ τοῦ ζεύγους*, 5. p. 347. *ἡγοῦντ' οὐδὲν οἷοι τ' εἶναι κινεῖν τῶν καθεστώτων.* ad Nicocl. 17. p. 18. *κίνει καὶ μετατίθει τὰ μὴ καλῶς καθεστῶτα.* Areopagit. 30. p. 145. *ἐν τῷ μηδὲν κινεῖν ὧν αὐτοῖς οἱ πρόγονοι παρέδοσαν.* Pseudo-Demosthen. in prooem. p. 1420. 20. *ἐναντία τῇ καθεστώσῃ πολιτείᾳ δημηγορῶν.* epistol. I. p. 1464. a. *τῶν συνηγωνισμένων τρὶς καθεστη-*

Digitized by Google

nósi. Quia autem τὰ καθεστῶτα de institutis maiorum valent, non §. 205
dixit orator τὴν καθεστῶσαν, sed τὴν παροῦσαν πολιτείαν, quae Cimonis aetate constaret. Cf. Plat. de legg. libr. IX. p. 864. D. ἦν δὲ ἡμῖν κείμενα περὶ τῶν τοὺς νόμους διαφθειρόντων ἐπὶ καταλύσει τῆς παρούσης πολιτείας. Et παροῦσαν compendio scribendi obliteratum existimo, ut inde librarius nescio qua causa ductus Παρίων faceret, cuius origo quo difficilior est explicatu, eo facilior alterius scripturae ortus intelligi potest.

Iam restat, ut de Cimonis causa capitali dicatur. Quia non alia atque Ephialtis reipublicae forma, quam mutare Cimon in animo habuit, intelligenda est, eius accusationem in annum 460. a. Chr. vel non multo post incidisse statuendum esset, si Diodoro Sicul. XI, 77. fidem haberemus. Is enim hoc anno Ephialtem patria instituta abrogasse dicit. At apertus est Diodori error: nam et illo et proximo tempore Cimon in exilio (ab. an. 461—456) vixit. Quare accusatio ante annum 460 facta est. Plutarchus refert vit. Cim. 15., Cimonem ab expeditione reversum, quum Ephialtis opus animadvertisset, veterem rerum ordinem reducere voluisse. Unde reversus est? Aut Ithome aut Thaso. Has enim expeditiones circa illa tempora fecit. Ithome autem reversus 461., quo eodem anno missus erat, statim testarum suffragiis ex urbe electus est, ut nihil cogitare de mutanda republica posset; neque, si potuisset, quidquam contra fecisset, quia Athenienses, in illa Cimone suadente suscepta expeditione contumelia affecti, auctori irascebantur. Itaque reliqua est Thasi expeditio. Tum tres annos ab urbe remotus fuit eiusque absentia idoneam popularibus praebuit occasionem novae reipublicae formae et praeparandae et instituendae. Nam quamdiu domi erat, auctoritate sua coercebat cupidos rerum novarum. Quare Ephialtem populare imperium circiter annum 464. neque posterius instituisse censeo, quo tempore Cimon Thaso nondum reversus erat. Post reditum autem, qui paulo post factus est, accusaverunt eum adversarii, Plutarcho referente, non quod novum imperium attentasset, sed quod ab Alexandro rege Macedoniae muneribus corrumpi se passus esset: quam causam Plutarchus vit. Periclis c. 10. θανατικὴν δικὴν appellavit. Sed hanc proditionis accusationem illos per speciem tantum fecisse credibile est, interitum quidem hominis infestissimi quam maxime cupientes, sed non ausos veram eius causam prodere, ne ipsi novae suae rei nocerent. Eam autem Demosthenes protulit, ut quae ei innotuisset vel auditione et fama, vel scriptis, quae perierunt. Nisi enim haec duplex nomine accusatio una eademque fuerit, non poterit ullum aptum inveniri tempus, quo altera facta sit. Sed dicat fortasse quispiam,

Digitized by Google

§. 205 oratorem errasse, Profecto id dixit Herm. Sauppius in commentat. de causis magnitudinis iisdem et labis Athenarum part. I. p. 21. contendens, Cimonem filium pro patre Miltiade ab oratore appellatum totamque rem ad hujus conatus adversus Parum insulam susceptam referendam esse, quam Herodotus VI, 136. cum insequuta eius condemnatione narrat. Scilicet homo doctissimus hanc unam spem scripturae duorum optimorum librorum *Παρίων* conservandae reliquam esse opinatus est. Eadem spe ductus, sed difficultatem Sauppianae explicationis sentiens, Funkhaenelius in annalibus Darmstad. ann. 1836. n. 130. p. 1047. s. eam rationem subvenlendi commentus est, ut diceret, oratorem Miltiadis crimen Parium cum Cimonis conatu opprimendi imperii popularis confudisse atque utriusque causam capitis in unum coniunxisse. Quo sane commento nihil novi subtilius. Ipse tamen ingenue confitetur, mirum sibi videri, si quid Demosthenes de memoria rerum a tam praeclaris viris, qualos Miltiades et Cimon fuerint, gestarum tantummodo rumore et fama populi ore propagata acceperit, ut tantopere errare potuerit. Quare noli cogitare de errore Demothenis; errarunt librarii. Praeterquam enim quod orator ipse tam accurate loquitur, ut adeo maiorem suffragiorum numerum indicaverit, quo absolutus sit Cimon, etiam Cyrillum adv. Julian. VI. p. 188. ed. Spanhem. sibi adsentientem habet, cuius verba Meierus l. c. affert. *Κλίωνος*, inquit, *γραφὴν αὐτῷ* (*Κίμωνι*) *τυραννίδος ἐστησαμένου ἦλω τε Ἀθήνηφιν ἐπ' αὐτῷ δὴ τούτῳ κρινόμενος καὶ δέκας ἐκτίσαι τὰς ἀπὸ τῶν νόμων.* Quid, quod Plutarchus narrat, post conatum Cimonis restituendi optimatum imperii populares coitione facta clamasse, populumque exasperasse, refricantes ista de sorore eius crimina et studium obtegentes Lacedaemoniorum. Non tamen dicit quae sequuta sunt. Sed res magna et gravis erat, ut suspicari nobis liceat, populares non contentos fuisse solis clamoribus et opprobriis, sed potius, si non palam, tamen simulate contra Cimonem egisse. Convenit denique meae sententiae, quod Plutarchus pariter ac Demosthenes ait, Cimonem effugisse causam capitalem. Quamquam non possum reticere, Plutarchum mihi visum esse, quae cap. 14. et 15. coniuncta deberent esse, divulsisse. — *ἐφ' ἑαυτοῦ· per se solum, sua sollus auctoritate.* Vid. adnotat. ad §. 158. p. 451. Hanc dictionem *ἐφ' ἑαυτοῦ*, vel *ἐφ' ἐμοῦ*, *ἐφ' ἡμῶν*, illustrarunt Schaeferus ad h. l., in meletematis p. 21. s. et p. 83, ad orat. c. Leptin. p. 488. 6. ibid. Fr. Aug. Wolfius et Godofr. Hermannus ad Viger. p. 813. — *παρὰ τρεῖς μὲν ἀφεῖσαν ψήφους.* id est, *cum tribus suffragiis dimiserunt.* Orat. in Timocr. 138. p. 743. *Φίλιππον τὸν Φιλίππου τοῦ γαυλήρου υἱὸν μικροῦ μὲν ἀπεκτείναμεν, χωμά-*

Digitized by Google

τῶν δὲ πολλῶν αὐτοῦ ἐκείνου ἀντιτιμωμένου παρ' ὀλίγας ψήφους §. 205
ἠτιμώσατε. Propria παρὰ praepositionis loci et temporis potestate ad alias res translata, substantivo cum ea coniuncto significatur id, quod actionem vel conditionem praedicato addito expressam quasi comitatur et prosequitur. Nam quod iuxta rem aliquam est aut fit atque cum ea constanti et aequabili distantia procedit neque in diversum abit, id non sine aliqua consociationis et comitatus notione cogitari potest. Itaque substantivum παρὰ adiecto designat in hac structura id quod nos dicimus, *einen begleitenden Umstand*, quo si cui causa indicari videatur, apertum est non aliam esse posse nisi externam. Id enim est tenendum, Graecos in usu huius praepositionis ab adspectus iudicio non recessisse ibi, ubi nos sola mente atque cogitatione aliquid contemplari consuevimus. Quare errant, qui παρὰ idem esse dicunt atque διὰ, quamquam non nego, ei saepenumero optime respondere Latinorum *propter*. Ac parum proficimus ad veram praepositionis potestatem aperiendam, si sequimur Buttmannum ad Midian. in indic. p. 181. „παρὰ non tam simpliciter causam sive rationem, sed rei momentum vel ansam *(was den Ausschlag giebt)* et illud, sine quo vera causa efficax non foret", significare statuentem, quae significatio non ex ipsa praepositionis natura profecta, nonnunquam tantum ex loci ratione inferri potest, ut hoc Aristocrateae loco, ubi absolutionem Cimonis in tribus suffragiis pependisse dicere possis. Presse sequuti sunt Orellius ad Brem. edit. Aeschinis vol. I. p. XXIII., Bremius ad Demosthen. orat. I. adv. Aphob. p. 84. παρὰ *inprimis propter* quo brevius eo perversius reddentes, Ruedigerus ad Philipp. III. p. 100. in discrimine inter παρὰ et διὰ constituendo, Dissenius ad orat. de coron. p. 390. alique. Rem tetigit Funkhaenelius ad Androtianam p. 45. praecipiens, παρὰ in hac quoque structura *prope*, *iuxta* significare, sed quomodo eam expedire cogitaverit, quum addit: *quod ea vi accipi potest, ut aliquid cum aliqua re, ad quam accessit, sit coniunctum*, non assequor, siquidem notio accedendi ad aliquid, ex quo vera rerum coniunctio oriatur, aliena est ab hac praepositione, ubique distantiam quandam et seiunctionem indicante. Neque rectiora et satis simplicia videbuntur, quae Herm. Sauppius in Jahni annalibus II, VI, I. p. 60. de hac re exposuit. Rectam autem esse structurae huius praepositionis cum accusativo, quam supra dedi, expositionem, omnia exempla docent; optime primum ea, in quibus principalis eius significatio eminet, ut orat. c. Leptin. 55. p. 478. παρὰ τὰς χρείας φιλάνθρωποι, *dum necessitudines premunt, humani*, ibid. 86. p. 483. παρὰ τὰς εὐεργεσίας προχείρως ἔχειν, *dum darent beneficia, parates esse*. Sed

Digitized by Google

§. 205 oratorem errasse, Profecto id dixit Herm. Sauppius in commentat. de causis magnitudinis iisdem et labis Athenarum part. I. p. 21. contendens, Cimonem filium pro patre Miltiade ab oratore appellatum totamque rem ad hujus conatus adversus Parum insulam susceptam referendam esse, quam Herodotus VI, 136. cum insequuta eius condemnatione narrat. Scilicet homo doctissimus hanc unam spem scripturae duorum optimorum librorum *Παρίων* conservandae reliquam esse opinatus est. Eadem spe ductus, sed difficultatem Sauppianae explicationis sentiens, Funkhaenelius in annalibus Darmstad. ann. 1836. n. 130. p. 1047. s. eam rationem subveniendi commentus est, ut diceret, oratorem Miltiadis crimen Parium cum Cimonis conatu opprimendi imperii popularis confudisse atque utriusque causam capitis in unum coniunxisse. Quo sane commento nihil novi subtilius. Ipse tamen ingenue confitetur, mirum sibi videri, si quid Demosthenes de memoria rerum a tam praeclaris viris, quales Miltiades et Cimon fuerint, gestarum tantummodo rumore et fama populi ore propagata acceperit, ut tantopere errare potuerit. Quare noli cogitare de errore Demothenis; errarunt librarii, Praeterquam enim quod orator ipse tam accurate loquitur, ut adeo maiorem suffragiorum numerum indicaverit, quo absolutus sit Cimon, etiam Cyrillum adv. Julian. VI. p. 188. ed. Spanhem. sibi adsentientem habet, cuius verba Meierus l. c. affert. *Κλέωνος*, inquit, *γραφὴν αὐτῷ (Κίμωνι) τυραννίδος ἐνστησαμένου ἥλω τε Ἀθήνῃσιν ἐπ' αὐτῷ δὴ τούτῳ κρινόμενος καὶ δίκας ἐκτέτικε τὰς ἀπὸ τῶν νόμων.* Quid, quod Plutarchus narrat, post conatum Cimonis restituendi optimatum imperii populares coitione facta clamasse, populumque exasperasse, refricantes ista de sorore eius crimina et studium oblicientes Lacedaemoniorum. Non tamen dicit quae sequuta sunt. Sed res magna et gravis erat, ut suspicari nobis liceat, populares non contentos fuisse solis clamoribus et opprobriis, sed potius, si non palam, tamen simulate contra Cimonem egisse. Convenit denique meae sententiae, quod Plutarchus pariter ac Demosthenes ait, Cimonem effugisse causam capitalem. Quamquam non possum reticere, Plutarchum mihi visum esse, quae cap. 14. et 15. coniuncta deberent esse, divulsisse. — *ἐφ' ἑαυτοῦ· per se solum, sua solius auctoritate.* Vid. adnotat. ad §. 158. p. 451. Hanc dictionem *ἐφ' ἑαυτοῦ*, vel *ἐφ' ἐμοῦ*, *ἐφ' ὑμῶν*, illustrarunt Schaeferus ad h. l., in meletematis p. 21. s. et p. 83, ad orat. c. Leptin. p. 488. 6. ibid. Fr. Aug. Wolfius et Godofr. Hermannus ad Viger. p. 813. — *παρὰ τρεῖς μὲν ἀφεῖσαν ψήφους.* id est, *cum tribus suffragiis dimiserunt.* Orat. in Timocr. 138. p. 743. *Φίλιππον τὸν Φιλίππου τοῦ ναυκλήρου υἱὸν μικροῦ μὲν ἀπεκτείνατε, χρημά-*

Digitized by Google

τῶν δὲ πολλῶν αὐτοῦ ἐκείνου ἀντιτιμωμένου παρ' ὀλίγας ψήφους §. 205
ἠτιμώσατε. Propria παρὰ praepositionis loci et temporis potestate ad alias res translata, substantivo cum ea coniuncto significatur id, quod actionem vel conditionem praedicato addito expressam quasi comitatur et prosequitur. Nam quod iuxta rem aliquam est aut fit atque cum ea constanti et aequabili distantia procedit neque in diversum abit, id non sine aliqua consociationis et comitatus notione cogitari potest. Itaque substantivum παρὰ adiecto designat in hac structura id quod nos dicimus, *einen begleitenden Umstand*, quo si cui causa indicari videatur, apertum est non aliam esse posse nisi externam. Id enim est tenendum, Graecos in usu huius praepositionis ab adspectus iudicio non recessisse ibi, ubi nos sola mente atque cogitatione aliquid contemplari consuevimus. Quare errant, qui παρὰ idem esse dicunt atque διὰ, quamquam non nego, ei saepenumero optime respondere Latinorum *propter*. Ac parum proficimus ad veram praepositionis potestatem aperiendam, si sequimur Buttmannum ad Midian. in indic. p. 181. „παρὰ non tam simpliciter causam sive rationem, sed rei momentum vel ansam *(was den Ausschlag giebt)* et illud, sine quo vera causa efficax non foret", significare statuentem, quae significatio non ex ipsa praepositionis natura profecta, nonnunquam tantum ex loci ratione inferri potest, ut hoc Aristocrateae loco, ubi absolutionem Cimonis in tribus suffragiis pependisse dicere possis. Presse sequuti sunt Orellius ad Brem. edit. Aeschinis vol. I. p. XXIII., Bremius ad Demosthen. orat. I. adv. Aphob. p. 84. παρὰ *inprimis propter* quo brevius eo perversius reddentes, Ruedigerus ad Philipp. III. p. 100. in discrimine inter παρὰ et διὰ constituendo, Dissenius ad orat. de coron. p. 890. alique. Rem tetigit Funkhaenelius ad Androtianam p. 45. praecipiens, παρὰ in hac quoque structura *prope*, *iuxta* significare, sed quomodo eam expedire cogitaverit, quum addit: *quod ea vi accipi potest, ut aliquid cum aliqua re, ad quam accessit, sit coniunctum*, non assequor, siquidem notio accedendi ad aliquid, ex quo vera rerum coniunctio oriatur, aliena est ab hac praepositione, ubique distantiam quandam et seiunctionem indicante. Neque rectiora et satis simplicia videbuntur, quae Herm. Sauppius in Jahni annalibus II, VI, I. p. 60. de hac re exposuit. Rectam autem esse structurae huius praepositionis cum accusativo, quam supra dedi, expositionem, omnia exempla docent; optime primum ea, in quibus principalis eius significatio eminet, ut orat. c. Leptin. 55. p. 473. παρὰ τὰς χρείας φιλάνθρωποι, *dum necessitudines premunt, humani*, ibid. 86. p. 483. παρὰ τὰς εὐεργεσίας προχείρως ἔχειν, *dum darent beneficia, parates esse*. Sed

Digitized by Google

§. 205 liberiore usu dicta sunt orat. in Mid. 96. p. 545. καὶ ταῦτα πέπονθεν ὑπὸ Μειδίου παρὰ τὴν πενίαν. *paupertate socia et comite.* cf. in Timocr. 214. p. 766. Philipp. I. 11. p. 43. οὐδὲ γὰρ οὗτος παρὰ τὴν αὑτοῦ φαύλην τοσοῦτον ἐπηύξηται, ὅσον παρὰ τὴν ἡμετέραν ἀμέλειαν· *dum nos summis socordes.* ubi vid. adnotat. Frid. Frankii. orat. I. in Aphob. 34. p. 824. Ἔτι τοίνυν, ὦ ἄνδρες δικασταί, παρὰ τὸν λόγον ὃν ἀποφέρουσιν, ἐξ ὧν αὐτοὶ λαβεῖν ὁμολογοῦσιν, ἐπιδείξω ὑμῖν τρεῖς μὲν ὄντας αὐτοὺς πλέον ἢ ὅπτω τάλαντ' ἐκ τῶν ἐμῶν ἔχοντας. ubi demonstratio oratoris adiuvatur rationibus, quas referunt tutores, dum singula earum capita persequitur. Ibid. 48. p. 828. c. Leptin. 26. p. 465. de coron. 289. p. 307. τί γὰρ νῦν λέγεις ἃ ἐχρῆν πράττειν, ἀλλ' οὐ τότ' ὢν ἐν τῇ πόλει καὶ παρὼν ταῦτ' ἔγραφες, εἶχεν ἐνδέχετο παρὰ τοὺς παρόντας καιρούς· *si per illa tempora licebant.* de fals. legat. 42. p. 854. τί οὐ γέγονεν; εἰ δὲ παρὰ τὸ προαισθέσθαι κεκώλυται, τίς ὁ ἐλαλήσας. *propterea quod illi praesensserant,* ubi res casu et fortuito facta indicatur. Philipp. III. 2. p. 110. πολλὰ μὲν οὖν ἴσως ἐστὶν αἴτια τούτων, καὶ οὐ παρ' ἓν οὐδὲ δύο εἰς τοῦτο τὰ πράγματα ἀφῖκται. Xenoph. de officio magistri equit. I, 5. πολλοῖς γὰρ ἤδη ἡ σωτηρία παρὰ τοῦτο ἐγένετο, *dexteritate in equos insiliendi praeditis.* Dinarch. orat. in Demosth. 72. p. 51. παρὰ τί οἴεσθε τὰς πόλεις τότε μὲν εὖ, τότε δὲ φαύλως πράττειν; οὐδὲν εὑρήσετε ἄλλο πλὴν παρὰ τοὺς συμβούλους καὶ τοὺς ἡγεμόνας. *opera oratorum et ducum, quantum quantum valent.* Praeter haec vide quae alia exempla congesta sunt a Reiskio in indic. Demosth. p. 873., Buttmanno in indic. ad Midian. p. 131. Volkm. Fritschio in quaest. Luciha. p. 124. ss., Maetznero ad Lycurg. p. 190., et a Fr. Frankio ad Philipp. I. l. c. De forma ἀφεῖσαν vid. Matthiael gr. §. 211. p. 899. 3. — τὸ μὴ θανάτῳ ζημιῶσαι. *dimittendo effecerunt, ut ne morte puniretur.* Ita explicavi simul accusativum τὸ ζημιῶσαι, qui effectum dimittendi significat. Aeschyl. Prometh. 236. ἐξερυσάμην βροτοὺς τὸ μὴ διαφθαισθέντας εἰς Ἅιδου μολεῖν. quippe ita legendum est. Herodot. V, 101. τὸ δὲ μὴ λεηλατῆσαι ἐλόντας σφέας τὴν πόλιν ἔσχε τόδε. Thucydid. III, 1. τὸν πλεῖστον ὅμιλον τῶν φιλῶν εἶργον τὸ μὴ — τὰ ἐγγὺς τῆς πόλεως πλωτοργεῖν. Plut. Crit. p. 43. C. οὐδὲν αὐτοὺς ἐκώλυσαι ἡ ἡλικία τὸ μὴ οὐχὶ ἀγαναχτεῖν τῇ παρούσῃ τύχῃ. Pluribus aliis exemplis hunc usum illustravit Gust. Alb. Sauppius ad Xenophont. libr. de republ. Lacedaem. IV, 6. p. 34. s. et V, 7. p. 40. — πεντήκοντα δὲ τάλαντα ἐξέπραξαν. Praeclare cum Cimone agebatur, quod, quum ils, qui rem publicam evertere voluissent, capitis poena constituta esset, pecunia quamvis magna multabatur. Vid. Boeckhii Oeconom.

Digitized by Google

civit. I. p. 414. Meieri et Schoemanni libr. de ordine iudicior. Athe- §. 205
niens. p. 342. s. Ut hoc loco ἐκπράττειν in libris mss. cum εἰςπράττειν commutatum est, ita etiam apud Xenophontem de rep. Lacedaem. VIII, 4. κύριοι δὲ ἐκπράττειν παραχρῆμα. Illud usitatum est de exigenda mulcta, ut apud Platonem de legg. p. 774. B. et E., hoc de aliis pecuniis et tributis, quae solvenda vel in aerarium conferenda erant, ut orat. in Mid. 80. p. 540. ibid. 155. p. 564. in Timocr. 96. p. 730. ibid. 162. p. 751. Sed non improbandum esset quod liber Σ ex emendatione dedit ἐπράξαντο, si id plures boni libri exhiberent. Vid. Demosthen. orat. de fals. legat. 273. p. 429. Καλλίαν — μικροῦ μὲν ἀπέκτειναν, ἐν δὲ ταῖς εὐθύναις πεντήκοντα ἐπράξαντο τάλαντα. Xenoph. Hellenic. I, 6, 19. κατεψηφισμένων αὐτοῦ θάνατον, — ἐλεήσαντες ἀφῆκαν, οὐδὲ χρήματα πραξάμενοι. — ἀπεδίδοντο τὴν αὑτῶν ἐλευθερίαν καὶ μεγαλυψυχίαν τῶν ἔργων· *vendebant libertatem et magnitudinem animi factis.* Orat. de fals. legat. 28. p. 349. τὸ χρημάτων ἀποδόσθαι τἀληθῆ. Plat. de legg. V. p. 728. A. τὸ — αὐτῆς (τῆς ψυχῆς) τίμιον ἅμα καὶ καλὸν ἀποδίδοται σμικροῦ χρυσίου. Nemo hodie ad genitivum explicandum τῶν ἔργων cum Seagero ἀντὶ intelliget. Virgilius: *patriam vendere auro.* Schlosserus in histor. univers. I, 3. p. 160. n. c. hunc totum locum germanice vertens coniungit τῶν ἔργων cum μεγαλοψυχίαν.

§. 206. ἂν ἕν ἢ δύο ἀστεῖα εἴπωσι καὶ — σύνδικοι δεηθῶσιν. Facete dictis oratores utebantur, ut imbecillitatem causae obtegendo animos ab intentione rerum averterent idque praecipue in rebus publicis. Tanta enim erat illius aetatis populi levitas, ut iucunda et suavia mallet audire, quam vera et utilia. Cf. orat. Philipp. III. 54. p. 124. prooem. 56. p. 1461. 25. πολλὰ γὰρ ἄλλα τις ἂν περιέλθοι τῷ λόγῳ καὶ πόλλ' ἂν ἀστεῖα εἴποι, ἄλλως τε καὶ ὥσπερ τούτων ἔνιοι δεινῶν ὄντων. prooem. 32. p. 1441. 25. τὰ τῶν λόγων ἀστεῖα, ὡς ἔοικε, τοῦ τὰ μέγιστα αἰσθάνεσθαι κεκώλυκεν αὐτούς. Vid. Wachsmuthii antiquitt. Hellenic. I, 2, p. 360. s. Adhibebant quoque, qui in ius vocati erant, amicos et tribules et homines magnae auctoritatis, qui sibi in lite adessent et deprecatorum officia et partes suscipientes iudicum severitatem mitigarent. Hi appellantur σύνδικοι, συνήγοροι, παράκλητοι, ἐξαιτούμενοι. Graviter hunc morem deprecandi reprehendit Lysias orat. in Nicomach. 31. p. 186. παρεσκευασμένοι τινές εἰσι καὶ τῶν φίλων καὶ τῶν τὰ τῆς πόλεως πραττόντων δεῖσθαι ὑπὲρ αὐτοῦ. in Epicrat. 12. p. 178. καὶ δημόται καὶ φίλοι κλαίοντες ἐξαιτήσονται αὐτοὺς παρ' ὑμῶν. κ. τ. λ. in Alcibiad. 20. ss. p. 141. Cf. Demosthen. de fals. legat. 1. p. 341. Andocid. de myster. 150. p. 19. Δεῦρο, Ἄνυτε, Κέφαλε, ἔτι δὲ καὶ οἱ φυλέται οἱ

Digitized by Google

§. 206. ἠρημένοι μοι συνδικεῖν, Θράσυλλος καὶ οἱ ἄλλοι. Aeschin. de fals. legat. 184. p. 52. Vid. Valesii adnotatt. ad Harpocrat. vol. II. p. 393. edit. Lips. Meieri et Schoemanni libr. de ordine iudicior. Atheniens. p. 719. et Car. Fr. Hermanni antiquitt. publ. §. 142. n. 14. — ἐτιμήσατε. Τιμᾶν litem aestimare, multam irrogare iudicum est, τιμᾶσθαι accusatoris, quemadmodum Meierus de ordine iudicior. Atheniens. p. 180. et p. 725. vocem explicavit.

Continuatio.

καὶ γάρ τοι τότε τὰ μὲν τῆς πόλεως κ. τ. λ. Aliam addit comparationem reipublicae maiorum et suae aetatis. Dum ii, qui nunc vivunt, in privatis rebus laudem quaerunt splendoris et publicas negligunt, ea ratio ac magnitudo animorum in maioribus fuit, ut, quum privatim moderatione et continentia in victu omni atque cultu uterentur, publice omnia ad magnificentiam revocarent. Quae vivendi diversitas ex eo derivanda est, quod maiores non suis, sed reipublicae commodis metiebantur omnia, Demosthenis autem aetate rerum suarum studium et cupiditas alios opibus et potentia superandi regnabat. Vid. Voemelii adnotat. ad Olynth. III. p. 139. Wachsmuthii antiquitt. Hellenic. II, 2, p. 86. Hunc maiorum sensum et quae ex eo sequuta sunt, praedicavit orator ex sententia Quinctil. institutt. orator. VI, 5, 8., ut aequales meliora probantes peiorum poeniteret. Eodem recurrit, ubi apta dabatur occasio. Ita cum nostro loco conferas orat. in Androt. 76. p. 617. in Timocrat. 184. p. 757. et praecipue Olynth. III. 25. p. 35. et Pseudo-Demosthen. de syntax. 28. ss. p. 174., quibus locis eadem fere fiisdem verbis repetita sunt, de cuius generis locis vid. Westermanni disputat. de repetitionibus p. 145. et Gersdorfii synops. repetitorum Demosth. locorum p. 12. s. p. 35. —

§. 207. τὴν Θεμιστοκλέους μὲν οἰκίαν. Praeter Dindorfium etiam editores Turicenses γὰρ particulam post μὲν omiserunt, quamquam locis similibus, ut orationibus in Androt. et Timocr. II. citt. invenitur. Omissionem probat etiam Funkhaenelius in commentariis literar. Darmstad. an. 1841. n. 115. p. 957. Constat non ubique γὰρ, post τεκμήριον δὲ, σημεῖον δε et loquutiones similes inferri. Omissa est orat. in Mid. 85. p. 525. σημεῖον δὲ· ἔθεσθε ἱερὸν νόμον αὐτῷ τῷ θεῷ περὶ τῆς ἱερομηνίας. ibid. 186. p. 559. Isocrat. Areopagit. 83. p. 156. τὸ δὲ μέγιστον· τότε μὲν οὐδεὶς ἦν τῶν πολιτῶν ἐνδεὴς τῶν ἀναγκαίων. Vid. Matthiael gr. §. 630. f. p. 1294. Fr. Aug. Wolfii adnotat. ad Leptin. p. 459, 28. — καὶ Μιλτιάδου. Ante Μιλτιάδου τήν articulum auctoritate optimorum librorum nevissimi editores omnes

Digitized by Google

omiserunt, quamquam Olynth. III, 25. et orat. de syntax. 29. in lis- §. 207
dem et plurimis aliis libris additus est. Repetito articulo gravior fieret oratio, ut orat. in Mid. 124. p. 555. *τὰς τῆς ἰσηγορίας καὶ τὰς τῆς ἐλευθερίας ἡμῶν μετουσίας ἀφαιρεῖσθαι.* c. Lacrit. 38. p. 934. *καί μοι λαβὲ τὴν μαρτυρίαν, πρῶτον μὲν τὴν Ἀπολλωνίδου —, ἔπειτα τὴν Ἐρασικλέους καὶ τὴν Ἱππίου.* Domus horum virorum tenues erant et luto confectae. Plutarch. vit. Demosth. 11. et vit. Phocion. 18. Cf. Wachsmuthii antiquitt. Hellenic. II, 2, p. 253. Boeckhii Oeconom. civit. t. I. p. 70 et 220. s. — *τῶν τότε λαμπρῶν.* virorum, qui illustre nomen nacti sunt factis et liberalitate publica. Vid. Passovii lexic. s. h. v. Tales praeter nominatos fuerunt Aristides, Cimon, alii. Cf. Voemelii adnotat. ad Olynth. III. p. 140. — *εἴ τις ἄρα ὑμῶν οἶδεν.* In his Bremius ad Olynth. III. 26. p. 85. acerbam ironiam vidit. „Tum parum scilicet, inquit, curabant antiquorum illorum, qui civitatis libertatem fundaverant, memoriam, ut vix quidquam eorum tenerent.“ At simpliciter dicit orator, se nescire, an ullus aequalium domos illorum virorum propter tenuitatem noverit. Particulae enim *εἰ ἄρα* significant *si forte, wenn ja, wenn wirklich, wenn unter diesen Umstaenden.* Vid. Reinh. Klotzii adnotatt. ad Devarii particulas gr. l. vol. II. sect. I. p. 178. s. Deinde tres libri eum verborum ordinem exhibent, quem invenimus Olynth. III, 26. et orat. de syntax. 29. *εἴ τις ἄρα οἶδεν ὑμῶν.* Sunt ii libri, qui etiam alibi verba oratoris ad aliorum exemplorum similitudinem emendatione accommodarunt. Denique Marklandum pro *οἶδεν* proponentem *εἶδεν* bene sic refutavit Schaeferus: „Recte *οἶδεν.* Omnium oculis enim illa aedificia erant exposita: sed quorum olim fuissent non norant nisi curiosi rerum antiquarum.“ — *τῶν πολλῶν οὐδὲν σεμνοτέραν οὖσαν.* id est, *τῶν οἰκιῶν τῶν πολλῶν οὐδὲν σεμν. οὖσαν.* Haec breviloquentia in comparationibus usitatissima est. Cf. adnotat. ad §. 196. p. 503. s. Vid. Godofr. Hermann. ad Viger. p. 717. et Schaeferi meletem. p. 127. Add. Andocid. orat. de pace 30. p. 27. *τήν τε συμμαχίαν ἀποδεικνύντες ὅσῳ κρείττων ἡ σφετέρα εἴη τῶν Ἐγεσταίων καὶ τῶν Καταναίων.* Quamquam Graeci ipsi in hac loquutione proprie nihil cogitaverint de supplemento aliquo: genitivum ponebant personae, a qua rei alicuius conditionem vel pretium derivarent et statuerent. — *τὰ δὲ τῆς πόλεως οἰκοδομήματα.* Intelligenda sunt magna illa et splendida aedificia, quae Themistoclis, Cimonis et praecipue Periclis aetate exstructa erant. Opes Athenis congestae e praeda Persarum et communi sociorum et argenti fodinis Laureis auctae artificibus tum viventibus, ut Phidiae, Ictino, Mnesicli, Callicrati, Polygnoto, aliis, egregiam occasionem arte sua excellendi prae-

Digitized by Google

§. 207 buerunt. *Κατασκευάσματα* indicant alia opera urbem exornantia. Olynth. III. 25. dicit *οἰκοδομήματα καὶ πάλλη τοιαῦτα καὶ τοσαῦτα κατεσκεύασαν ἡμῖν ἱερῶν καὶ τῶν ἐν τούτοις ἀναθημάτων.* Aristides ad p. 174. 20. a Reiskio citatus: *καὶ πάλιν ἐν γένει· οἰκοδομήματα μέν γε καὶ κόσμον τῆς πόλεως — ὑπερβολὴν λελεῖφθαι, εἶτα κατ' εἶδος· προπύλαια ταῦτα, ὁ παρθενὼν κ. τ. λ.* De iis, quae h. l. enumerantur et aliis, quae non nominantur, sed verbis *τἄλλα οἷς κατεσκευασμένην ὁρᾶτε τὴν πόλιν* indicantur, vide quae a Boeckhio Oeconom. civit. I. p. 215. ss. et Wachsmuthio antiquitt. Hellen. II, 2, p. 370. s. satis accurate exposita sunt. Add. Lorentzenii dissertat. de rebus Atheniens. Pericle potissimum duce gestis p. 29. s. — *ὥστε μηδενὶ τῶν ἐπιγιγνομένων ὑπερβολὴν λελεῖφθαι.* Isocrates Panegyric. 5. p. 42. *ὥστε μηδεμίαν λελεῖφθαι τοῖς ἄλλοις ὑπερβολήν.* Diodorus Sic. 1, 66. *ταῖς δὲ γλυφαῖς καὶ ταῖς ἄλλαις χειρουργίαις ὑπερβολὴν οὐκ ἀπέλιπον τοῖς ἐπιγιγνομένοις.* Respexit Demosthenis verba Minucianus apud Walzium vol. IX. p. 606. in locis enthymematis *ἀπὸ πηλικότητος*, iam a Reiskio p. 35. 15. citatus: *οὕτως ἐκόσμησαν οἱ πρόγονοι τὴν πόλιν ὡς μηδενὶ τῶν ἐπιγιγνομένων μηδεμίαν ὑπερβολὴν λελεῖφθαι.* Orator ita loquutus est, ut praestantia maiorum aequales magis excitaret. Nihil autem inest hyperbolici, quod quis suspicari possit, siquidem ne Lycurgus quidem administratione sua, quae in Demosthenis aetatem incidit, tam praeclara procreavit opera, quam quae ex priore tempore laudanda erant. Vid. Plutarchi vitt. X oratorum IX, 835. et Meursii Fortun. Attic. p. 58. ed. IV. — *προπύλαια ταῦτα κ. τ. λ.* Haec affert Maximus Planudes in scholiis ad Hermog. vol. V. p. 516. ed. Walz. ut exemplum *ἐναργείας*, cui haec virtus subiacet ea, de quibus loquuntur, clare atque evidenter ostendendi, ut velut oculis subiiciantur. Vid. Quinct. institutt. orat. VIII, 3, 61. ss. — *νεώσοικοι.* In uno eodemque libro h. l. et orat. in Timocr. 184. p. 758. *νεὼς οἶκοι* itemque in uno orat. in Androt. 76. p. 617. *νεὼς οἶκοι* scriptum est, quae vocis disiunctio apud Pausaniam I, 1, 3. *καὶ νεὼς καὶ ἐς ἐμὲ ἦσαν οἶκοι* exstat. Vid. Lobeck. ad Phrynich. p. 414. Sed idem dicit in parerg. IV. p. 698. "*νεώσοικοι* usu concrevit, ut *Μινώταυρος, κυνόσβατον*.,, Contra non rarum *νεῶν οἶκοι*. De vi vocabuli Suidas: *Νεώσοικοι, οἰκήματα παρὰ τῇ θαλάσσῃ οἰκοδομούμενα εἰς ὑποδοχὴν νεῶν, ὅτε μὴ θαλαττεύοιεν.* Similiter Etymol. M. p. 601, 17. Bekkeri anecdott. p. 282. init. Add. Sylburg. ad Dionys. Halic. p. 68. Bergmann. ad Isocrat. Panegyric. c. 27. p. 343. ed. Bensel. et Amersfoordt. ad Demost. orat. de symmor. p. 184, 3.

Digitized by Google

§. 208. *πολλῶν δημοσίων οἰκοδομημάτων.* Articulus *τῶν* ante *δημοσίων* in tribus libris interpositus valde placet Schaefero, opinor, propter oppositionem *τὰς ἰδίας.* Sed eo non opus est in optimis libris omisso. — *γῆν δ' ἔνιοι πλείω πάντων ὑμῶν — συνεώνηνται.* Vid. Boeckhii Oeconom. civit. I. p. 68. II. p. 19. — *καὶ κονιᾶτε, ὡς μικρὰ καὶ γλίσχρα, αἰσχύνη λέγειν.* Olynth. III. 29. p. 36. *καὶ τί ἂν εἰπεῖν τις ἔχοι; τὰς ἐπάλξεις, ἃς κονιῶμεν καὶ τὰς ὁδούς, ἃς ἐπισκευάζομεν καὶ κρήνας καὶ λήρους.* et de syntax. 30. p. 175. *δημοσίᾳ μὲν ἡ πόλις ἡμῶν τὰς ὁδοὺς ἀγαπᾷ κατασκευάζουσα καὶ κρήνας καὶ κονιάσματα καὶ λήρους.* In his *λήρους* a nonnullis tentatum tuentur verba *ὡς μικρὰ καὶ γλίσχρα, αἰσχύνη λέγειν.* id est, *quam parva et sordida sint, turpe est dictu.* Quod ad hanc additam epexegesin attinet, cf. Philipp. II. 3. p. 66. *οἷα ποιεῖ δὲ, ὡς δεινὰ καὶ χαλεπὰ, ταῦτα διεξερχόμεθα.* de coron. 41. p. 289. *οὗτός ἐστιν ὁ τὰ Θηβαίων ὀδυρόμενος νῦν πάθη καὶ διεξιὼν ὡς οἰκτρά. quam miserabilia sint.* de fals. legat. 39. p. 353. *Ἀκούετε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τῆς ἐπιστολῆς, ὡς καλὴ καὶ φιλάνθρωπος.* c. Lacrit. 50. p. 941. *ἴστε γὰρ δήπου, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, τὸν νόμον ὡς χαλεπός ἐστιν, — οἷαι ζημίαι περὶ τούτων εἰσίν, ὡς μεγάλαι καὶ δειναί. — ἀλλ' ἔχετ' εἰπεῖν ὅ τι κοινῇ κτησάμενοι καταλείψετε; Ἀλλὰ* antecedenti particulae *μὲν* respondet, monente Schaefero. Orat. in Mid. 13. p. 519. *ὅσα μὲν — ἠνώχλησεν, — ἐάσω· — ἀλλ' ἃ πάντες ἂν ὁμοίως ἀκούσαντες ἀγανακτήσαιτε, ταῦτ' ἐρῶ.* c. Leptin. 52. p. 472. 33. p. 467. orat. I. in Aristogit. 9. p. 772. quibus locis aptissimum est *ἀλλὰ*, quum re, quam antea commemorat, missa, transitum paret orator ad graviora, quae omnem attentionem postulent. Ita hoc loco commotus maiorem in modum atque indignabundus interrogat, an possint dicere, se aliquid communiter partum relicturos esse, quemadmodum maiores Chersonesum, Amphipolim, gloriam rerum gestarum. Primus vim horum verborum Im. Bekkerus illustravit signo interrogandi, quod prius post *Ἀθηναῖοι* positum erat, ponendo post *καλῶν* et *ὅτι* mutando in *ὅ τι*, ut omnis obscuritas evanesceret, approbantibus Schaefero et editoribus recentioribus. Reiskius contra usus est *ὑποφορᾷ*, sed contra morem loquendi. Tum enim responsio, quae ipsa interrogatione continetur, expressa debebat insequi, ut non commemorem, quae aliae virtutes illius figurae propriae sunt. Denique peroportune *Χερρονήσου* et *Ἀμφιπόλεως* mentionem facit, de quibus Athenienses illo tempore maxime solliciti essent. — *ἦν οἱ τοιοῦτοι πολῖται πάντ' ἀναλίσκοντες τρόπον οὐχ οἷοί τέ εἰσιν ἀφανίσαι, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι.* Adduntur haec, ut magnitudinem gloriae maiorum ostendat. Quorum facta ut cives intueantur imitenturque et nunc vi-

Digitized by Google

§. 208 ventes homines sui commodi cupidos, qui verbis οἱ τοιοῦτοι πολῖται significantur, despiciant, admonet et stimulat collocata in fine enunciationis graviter Atheniensium appellatione. Similiter Lysias orat. I. in Alcibiad. 19. p. 141. καίτοι πολλαὶ καὶ μεγάλαι καὶ ὑπὲρ ἁπάντων τῶν Ἑλλήνων γεγόνασι, καὶ οὐδὲν ὅμοιαι τοῖς ὑπὸ τούτων περὶ τὴν πόλιν πεπραγμένοις, ὦ ἄνδρες δικασταί. Ibi quoque facta maiorum praedicantur ad imitandum. Ἀφανίσαι interpretatur Schaeferus *ita consumere, tota ut evanescat s. pereat*; Reiskius indic. graecit. p. 98. *omnibus modis prodigialitatis carpentes, tamen haud valent absumere.* Aeschin. orat. in Timarch. 154. p. 22. de opibus: δωροδοκῶν δημοσίᾳ πάντ' ἠφάνικεν. — εἰκότως. id est, *neque id mirum est*, sc. non posse eiusmodi cives tam splendidam maiorum gloriam consumere. Recte sic Schaeferus explicat, Reiskio obloquens, qui εἰκότως ad sequentia retulit.

§. 209. τῷ κυρίῳ τῷ φόρων γενομένῳ τάξαι Ἀριστείδῃ. Aeschines de fals. legat. 23. p. 31. Ἀριστείδης ὁ τοὺς φόρους τάξας τοῖς Ἕλλησιν, ὁ δίκαιος ἐπικαλούμενος. Cf. Plutarch. vit. Aristid. 24. Thucyd. I, 96. Diodor. Sicul. XI, 47. Cornel. Nep. vit. Aristid. 3. Eius arbitrio quadringena et sexagena talenta quotannis collecta sunt. Praeterea attendas v. τῷ κυρίῳ cum genitivo τῶν φόρων coniunctum sequente infinitivo, de qua structura vid. adnotat. ad §. 69. p. 263. Addo, eodem modo substantivum κῦρος construi apud Platon. de legg. III. p. 700. C. τὸ δὴ κῦρος τούτων γνῶναί τε καὶ ἅμα γνόντα δικάσαι — οὐ σύριγξ ἦν· ἐπιθυμία τῶν ἀνδρῶν τῶν ἐκ τῆς νήσου νομίσασθαι. Ex ordine verborum γενομένῳ participium Funkhaenelius in commentariis literar. Darmstad. an. 1841. n. 116. p. 963. et editores Turicenses omiserunt fide unius libri Σ, cuius in margine tamen id scriptum invenitur. Non dicam omittendum esse, quod in textu librarii incuria neglectum, postquam vitium animadversum est, vel eiusdem manum vel aliam ex emendatione addidisse puto. At vero Funkhaenelius id sine cunctatione delendum esse dicit. Qua tamen ratione? An solo illius libri studio? Plus subesse videtur. Namque tam confidenter is modo loqui poterit, qui explorato ex hac parte Demosthenis dicendi genere cognorit, ex eo istam participii omissionem aperte probari. Nihil tamen eius rei vidimus: unum quidem ex oratione de coron. 207. p. 297. attulit locum, sed parum certum et ambigua fide. Imo potius usus loquendi participium posset; nam participia γιγνόμενος, γενόμενος, γεγενημένος adiectivis, ubicunque convenit, apponuntur, ab eorum positione etiam gratia plerumque ad numerum orationis accedente. Ita hic quoque gravis mihi est numeri causa visa, qui, si γενομένῳ omitteretur, misere cadens neque ad

Digitized by Google

aurés valeret. — *οὐδεμιᾷ δραχμῇ πλείω τὰ ὑπάρχοντα ἐγένετο.* Simile §. 209 continentiae exemplum duo viri summa cum gloria belli domique versantes Pericles et Aemilius Paulus reliquerunt, de quo Plutarchus c. 4. *εἰς Ῥώμην ἐπανῆλθεν, οὐδὲ δραχμῇ μιᾷ γεγονὼς εὐπορώτερος ὑπὸ τῆς στρατηγίας.* De illo Isocrates orat. de pace 126. p. 184. ita narrat: *καίτοι Περικλῆς ὁ πρὸ τῶν τοιούτων δημαγωγὸς καταστάς, — οὐκ ἐπὶ τὸν ἴδιον χρηματισμὸν ὥρμησεν, ἀλλὰ τὸν μὲν οἶκον ἐλάττω τὸν ἀυτοῦ κατέλιπεν ἢ παρὰ τοῦ πατρὸς παρέλαβεν, εἰς δὲ τὴν ἀκρόπολιν ἀνήνεγκεν ὀκτακισχίλια τάλαντα χωρὶς τῶν ἱερῶν.* qui totus locus cum hoc Demosthenico apprime comparandus est. Pro *ἐγένετο* in libris minus bonis scriptum est *ἐγένοντο*, quod si vel meliores commendarent codices, nemo hic probaret, ubi, quidquid Aristidi suppetebat, ut totum intelligendum est. In Xenophontis Agesilao II, 28. *ὅσα γε μὴν μετὰ τοῦτο σφάλματα ἐγένοντο, οὐδεὶς ἂν εἴποι, ὡς Ἀγησιλάου ἡγουμένου ἐπράχθη.* primum singula mala, deinde, sequente plurali *ἐπράχθη*, universa ut facta sub imperio Agesilai cogitantur. Vid. S. Alb. Sauppii adnotat. ad Xenophont. Memorab. II, 4, 7. — *τελευτήσαντ' αὐτὸν ἔθαψεν ἡ πόλις.* Plutarch. vit. Aristid. 27. *τάφος ἐστὶν αὐτοῦ Φαληροῖ δεικνύμενος, ὃν φασι κατασκευάσθαι τὴν πόλιν αὐτῷ μηδ' ἐντάφια καταλιπόντι.* Cf. Apophtegm. p. 186. Cornel. Nep. vit. Aristid. 3. Multi alii viri bene de republica meriti tam inopes decessisse dicuntur, ut, quo efferrentur, non relinquerent. Livius II, 16. P. Valerius — moritur, copiis familiaribus adeo exignis, ut funeri sumtus deesset: de publico est delatus. et 38. de Agrippa Menenio. Alia huius summae paupertatis exempla composuit Frontinus IV, 5, 5. — *ὑμῖν δ', εἴ τι δέοισθε κ. τ. λ.* Vide Fr. Aug. Wolfii adnotata ad Leptineam p. 460. v. 24. ubi ita: „Haec est consuetudo Oratorum solennis, populum tanquam perennem aut perpetuam personam alloqui, eique ut ab ipso facta tribuere, quaecunque prioribus temporibus acta essent. *τὸ ὑμεῖς ὅταν εἴπω, τὴν πόλιν λέγω*, alicubi dicit noster." — *χρήματα ὑπῆρχε πλεῖστα τῶν πάντων Ἑλλήνων.* Orat. in Androt. 76. p. 617. *χρήματα μὲν γὰρ πλεῖστα τῶν Ἑλλήνων ποτὲ σχὼν (ὁ δῆμος) ἅπανθ' ὑπὲρ φιλοτιμίας ἀνήλωσεν.* Quibus verbis pariter atque nostro loco Aristidis et Periclis aetas designatur, qua summae divitiae e reditibus annuis et tributis sociorum confluebant. Thucyd. I, 80. De qua re vid. Boeckhii Oecon. civit. I. p. 465. ss. II. p. 19. ss. Et nonnunquam Demosthenes Athenienses suae aetatis alios Graecos opibus superare dicit, ut Olynth. I. 19. p. 14. Philipp. I. 40. p. 51. Quid, quod orat. de symmor. 25. p. 185. eo ipso tempore, quo magnis illi conflictabantur malis, ceteris civitatibus prope omnibus pares fecit opibus. Neque id falso

Digitized by Google

§. 209 dictum est, si Boeckhium Oeconom. civit. I. p. 467. audiamus. — *ὁπόσου χρόνου ψηφίσαισθε ἐξιέναι.* In aliquot libris *ψηφίσασθ'*, in uno *ψηφίσεσθ'* e *ψηφίσαισθε* corrupta leguntur. Iure optativus, ut antea *δέοισθε*, sequente imperfecto, locum habet, quia non de una certa re, sed quae saepius evenit, agitur: id quod cogitatione tantum comprehendimus. *Ὁπόσου χρόνου* genitivus pro accusativo valet lege attractionis. Quam explicationem Schaeferus praeferre debebat alteri, quam proposuit. Dicit enim: „*ὁπόσου χρόνου* nihil aliud quam *ὁπόσον χρόνον*. Vid. Matthiae grammat. gr. §. 378. 5. *ὁπόσου χρόνου ἐξιέναι* i. q. *ὁπόσου χρόνου ἔξοδον ποιεῖσθαι.*" Sed genitivus non vim habet accusativi, qui temporis durationem significat, et Matthiaeus ipse, quem Schaeferus sequutus erat, removit in novissima editione errorem. Neque supervacaneum est *τοσούτου* pronomen, ut idem dicit Schaeferus. Vid. adnotat. ad §. 184. p. 487. s. — *οἱ μὲν τὰ κοινὰ διοικοῦντες.* Obscure significantur, si Ulpiano ad Olynth. III. 29. p. 36. credimus, Demades, Eubulus, Phryno, Philocrates, de quibus vid. Wachsmuthii antiquitt. Hellenic. II. 2. p. 366. ss. Philocratem ipse Demosthenes posteriori tempore inter legatos a Philippo dites corruptione factos nominatim appellat orat. de fals. legat. 146. p. 386. Maxime questus est Isocrat. orat. de pace 124. s. p. 184. de malis et improbis rationibus, quibus oratores rem suam auxerunt. *Οὕτω χαίρομεν*, inquit, *ταῖς τῶν ῥητόρων πονηρίαις, ὥσθ' ὁρῶντες διὰ τὸν πόλεμον καὶ τὰς ταραχὰς, ἃς οὗτοι πεποιήκασι, τῶν μὲν ἄλλων πολιτῶν πολλοὺς ἐκ τῶν πατρῴων ἐκπεπτωκότας, τούτους δ' ἐκ τῶν πενήτων πλουσίους γεγενημένους, οὐκ ἀγανακτοῦμεν κ. τ. λ.* Vid. Voemelii adnotat. ad Olynth. III. p. 143. — *ἐκ πτωχῶν εὔποροι καὶ πολλοῦ χρόνου τροφὴν ἄφθονον εἰσιν ἡτοιμασμένοι.* Orat. de reb. Cherson. 66. p. 106. *τούτων μὲν ἐκ πτωχῶν ἔνιοι ταχὺ πλούσιοι γεγόνασι καὶ ἐξ ἀνωνύμων καὶ ἀδόξων ἔνδοξοι καὶ γνώριμοι, ὑμεῖς δὲ τοὐναντίον ἐκ μὲν ἐνδόξων ἄδοξοι, ἐκ δ' εὐπόρων ἄποροι.* Olynth. III. 29. p. 36. in Timocrat. 124. p. 739. Frequens est dictio *ἐκ πτωχοῦ πλούσιος γίγνεται* et similes, ut praeter locos citatos orat. de coron. 131. p. 270. *πλούσιος ἐκ πτωχοῦ γεγονώς.* Lysias de caed. Eratosth. 4. p. 92. *ἵνα πλούσιος ἐκ πένητος γένωμαι.* Cf. orat. de coron. 182. p. 289. Xenoph. Anab. VII, 7, 28. Vid. Taylor. ad orat. de fals. legat. p. 386. 15. *Πτωχὸς* est qui in summa egestate vivit, mendicus, qui caret victu necessario; quare opponuntur *τροφὴν ἄφθονον ἡτοιμασμένοι. πένης* dicitur pauper, inops, cui victus necessarius est. Cf. Aristoph. Plut. 542. s. Synonyma Voemelii p. 33. Doederlini t. III. p. 117. — *οὐδὲ μιᾶς ἡμέρας.* Ita aptius quam *οὐδεμιᾶς.* Vid. adnotat. ad §. 195. p. 501. — *ἐφόδιά ἐστιν ἐν τῷ κοινῷ.*

Digitized by Google

§. 209. i. e. *pecuniae alimentariae in aerario.* Olynth. III. 20. p. 34. cives queritur belli subsidiis destitutos non adiuvare socios *δι' ἀπορίαν ἐφοδίων τοῖς στρατευομένοις.* Ut hoc loco pro *ἐφόδια* in nonnullis libris singularis *ἐφόδιον* exstat, ita orat. c. Nicostrat. 8. p. 1249. *ἐφόδια* pro *ἐφόδιον*, quod ex optimis libris restitui oportet. — *ἅμα δεῖ τι ποιεῖν καὶ πόθεν οὐκ ἔχετε.* Particulae *ἅμα — καὶ* redduntur per *simulac.* Philipp. I. 36. p. 50. *ἅμα ἀκηκόαμέν τι καὶ τριηράρχους καθίσταμεν.* Ad *πόθεν* supplendum est *ἐφόδια ἔσται.* Cf. Philipp. I. 29. p. 48. *πόθεν οὖν ὁ πόρος τῶν χρημάτων, ἃ παρ' ὑμῶν κελεύω γενέσθαι, τοῦτ' ἤδη λέξω.* de reb. Cherson. 22. p. 95. *ὅσ' ἂν αὐτὸς αὐτῷ πορίσηται ἐπαινοῦμεν, ἀλλα βασκαίνομεν καὶ σκοποῦμεν, πόθεν* (sc. *πορίζεται*) *καὶ τί μέλλει ποιεῖν.* de fals. legat. 44. p. 355. *καὶ ὅθεν, φράσω πρὸς ὑμᾶς.* in Timocr. 96. p. 730. *Ἔτι τοίνυν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὴν διοίκησιν ἀναιρεῖ, τὴν θ' ἱερὰν καὶ τὴν ὁσίαν, ὡς δὲ, ἐγὼ φράσω.* Alia suppeditabit Fr. Franklus ad Olynth. III. 25. p. 35. — *τότε μὲν γὰρ ὁ δῆμος ἦν δεσπότης τῶν πολιτευομένων.* Similiter Olynth. III, 30. p. 36. *τὸ μὲν πρῶτον — αὐτὸς ὁ δῆμος δεσπότης τῶν πολιτευομένων ἦν καὶ κύριος αὐτὸς ἁπάντων τῶν ἀγαθῶν —.* et 31. p. 37. *Νῦν δὲ τοὐναντίον κύριοι μὲν οἱ πολιτευόμενοι τῶν ἀγαθῶν, καὶ διὰ τούτων ἅπαντα πράττεται, ὑμεῖς δ' ὁ δῆμος ἐκνενευρισμένοι καὶ περιῃρημένοι χρήματα καὶ συμμάχους ἐν ὑπηρέτου καὶ προσθήκης μέρει γεγένησθε.* Cf. orat. in Neaer. 88. p. 1375. *ὁ γὰρ δῆμος ὁ Ἀθηναίων κυριώτατος ὢν τῶν ἐν τῇ πόλει ἁπάντων, καὶ ἐξὸν αὐτῷ ποιεῖν ὅ τι ἂν βούληται, οὕτω καλὸν καὶ σεμνὸν ἡγήσατ' εἶναι κ. τ. λ.* Scripturae, quae hoc loco in libris exstant, *ἦν ὁ δῆμος δεσπότης* et *ἦν δεσπότης ὁ δῆμος* iure ab Im. Bekkero et novissimis editoribus reiectae sunt. Posteriorem dederunt haud dubie, qui *δεσπότης* primo loco collocatum vellent fortiorem accentum accipere, sequente in fine *ὑπηρέτης.* At *ὁ δῆμος* subiectum enunciationis hic primo loco poni debebat. Quod superest, antithetorum in hac una et proxima sectione notes congeriem, quibus iungendis adnectendisque orator eos qui audiunt, commovere et ad odium in malos oratores excitare ipsosque a levitate ad severitatem et gravitatem convertere quam maxime voluit. Idem hoc praestant, quae antecesserunt. Sed eorum velut acervo atque densitate, qua hoc ultimo loco usus est, oratio, dum alterum implicatur altero et semper aliquid priore malus insequitur, per gradus assurgit, uti debebat, ad finem conversa, et hoc ipso efficacius, quod summa et gravissima ad extremum reservata sunt. Inprimis illud, quo maiestas populi superioris temporis famulatui et ministeriis aequalium comparatur, cum brevitate tum pondere suo potentissimum

Digitized by Google

§. 209 esse voluit, ut id, quod suo iudicio indignum esset pariter auditoribus videretur indignum; id quod ex eo liquet, quod extrema §. 210. eadem sententia rursus extollitur. Admirabilis est sane in hac antithetorum arte illa quae δείνωσις vocatur rebus indignis, asperis, invidiosis addens vim oratio, qua virtute praeter alios plurimum Demosthenem valuisse Quinctilianus institutt. orator. VI, 2, 24. ait. De antithetorum natura et potestate vide quae Hermogenes de inventione libr. I. vol. III. p. 147. ss. Tiberius de figuris vol. VIII. p. 569. s. ed. Walz., P. Rutilius Lupus de figuris sent. et eloc. libr. II, 16. et Quinctilianus institutt. orat. IX, 3, 81. ss. praeceperunt.

§. 210. θαυμάζειν ἀνθρώπους. Veluti Charetem, qui in favore oratorum et populi erat multaque sibi sumebat. Vid. Olynth. III. 31. p. 37. II. 28. p. 26. — κληρονομοῦσι. *in se transferunt velut iure hereditario.* — καὶ τῶν ἀγαθῶν. Ita scripsi secundum tres libros. Im. Bekkerus hanc libri Σ scripturam notare praetermisit nec constat, unde suam τῶν ὑμετέρων sumpserit. Sequuti sunt Dindorfius et editores Turicenses bona fide, ac si ita in optimis libris scriptum esset, sed puto ne libros ΤΩ quidem τῶν ὑμετέρων habere, qui plerumque consentiant in eo, quod appendix Francof. indicat, quae h. l. τῶν ἀγαθῶν exhibet. Atque, quum praecedat τῆς ὑμετέρας δόξης, satis est τῶν ἀγαθῶν, etsi sequuntur τῶν ἑτέρων ἀγαθῶν, id est, τῶν ἑτέροις ὄντων ἀγαθῶν, ut Reiskius interpretatur, ne quis ἑτέρων arcte coniungat cum ἀγαθῶν. Ambiguitatem librarius cod. ς prohibere voluit scribendo τῶν τῶν ἑτέρων ἀγαθῶν, sed non infrequens est huiusmodi genitivorum apud optimos scriptores concursus. Attulit Schaeferus h. l. exemplum ex orat. c. Lacrit. 12. p. 926. ἐκ τῶν τούτων ἁπάντων. Adde quod cum nostro loco apprime convenit ex orat. de coron. 45. p. 241. διὰ τῶν ἑτέρων κινδύνων. i. e. *periculis, quae aliis imminerent.* Cf. Xenoph. Hellenic. VII, 1, 13. τῶν ἐκείνων δούλων. Anabas. II, 5, 38. τοῦ ἐκείνου δούλου· ubi Xenophontia alia profert Kruegerus; orat. c. Leptin. 95. p. 486. τοῦ τούτου νόμου. orat. I. in Stephan. 42. p. 1114. ἐκ τοῦ τούτου τρόπου. quamquam in his extremis nulla poterit oriri ambiguitas. Plura vide apud Strangium in Jahni annalibus suppl. III. p. 608. — ἐξαπατᾶσθαι. Bene positum est in conclusione tam longum verbum. Fortius eo audientibus inculcabatur ipsorum misera conditio. — καίτοι πηλίκον τί ποτ' ἂν στενάξαιεν οἱ ἄνδρες ἐκεῖνοι κ. τ. λ. Sic concludit comparationem maiorum et aequalium non sine aliqua affectus vehementia. Plena indignationis sunt quae dicit, et graviter ferire animos auditorum debebat, quum commemoraret, quantas gemitus edituri essent maiores, quibus tantae curae fuisset reipublicae salus et gloria, s

Digitized by Google

forte sentirent, nunc urbem in famuli habitum et ordinem redactam §. 210
esse, et, sitne Charidemus custodiendus, deliberare. Deprompsit Aristides art. rhet. p. 358. vol. IX. ed. Walz. ab hoc loco exemplum τῆς βαρύτητος dicens: καὶ ὅταν εἰς κρίσιν ἀνάγῃς τεθνηκότων ἐνδόξων, βαρὺ δοκεῖ τὸ τοιοῦτον εἶναι, οἷον „καίτοι πηλίκον ἂν στενάξαιεν οἱ πρόγονοι. Cf. Ciceron. de invent. I, 53. πηλίκον τί ποτ'. Possit quis τί pro pronomine definito accipere, ut duae interrogationes una comprehensae sint, de quibus vid. adnotatt. ad §. 107. p. 348. ad §. 160. p. 454. s. Sed est indefinitum, quale adverbiis qualitatis vim habentibus addi solet, ut apud Platonem Menon. p. 83. E. Πειρῶ δὴ λέγειν πηλίκην τινὰ φῂς αὐτὴν εἶναι. ibid. p. 85. A. πηλίκον τί ἐστι τοῦτο τὸ χωρίον; Vid. Schaeferi adnotat. de πῶς τι; ad orat. de fals. legat. p. 416. v. 23. Τί tamen in plurimis libris, etiam ab Aristide l. c. et Gregorio Corinthio apud Walz. vol. VII. p. 1197., omissum est, quod saepe a grammaticis et librariis factum videmus. Deinde optativi formam στενάξαιεν plurimis libris, etiam libro Σ, et veteribus auctoritatibus in apparatu crit. allatis, quibus Gregorius Corinthius l. c. accedit, satis firmatam restitui. Im. Bekkerus nihil e libro Parisino enotayerat h. l.; hinc editores Turicenses alterum στενάξειαν retinuerunt. Vid. adnotat. ad §. 117. p. 369. — καταλιπόντες, quod ad unum omnes libri, etiam Gregorius Corinthius l. c., tuentur, quia in uno Σ καταλείποντες scriptum esse legerat, Funkhaenelius in commentariis literar. Darmstad. an. 1841. n. 116. p. 963. expulit, participium praesentis imperfecti loco positum putans hac interpretatione: οἱ τελευτήσαντες κατέλειπον sive οἳ ἐτελεύτησαν καὶ κατέλειπον. Miror sequutos esse editores Turicenses. Non exstat in libro Parisino καταλείποντες, sed καταλιπόντες, et si ibi exstaret, non ferrem. Quid enim oratorem movere potuerit, ut, quum variatis modis nihil commodi ad sententiam accederet, concinnitatem orationis tolleret, nullo modo intelligitur. Pariter non aptum esset, si quis apud Isocratem de pace 94. p. 178. καὶ γὰρ οἱ πρόγονοι τοιούτους αὐτοὺς παρασχόντες τήν τε πόλιν εὐδαιμονεστάτην τοῖς ἐπιγιγνομένοις παρέδοσαν καὶ τῆς αὑτῶν ἀρετῆς ἀθάνατον τὴν μνήμην κατέλιπον. invenitum in uno praeclaro libro κατέλειπον scriberet. — εἰ ἄρα αἰσθοιντο. In simili causa eadem sententia recurrit orat. c. Leptin. 87. p. 483. σκοπεῖτε δὴ καὶ λογίσασθε ἐν ὑμῖν αὐτοῖς, εἴ τινες τούτων τῶν τετελευτηκότων λάβοιεν τρόπῳ τινὶ τοῦ νυνὶ γιγνομένου πράγματος αἴσθησιν, πῶς ἂν εἰκότως ἀγανακτήσειαν; ubi auctoritate librorum bonae notae ita scribendum censeo, ut scripsi, coll. loco orat. Olynth. I. 24. p. 16. Invenitur etiam orat. de fals. legat. 66. p. 362. τίν' ἂν οἴεσθε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοὺς προγό-

Digitized by Google

§. 210 νους ὑμῶν, εἰ λάβοιεν αἴσθησιν, ψῆφον ἢ γνώμην θέσθαι περὶ τῶν αἰτίων τοῦ τούτων ὀλέθρου; orat. l. in Aphob. 69. p. 835. μέγα δ' ἂν οἶμαι στενάξαι τὸν πατέρ' ἡμῶν, εἰ αἴσθοιτο τῶν προικῶν καὶ τῶν δωρεῶν ὧν αὐτὸς τούτοις ἔδωκεν, ὑπὲρ τούτων τῆς ἐπαβελλίας τὸν αὐτοῦ υἱὸν ἐμὲ κινδυνεύοντα. Lycurg. in Leocrat. 136. p. 231. εἴ τις ἄρα ἐστὶν αἴσθησις τοῖς ἐκεῖ περὶ τῶν ἐνθάδε γιγνομένων. Add. Isocrat. Plataic. 61. p. 308. Evagor. 2. p. 189. Aeginet. 42. p. 392. Plat. Menex. p. 248. B. et Philemon apud Thomam Mag. in Euripid. vita: εἰ ταῖς ἀληθείαις, inquit, οἱ τεθνηκότες αἴσθησιν εἶχον ἄνδρες, ὥς φασί τινες, ἀπηγξάμην ἂν ὥστ' ἰδεῖν Εὐριπίδην. Vid. Bergleri adnotat. ad Aristophan. Ran. 67., Fr. Aug. Wolf. ad Demosthen. Leptin., Maetzner. ad Lycurg., Leloup. ad Isocrat. Evagor. ll. cc., qui e latinis quoque scriptoribus exempla attulit, citans praeterea Godofredum ad Cicer. Philipp. IX, 6. Add. Mureti varias lectiones I. p. 198. s. ed. Halens. Sensum in morte esse auguratur scriptor epistolae II, p. 311. C., quae Platoni adscribitur: Ὁ δὴ καὶ ἐγὼ τεκμήριον ποιοῦμαι, ὅτι ἔστι τις αἴσθησις τοῖς τεθνεῶσι τῶν ἐνθάδε. — εἰς ὑπηρέτου σχῆμα καὶ τάξιν προελήλυθε. Olynth. III. 31. p. 37. ἐν ὑπηρέτου καὶ προσθήκης μέρει γεγένησθε. Orat. de syntax. 31. p. 175. Vid. adnotat. ad §. 56. p. 234. Haec cum magna Atheniensium contumelia dicta esse iam monui. Famulorum enim partes sumere non erat hominum liberorum. Cf. adnotat. ad §. 86. p. 489. s. — Χαρίδημον; οἴμοι. Repetitio nominis et adiuncta doloris exclamatio sunt acriter excitatae indignationis. Ἀγανάκτησιν ἐμφαίνει τὰ τοιαῦτα, ait Hermogenes de ideis vol. III. p. 341., citans hunc locum et orat. in Androt. 78. p. 618. ὑμεῖς δ' εἰς τοῦτ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, προήχθητ' εὐηθείας καὶ ῥᾳθυμίας, ὥστ' οὐδὲ τοιαῦτα ἔχοντες παραδείγματα ταῦτα μιμεῖσθε, ἀλλ' Ἀνδροτίων ὑμῖν κομπείων ἐπισκευαστής, Ἀνδροτίων, ὦ γῆ καὶ θεοί. Idem hos duos locos paulo ante p. 337. refert ad σχετλιαστικὰς ἐννοίας sive σχετλιασμόν, quem rhetores dicunt, addens ibi orat. de fals. legat. 113. p. 375. αὐτὸς ὢν οἶμαι θαυμάσιος στρατιώτης, ᾧ Ζεῦ. Cf. Aristidis artem rhet. vol. IX. p. 359. Denique idem ille Hermogenes de method. vol. III. p. 413. sumsit illos locos in exemplum τῆς ἐπαναλήψεως ἐπὶ διαβολῇ, quia nomen Charidemi, quo gravior fieret oratio, iteratum sit. Neque negandum est, istum modum plus proficere ad indignationem commovendam, quam longam conquestionem de Charidemo.

Continuatio.

§. 211. Pergit comparando indignationem movere eo consilio, ut cives id ne perficiant, de quo deliberationem habebant. Ad hoc

Digitized by Google

potentissimum hoc ultimo loco id esse debuit, quod quae in simili re §. 219
apud alios populos laudabiliter facta erant, scite extulit civesque etiam aliis Graecis pelores consilio dixit. Hac arte saepenumero usus est, veluti in hac oratione 107. ss., orat. de reb. Chersones. 65. s. p. 105. s. de Rhod. libertat. 22. s. p. 196. s. c. Leptin. 81. p. 481. in Timocrat. 139. s. p. 744. aliis locis. Neque praetereundum, quod in hac comparatione populos Atheniensibus illo tempore invisos contemtosque composuit. Acerbius Isocrates orat. de pace 50. p. 169. Atheniensibus opponens barbaros reprehendit dicens: *ῥᾴον μεταδίδομεν τοῖς βουλομένοις ταύτης τῆς εὐγενείας ἢ Τριβαλλοὶ καὶ Λευκανοὶ τῆς αὐτῶν δυσγενείας.* Afferenda sunt in hanc rem Ciceronis verba de inventione I, 54. exponentis ibi, ex quibus locis indignatio tractanda sit, ubi haec extrema: „Quintusdecimus locus est, per quem dicimus, inimicis quoque et hostibus ea, quae nobis acciderint, indigna videri solere. Et indignatio his fere de locis gravissime sumetur.“ *Οὐ τοῦτ' ἐστὶ τὸ δεινὸν, εἰ —, ἀλλ' ὅτι.* In nonnullis libris, quos Reiskius sequutus est, *οὐ τοῦτο* post *τὸ δεινὸν* iteratum est. Sed non est hic locus figurae, quam epizeuxin vocant, accommodatus, uti recte animadvertit Schaeferus. Neque Gregorius Corinthius l. c. istam iterationem tuetur. Deinde Reiskius, quod post *εἰ* sequatur *ὅτι*, hanc particulam in eandem illam mutare voluit. Quam tamen particularum consequutionem recte probavit Schaeferus verbis orat. in Timocrat. 32. p. 710. De *εἰ* particula vid. adnotat. ad §. 42. p. 208. *Ὅτι*, quae, ubi post verba animi affectum significantia infertur, rem certam et nihil dubitationis habentem indicat, aperte hoc loco posita est oratorie. — *Αἰγινήτας μὲν τουτουσὶ.* Ne cogites oratorem haec dicentem, quae Schaeferi sententia est, digitum intendisse versus insulam. Indicat pronomen homines notissimos, non sine contemtu, quem vultu et voce expresserit orator. Eodem modo §. 212 et 213. *Ὠρείτας ἐκείνους.* Adde Philipp. III. 12. p. 113. *τοῖς ταλαιπώροις Ὠρείταις τουτοισὶ.* de fals. legat. 75. p. 364. *τοὺς καταράτους Εὐβοέας τουτουσὶ.* pro Megapolit. 4. p. 204. In Aeginetas, quia classe valebant eorumque insula propter propinquitatem Piraeo primis imminebat et alias ob causas Atheniensis acerbissimum odium exprompserunt variis temporibus et variis modis. Vid. Popponis in Thucydid. commentarios polit. p. 222. ss. et Winiewskii commentarios in Demosthen. orat. de coron. p. 19. — *Λάμπιν.* Citat hunc locum Minucianus *περὶ ἐπιχειρημάτων* vol. IX. p. 603. ed. Walz., ubi disputat de eo, cuius generis exempla esse debeant, *εἰ δὲ καὶ πόῤῥωθεν,* inquit, *λαμβάνοιτο, δεῖ αὐτὰ προσάγειν τῷ λόγῳ, καὶ μηδὲν ἐξ ἀδόξων λαμβάνεσθαι, ἀλλ' ἢ τὰ πρόσωπα, ἢ τὰ πράγματα, ἢ καὶ ἀμφότερα*

Digitized by Google

§. 211 ἔνδοξα εἶναι· ἀμφότερα μὲν ἔνδοξα ἐν ἐκείνῳ τῷ παραδείγματι. — ἔνδοξον δὲ τὸ πρᾶγμα μόνον τὸ „Δάμπιν Λιγινήτας κοσμήσαντα τὸ ἐμπόριον αὐτοῖς μὴ πεποιῆσθαι πολίτην, μηδὲ Μεγαρέας Ἔρμωνα τὸν κυβερνήτην· τὰ μὲν γὰρ πρόσωπα μικρὰ, τὸ δὲ ἐν τούτοις φρόνημα οὐ μικρόν. Lampis, si hic commemoratus unus est, qui orat. in Phorm. 37. p. 918. commemoratur, et puto eundem esse, sedem ac domicilium Athenis constituerat: ibi uxor eius et liberi habitabant. Ipse mercibus vehendis occupatus plerumque foris erat et pluribus locis ius inquilini acquisivisse videtur. In orat. c. Phormionem ubique eius nomen legentibus occurrit. — κατεσκεύακε. Significat *ornavit*, ut §. 207., interprete Schaefero. Ita quoque interpretatus est vocem Minucianus l. c. — μηδέπω καὶ τήμερον. id est, *nondum usque ad hunc diem*. Orat. de coron. 190. p. 292. εἰ δὲ μήτ' ἔστι μήτε ἦν μήτ' ἂν εἰπεῖν ἔχοι μηδεὶς μηδέπω καὶ τήμερον, τί τὸν σύμβουλον ἔχρῆν ποιεῖν; Isaeus de Hagniae hereditat. 19. p. 85. ἐξελέγχω δὲ τοῦτον μηδέπω καὶ τήμερον ἔχοντ' εἰπεῖν. Usitatissima est in oratione recta formula οὐδέπω καὶ τήμερον, cuius Schaeferus hoc loco et t. III. p. 392. et t. V. p. 196. multa e Demosthene exempla attulit. Vid. orat. in Mid. 81. p. 540. 91. p. 543. 157. p. 565. orat. I. c. Onetor. 33. p. 873. c. Apatur. 18. p. 898. orat. I. c. Stephan. 76. p. 1124. οὔπω καὶ τήμερον scriptum est ex optimis libris orat. c. Pantaenet. 46. p. 980. οὐδέπω καὶ νῦν invenitur orat. in Dionysiod. 8. p. 1283. ibid. 45. p. 1296. in Euerget. et Mnesib. 17. p. 1144. et οὐδέπω καὶ νυνὶ in Dionysiod. 40. p. 1294. — μόλις τῆς ἀτελείας αὐτὸν ἠξιωκέναι τῆς τοῦ μετοικίου. Hoc immunitatis genus inter cetera, quae commemorantur, veluti portorii, liturgiarum, rarissime invenitur. Praeter hunc locum Boeckhius Oecon. civit. I. p. 354. affert Marmora Oxon. XXIV, 35. ed. Chandl. Conferas etiam Westermanni comment. de publ. Atheniensium honoribus ac praemiis p. 8. Quod dicit Aeginetas ei, qui ipsos magnis beneficiis ornasset, donum tam parvi pretii vix (μόλις) concessisse, eo auget eorum moderationem et continentiam in tribuendis honoribus, id quod ab eius consilio non alienum est.

§. 212. καὶ Μεγαρέας τουτουσὶ τοὺς καταράτους. Citat hunc locum Apsines art. rhet. vol. IX. p. 518. sensum non verba exprimens, et eadem quidem de causa ac Minucianus antecedentem et hunc ipsum, sed tamen paulo aliter praecipiens. Εἰ μὲν οὖν ἀπ' ἀλλοτρίου προσώπου, ἀδόξου δὲ, λαμβάνοιτο (παράδειγμά τι), χρὴ κατ' ἐπιτίμησιν αὐτὸ εἰσάγειν· οἷον „αἰσχύνομαι νὴ τοὺς θεοὺς εἰ Μεγαρεῖς μὲν τάδε ἔπραξαν, ὑμεῖς δὲ ὄντες Ἀθηναῖοι μὴ πράξετε. Megarenses, non longo Athenis distantes, et prius et eo ipso tem-

Digitized by Google

pore, quo haec dicta sunt, invisi civibus erant. Vide Popponis com- §. 212
mentarios ad Thucydid. p. 238. s. et Winiewskii commentarios p. 299. ss. Hinc *κατάρατοι* dicti, quo eodem nomine odium in Euboeenses orat. de fals. legat. 75. p. 364. eloquutus est. Vide praeterea de Megarensibus quae dicit Wachsmuthius antiquitt. Hellenic. I. 1. p. 70. — *οὕτως εὖ τὰ παρ' αὐτοῖς σεμνύνειν.* Reiskius in indice graecitat. p. 458. *tura sua tanti facere*, neque aliter Schaeferus: *tantum pretium constituere.* Quae non satis exprimunt vim verborum. Per *οὕτως εὖ* laudatur agendi ratio illorum hominum, quam adhibebant in Lacedaemonios sua instituta colendo et magnifice efferendo. De *σεμνύνειν* vide Heindorfium ad Plat. Phaedr. p. 242. Stallbaumium ad Phileb. p. 75. — *Ἔρμωνα.* Xenophon Hellenic. I. 6, 32. *Ἔρμων δὲ Μεγαρεὺς, ὁ τῷ Καλλικρατίδᾳ συβερνῶν, εἶπε πρὸς αὐτόν.* Ibi Schneiderus Demosthenis locum respiciens: "Quomodo igitur, inquit, Megareus hic ante pugnam ad Aegospotamos dicitur? Scilicet ut civem se gesserat Megarensem, et ius civitatis denique consequi conatus est adiuvante Lysandro." Contra recte Schaeferus hoc loco: "Non se gesserat civem, sed cum civis postremo factus esset pervincentibus Spartanis, quamvis Megarenses initio repugnassent, Xenophon per anticipationem dixit *Μεγαρέα.*" Civitatem eius expresse commemorat Pausanias X, p. 819., Hermonem *ἐγγραφέντα εἰς τὴν πολιτείαν τῶν Μεγαρέων* cum Abante haruspice Lysandri dicens. Cf. Sieversii commentatt. historic. de Xenophontis Hellenic. p. 38. et p. 90. n. 226. — *τριήρεις διακοσίας.* Centum et octoginta numero navium classem, quae ad Aegos flumen stetit, commemorat Xenophon Hellenic. II, 1, 20., consentiente Diodoro Sicul. XIII, 105. Ex his navibus novem, referentibus Xenophonte §. 28. et Plutarcho vit. Lysand. 11., decem secundum Diodorum Sicul. 106. et Pausaniam III, 11. manum Lysandri effugerunt. Vid. Schneideri not. ad Hellenic. l. c. et Wesselingii ad Diodor. Sicul. l. c. Orator ponit numerum rotundum, neque id sine consilio. Intererat enim eius, id quod facere solent oratores, Hermonis opera captarum navium numerum augeri. Vid. interpretes ad orat. de symmor. 29 p. 186. Weiskius de hyperbole II. p. 24. — *ἐν Αἰγὸς ποταμοῖς.* Hoc factum est Olympiad. XCIII, an. 4., 404. ant. Chr. Vid. Weissenbornii Hellen. p. 201. De clade accepta et belli malis non raro utuntur vv. *ἀνυχεῖν* et *ἀτύχημα.* Vid. §. 200. orat. c. Leptin. 43. p. 470. ib. 53. p. 472. de fals. legat. 171. p. 394. — *κελευόντων.* Talia Lacedaemonii iniuste atque superbe imperantes postulabant a sociis, ad quos Megarenses pertinebant. Cf. Xenophont. Hellenic. I, 1, 36. — *τότε αὐτοὶ Μεγαρέα ποιήσονται.* Post *τότε* aliquot libri addunt *καὶ*, sed quum valde langueat eoque

Digitized by Google

§. 212 omisso, ut par est, oratio multo gravior sit, id cum recentioribus editoribus omisi. Quamquam in libro Σ ante αὐτοὶ superscriptum est, quod Im. Bekkerus non indicavit. Idem etiam orat. pro Megapolit. 17. p. 206. ante αὐτοὶ in libris bonae notae sine necessitate illatum est: ἵν' ἐπειδὰν ἴωσιν ἐπὶ Μεσσήνην αὐτοὶ, συστρατεύωνται πάντες αὐτοῖς καὶ βοηθῶσι προθύμως.

§. 213. Ὡρείτας ἐκείνους. Exorsus est, ac si accusativum aptum ab οὐκ αἰσχρὸν §. 211. infinitivus ἠξιωκέναι excepturus esset, quem revera Marklandus et Taylor inferri in orationem voluerunt. Anacoluthi genus est, quod non modo molesti nihil habet, sed quum ex re ipsa natum sit et liberiorem reddat orationem, simplicitate sua ac concinnitate multum suavitatis affert. Nam dum accusativum orator initio periodi posit, obliquam orationem, ut antea, continuaturus erat, tum autem interiectis compluribus membris, inceptam relinquit, mente se statim applicans ad ea, quae oratione recta sequuntur. Conferas quae a Schaefero ad h. l. dicta sunt, Reiskio rem non plane expediente. Ut e multis unum saltem exemplum addam, vide Xenophontis Anabas. V, 6, 19. Κατανοῆτε δὲ, οὓς ὑμετέρους φατὲ εἶναι, εἴ τι αὐτῶν εἰλήφαμεν, αὐτοὶ αἴτιοί εἰσιν. ubi Krueger. et Bornemann.; quod quidem si cum nostro non plane convenit, tamen non diversum est. Enimvero in anacoluthis esse raram singularum partium consensionem, cum per se patet tum ex iis, quae Matthiaeus gramm. p. 427. n. 3. congessit. — μέρος τέταρτον Εὐβοίας οἰκοῦντας. Reliquae tres partes erant Chalcis, Eretria, Carystus. Scylax Euboeam appellat τετράπολιν. Αὕτη τετράπολις: Εἰσὶ δὲ ἐν αὐτῇ Κάρυστος, Ἐρετρία καὶ λιμὴν, Χαλκὶς καὶ λιμὴν, Ἑστιαία καὶ λιμήν. Oreus prius Hestiaea dicebatur, in extrema insulae parte septentrionali sita. Cf. Strabo X. p. 685. scholiastes Thucydid. I, 114. et Morus ad Isocrat. Panegyr. §. 108, 9. — πλείω τῶν ἀναγκαίων αὐτὸν ἐξετάζεσθαι. *accuratius quam res, quae agitur, flagitat, in eum inquiri.* Nulla est silentii necessitas, quasi pudore imposita oratori, sed per quandam suspicionem id, quod ipse non dicit, accipi vult ab auditoribus; qui tegendi modus magis pungit, quam si relatio generis libera esset et aperta. Tiberius de figuris vol. VIII. p. 536. Ἀποσιώπησις δέ ἐστιν, inquit, ὅταν μέλλων λέγειν πρᾶγμα αὐτὸ μὲν ἀποσιωπήσῃ, τὴν δὲ ὑπόνοιαν αὐτοῦ καταλίπῃ. allato hoc Aristocrateae loco ita pergens: Οὐδὲν γὰρ ἂν εἶπε τοσοῦτον οἷον τῇ ὑπονοίᾳ παρέδωκεν. Cf. Alexander de figuris vol. VIII. p. 450. auctor ad Herennium IV, 54. Alia apud Demosthenem huius figurae exempla haec sunt: orat. in Timocrat. 202. p. 763. καὶ βουληθέντι λαβεῖν τὴν ἀδελφὴν (ἐξ οὗ δὲ πρόσχον, παραλείψω) λαβὼν ἀργύριον δέδωκεν. c. Boeot. de dote

Digitized by Google

8. p. 1010. τῇ δὲ τούτων μητρὶ Πλαγγόνι ἐπλησίασεν ὁντινα δή ποτ' §. 213
οὖν τρόπον; orat. l. in Stephan. 3. p. 1102. ὃν δὲ τρόπον, οὐκ ἴσως καλὸν νῦν περὶ μητρὸς ἀκριβῶς εἰπεῖν. Add. orat. l. in Aristogit. 55. p. 787. — τὸ ἥμισυ τοῦ γένους αὐτοῦ συμβαλλομένου. Id est, *ipso conferente dimidiam generis partem, parte tamen altera eum non dignati sunt.* Etenim non est dubium, quin Orei eadem civitatis ratio fuerit, quae alibi. In plurimis enim Graecorum civitatibus is natura civis erat, quem ab utroque parente civibus natum esse constabat: qui patrem tantum aut matrem civem habebant, νόθοι dicebantur vel ξένοι. Vid. Aristotel. polit. III, 1. p. 75. ed. Goettling., Meierus de bonis damnat. p. 63. ss. Platneri symbol. p. 206. ss. C. Fr. Hermanni antiquitt. publ. §. 118. Itaque Charidemum, cuius pater peregrinus esset, natura civis non factus est matre cive, et si fieri vellet civis, id quod a patre ei deerat ad civitatem, populus addere debebat donatione. At Schaeferus non probavit receptam scripturam, praeferens quod in tribus libris Bekkeri exstat, αὐτῷ συμβαλλομένου, cuius sententia haec sit: *cum genus (prosapia) dimidiam civitatis partem ei impertiatur*, h. e. *cum μητρόθεν civis dici haberique possit.* Scilicet ad τὸ ἥμισυ intelligendum censet τῆς πολιτείας. Sed primum durum est suppleri τ. πολιτείας ad τὸ ἥμισυ, deinde dici nequit, genus maternum ei dimidiam civitatis partem impertiri, quia, etiamsi ab alterutro parente cive natus esset, ipse tamen ne partem quidem civitatis, nedum dimidiam, acciperet. Id ipsum Schaeferus quoque sensit, quum sic explicat: *cum μητρόθεν civis dici haberique possit.* Auctor illius scripturae offensus catachresi, quam dicunt, genitivorum absolutorum, quum vulgaris syntaxis postulet αὐτὸν συμβαλλόμενον, voluit sua mutatione concinniorem reddere orationem. Haesit quoque Reiskius scribens συμβαλλόμενοι. Sed de illa optimis scriptoribus probata structura vid. Matthiael gram. §. 561. Schaeferi adnotat. ad orat. de coron. p. 272. 11. Rectius haud dubie, ut hoc addam, scripsissem cum libro Σ συμβαλομένου, uti ab editoribus Turicensibus scriptum est. — εἰς τοὺς νόθους ἐκεῖ συντελεῖ. Eadem vi paulo post et Plutarch. vit. Themistocl. 1. dictum est συντελεῖν εἰς Κυνόσαργες, id est, *annumerari, censeri inter liberos spurios, illegitimos.* Vid. Sintenisii adnotat. ad Plutarch. l. c. Alibi dicitur τελεῖν εἰς ἄνδρας, ut apud Platon. de legg. XI. p. 924. B. et τελεῖν εἰς τοὺς ἐκπεῖς.

§. 214. εἰς Κυνόσαργες. De hoc gymnasio, Hercali sacro, vid. Pausaniam I, 19, 3., Photium s. v. Ibi soli se exercebant liberi illegitimi usque ad Themistoclis tempora, qui iuvenis alterutro parente cive natus alios genere pares et legitimos eo trahebat, ut in iisdem

Digitized by Google

§. 14 atque ipse exercitationibus esset. *Τούτου γενομένου*, ait Plutarchus l. c., *δεινὸ πανούργως τὸν τῶν νόθων καὶ γνησίων διορισμὸν ἀνελεῖν*. Hinc explicandum est *ποτὲ*, quo orator utitur. Quamquam de hoc Themistoclis facto ab hominibus quibusdam doctis dubitatum est. Ceterum de huius loci nomine et situ Hesychius s. v., Livius XXXI, 24., Diogenes Laert. VI, 13. et inter recentiores Ottfr. Muellerus ad Leakii topograph. p. 460. et Volk. Fritschius comment. de Daetalens. Aristophan. p. 27. disputarunt. — *πάσης τῆς πόλεως*. id est, quae tota urbs amplectitur, *τῶν νομίμων, τῶν ἱερῶν καὶ τῶν ὁσίων* particeps factus est civitatem Atheniensium nactus. Haec bene opposita sunt *τῷ ἡμίσει τοῦ γένους*, ut conspicuum fieret, quam insigniter Athenienses prae Oritis eminerent liberalitate. *Πολιτείας* de coniectura pro *πόλεως* Schaeferus proposuit, ut quae eodem compendio scripta nonnunquam inter se commutata essent. Quin illud stare possit, non est dubium; sed eo scripto non tam severum esse oppositum neminem latet. — *τοῦτ'*. id est, quod Aristocratis psephisma postulat, Charidemi securitatem atque vitae tutelam. — *ὅτι τί;* sc. *προσθήσετε*. Plat. de rep. l. p. 343. A. v. p. 449. B. Lucian. Charon. 6. Catapl. 13. Fugitiv. 32. Demosthen. Encom. 22. De hac elliptica dicendi forma Godofr. Hermannus ad Aristophanis Nub. V. p. 754. ita: „Recte vero dicitur *ὁτιὴ τί δή*, ut *ὁτιὴ τί* v. 783. et *ὅτι τί δὴ* in Plut. 136. more usitato Graecis, quo partem eorum, quae alterum dicere volunt, anticipant, adiuncta interrogatione, quasi dicas *quia — quid*." Similia Schaeferus ad h. l. praecipiens haec addit: "responsionem interrogationi non ubique ita exaequari, ut exactissima ambarum conspiratio oriatur. Velut h. l. oratorem non pergere ut posset: *ὅτι ἔλαβε ναῦς —; ἢ ὅτι πόλιν —; ἢ ὅτι κινδύνους —; ἢ ὅτι ἐχθροὺς —*; Cf. Lobeckius ad Sophocl. Aiac. v. 77. Aliter formulam Godofr. Hermanns ad Viger. p. 849. interpretatus est. — *ποίας ἔλαβε ναῦς ἡμῖν* usque ad *ῥῆται;* Sententiam, Charidemum in nulla re utilem fuisse civitati, per partes dissolvens diverse enuntiavit idque sub finem expositionis gravissime. Dicunt hanc figuram dicendi magistri *μεταβολὴν*, hoc est secundum Caecilium apud Quinctilian. institut. orator. IX, 3, 38. *rerum coniunctam diversitatem*, cuius insigne exemplum ex orat. de coron. 311. p. 329. Alexander de figur. vol. VIII. p. 474. et Tiberius de figur. ibid. p. 566. laudarunt. Adde orat. de fals. legat. 282. p. 432. ubi orator interrogat, quae Aeschinis eiusque patris et propinquorum de republica merita fuerint: *ποῖος γὰρ ζῆλος, ποία τριήρης, ποία στρατεία, τίς χόρος, τίς λειτουργία, τίς εἰσφορά, τίς εὔνοια, ποῖος κίνδυνος, τί τούτων ἁπάντων ἐν παντὶ τῷ χρόνῳ γέγονε παρὰ τούτων τῇ πόλει;* et Dinarch. orat. in De-

Digitized by Google

mosth. 96. p. 102. In huius generis interrogationibus animadvertas §. 214
pronomina ποῖος et τίς invicem se excipere solere, ut nulla causa sit, cur Schaeferus orat. de fals. legat. p. 448. v. 17. τίς pro ποῖος scribi maluerit. Cf. ibid. 342. p. 451. in Mid. 41. p. 527. ποία γὰρ πρόφασις, τίς ἀνθρωπίνη καὶ μετρία σκῆψις φανεῖται —; Idem fit in obliquis interrogationibus, cuius generis exempla Fr. Frankius in specim. nov. edition. Aeschinis p. 27. expromsit. Denique non praeteream silentio, qua de causa non consentiens cum editoribus omnibus ἡμῖν praetulerim sequentibus ὑμῶν et ἡμῖν. Obtemperavi primum optimis libris aliisque, deinde esse aliquid in eo momenti vidi, quod orans unus e trierarchis fuit, cui rem commemoratam curae fuisse putem, ut se ipsum comprehenderet inter cives, quibus Charidemus naves non cepisset. — τίνας ἐχθροὺς τοὺς αὐτοὺς ὑμῖν ἥξεται; Hoc si fecisset Charidemus, fidem singularem Atheniensibus praebuisset. Thucyd. I, 35. οἵ τε αὐτοὶ πολέμιοι ἡμῖν ἦσαν (ὅπερ σαφεστάτη πίστις) καὶ οὗτοι οὐκ ἀσθενεῖς. Pars formulae illius est, qua societatem mutuam inire solebant. Thucyd. III, 70. τοὺς αὐτοὺς Ἀθηναίοις φίλους τε καὶ ἐχθροὺς νομίζειν. Xenoph. Hellenic. V, 3, 26. τὸν αὐτὸν μὲν ἐχθρὸν καὶ φίλον Λακεδαιμονίοις νομίζειν. Cf. Plat. de legg. p. 955. B. Xenoph. Hellenic. II, 2, 20. Anabas. II, 5, 39. Thucyd. III, 75. — οὐδεὶς ἂν εἰπεῖν ἔχοι. Schaeferus commendavit scripturam οὐδ' ἂν εἷς εἰπεῖν utpote gravitate sua praestantem, allata orat. in Timocr. 5. p. 701. οὐδ' ἂν ἕνα εἰπεῖν οἶμαι. cui alterum addo ex orat. de coron. 68. p. 247. οὐδ' ἂν εἷς ταῦτα φήσειεν. Attamen non est duobus illis libris, qui istam scripturam repraesentant, obtemperandum, quippe qui principes stat inter eos, qui locos Demosthenis ad similitudinem aliorum eius refinxerunt. Oppone alium locum, si non e Demosthene sumtum, at nostri simillimum certe, ex Dinarcho in Demosthenem l. c., ubi, postquam ille pariter atque hic orator de Charidemo, de Demosthenis in rempublicam meritis interrogavit, ita respondet: οὐδεὶς ἂν οὐδαμοῦ δείξειεν.

Conclusio.

§. 215—220.

Sequitur nunc conclusio, quaque parte orationis, ut exposita es §. 18. in partitione, sic ordine transacta atque omnibus, quae ad causam pertinebant, absolutis satisque explicatis. Haec conclusio, qui ἐπίλογος graece, latine *peroratio* dicitur, a ratione sua et munere appellata est etiam ἀνακεφαλαίωσις et more usitato veteribus ἐπάνοδος. Vid. Aristotel. art. rhet. III, 19. Hermogen. de method. vol.

Digitized by Google

§. 214 Hl. p. 416. Quinctilian. institut. orator. VI, 1. Nam etsi eam Aristoteles quatuor partibus constare dicit, Apsines autem aliique graeci dicendi magistri atque Cicero, tripartitam fecerunt, quum ille in art. rhet. vol. IX. p. 531. *ἀνάμνησιν τῶν εἰρημένων, ἔλεον* et *δείνωσιν* et hic libr. I. de invent. 52. enumerationem, indignationem, conquestionem ei assignarint, quibuscum auctor ad Herenn. III, 30. consentit, tamen praecipua eius ratio in affectibus et in rebus summatim repetendis posita est. Ad hanc normam si spectamus quomodo Demosthenes in hac oratione peroraverit, animadvertimus, tractatione affectuum, quantum rei conveniebat, antea absoluta, ut Ulpianus in scholiis ad h. orat. idcirco a verbis §. 210. *καίτοι πηλίκον τί που ἂν στενάξαιεν οἱ ἄνδρες ἐκεῖνοι κ. τ. λ.* conclusionem orationis incipere vellet, nihil oratori ad extremum restitisse, nisi ut ea, quae ante dicta fuerunt, per capita repeteret de iisque auditorum memoriam redintegraret. Vid. Gregorius Corinth. *εἰς τὸ περὶ μεθ. δεινότ.* vol. VII. p. 1225. Verum non omnia repetiit, sed tantum ea in unum congessit et ante oculos posuit, quae primo orationis capite de violatis legibus fusius et copiosius exposuerat, idque peropportune fecit causae suae, eam ingressus rationem, quam praescripserunt rhetores, esse *τὸν ἐπίλογον τῶν καιρίων πραγμάτων ἀνακεφαλαίωσιν*. Vide prolegomen. ad Hermogen. art. rhet. vol. IV. p. 13. ed. Walz. et Georg. Plethonis compend. rhetor. VI. p. 559. s. Mentes enim et cogitationes auditorum longa Charidemi expositio averterat ab illa causae parte, quae in oratione firmissima est, ideoque gravissima eius momenta in memoriam revocarentur et gravius imprimerentur necesse erat. In quam rem nominatim rhetores attenderunt hunc ipsum locum ad exemplum exponentes, veluti Maximus Planudes in scholiis *εἰς στάσεις* apud Walz. vol. V. p. 286. *ἔτι καὶ τοῦτο*, inquit, *ἰστέον, ὡς ἂν μὴ ἐκ πάντων τῶν ἐν τοῖς ἀγῶσι ῥηθέντων ἰσχύωμεν, ἀλλ' ἐνὸς μόνου, τούτῳ συνεχῶς πλεονάσωμεν, ὡς ὁ Δημοσθένης ἐν μὲν τῷ κατὰ Ἀριστοκράτους, ἐπειδὴ τῷ νόμῳ ἴσχυεν, ἐξ αὐτοῦ μάλιστα τὴν ἀνακεφαλαίωσιν ἐποιήσατο*. Anonymi schol. *εἰς στάσεις* vol. IV. p. 415. et vol. VII. p. 337. Cf. Ciceron. de orat. II, 77, 314. Repetit autem breviter summa tantum legum capita perstringens; quippe convenit conclusioni brevitas, ut Quinctilianus l. c. docet; et quoties id fecit, eadem deinceps brevitate oppugnit, in quibus contra singulas leges peccarit Aristocrates. Ita, quum *ἀνακεφαλαίωσις* e praecepto Aristotelis duobus modis fiat aut per adversam collationem aut per ordinem naturae, habemus hoc loco alterum illius modum, quo singula legum momenta singulis psephismatis adversarii conferuntur. Sed quamvis repetita et collata brevia sint, valent tamen turba eorumque

Digitized by Google

vim praeterea oratio per incisa et membra decurrens adiuvat, non §. 214
comprehensione et circuitu verborum impedita, quo dicendi genere auditori nulla ex magnis occupationibus animi relaxatio daretur. Rursus de hac re rhetores bene praeceperunt, breviter Aristoteles l. c. quum ad extremum dicit: τελευτὴ δὲ τῆς λέξεως ἀρμόττει ἡ ἀσύνδετος, ὅπως ἐπίλογος, ἀλλὰ μὴ λόγος ᾖ., copiosius inprimis anonymus in scholiis εἰς στάσεις vol. VII. p. 345., ubi haec: χρώμεθα ἐν τοῖς ἐπιλόγοις ὑφειμένῃ καὶ πρὸς τὸ λελυμένον ὁράσῃ μᾶλλον. τηνικαῦτα δ' οὖν καὶ τοῖς κομματικοῖς καταχρώμεθα, οὐκ ἀποτείνοντες τοὺς λόγους, ἀλλὰ διὰ τῶν κομμάτων τὸν ἀκροάτην ἀναπαύοντες. et quae sequuntur, similiter anonymus in scholiis εἰς στάσεις vol. IV. p. 422. Cum his comparandus est Quinctilianus institutt. orat. XI, 3, 170. dicens: „Epilogus, si enumerationem rerum habet, desiderat quandam concisorum continuationem." Sed haec hactenus.

§. 215. Περὶ δὴ τῶν νόμων ὧν παραγεγράμμεθα κ. τ. λ. Similiter orat. in Androt. 34. p. 604. καὶ περὶ μὲν τῶν νόμων οὓς παρεγραψάμεθα, οἶμαι δεῖν ὑμᾶς, ἂν τι φενακίζειν ἐγχειρῇ καὶ παράγειν οὗτος, ταῦθ' ὑπολαμβάνειν ἃ διεξελήλυθα ἐγώ. De particula δὴ et quae eius loco in nonnullis libris data est scriptura δὲ δὴ vid. dicta ad §. 102. p. 337. Deinde, quod hoc loco ὧν παραγεγράμμεθα et in Androtiana οὓς παρεγραψάμεθα scriptum est, inde apparet, attractionem in altero loco neglectam esse, quod liberius dicendi genus etiam apud Atticos latius patet, quam vulgo putatur. Orat. c. Phaenipp. 17. p. 1044. καὶ κατηγορεῖ τοῦ ὅρκου, ὃν ὤμοσα πρὸ τῆς ἀποφάσεως. Isocrat. Archidam. 21. p. 120. ἐμμένετε ταῖς συνθήκαις καὶ τοῖς ὅρκοις, οὓς ἐποιήσασθε πρὸς τοὺς προγόνους τοὺς ἡμετέρους. Aiginetic. 1. p. 384. ἐναντία πράξαντα ταῖς διαθήκαις, ἃς ἐκεῖνος κατέλιπεν. coll. Lysiae orat. in Philon. 2. p. 187. τοῖς ὅρκοις οἷς ὤμοσα ἐμμένειν ἀξιῶν. Add. Isocrat. Panegyric. 54. p. 51. Γνοίη δ' ἄν τις καὶ τὸν τρόπον καὶ τὴν ῥώμην τῆς πόλεως ἐκ τῶν ἱκετειῶν, ἃς ἤδη τινὲς ἡμῖν ἐποιήσαντο. c. Euthyn. 8. p. 401. τούτοις ἐγκαλοῦσιν, οὓς ἂν μήτ' αἰσχύνωνται μήτε δεδίωσι. Contrariam sententiam Bernhardyus syntax. p. 301. aliique grammatici amplexi sunt. — μικρὰ πρὸς ὑμᾶς εἰπὼν καταβαίνειν. sc. ἀπὸ τοῦ βήματος, ut plene dictum est orat. de fals. legat. 113. p. 375. His verbis indicat se mox finem dicendi facturum. Orat. de Chersones. 76. p. 108. Ἐν κεφαλαίῳ δ' ἃ λέγω φράσας καταβῆναι βούλομαι. de fals. legat. 82. p. 351. c. Leptin. 154. p. 503. ἐγὼ δ' ἔτι μικρὰ πρὸς ὑμᾶς εἰπὼν καταβήσομαι. ubi vid. not. Fr. Aug. Wolfii, in Mid. 184. p. 574. in Theocrin. 57. p. 1340. Lycurg. in Leocrat. 146. p. 168. ubi plura Maetznerus suppeditabit. — ἃ νομίζω μνημονεύοντας ἂν ὑμᾶς ἄμεινον φυλάττειν.

Digitized by Google

§. 215. Ἂν particula, quae in pluribus et optimis libris non exstat, aut negligenti librario, quem alii sequuti sunt, excidit propter ultimam syllabam v. μνημονεύοντας aut de industria omissa est ab iis, qui modestiam eius et urbanitatem non percepissent; ut libri eam, inprimis Σ, etiam ubi stare oportet, saepenumero omiserunt. Totum Schaeferus illustravit sic resolvens: νομίζω ἄμεινον ἂν εἶναι εἰ μνημονεύοντες φυλάττοιτε. Deinde multo minus ὑμᾶς unius Σ auctoritate deesse debet. Id tamen cum particula ἂν Funkhaenelius in commentariis literar. Darmstad. an. 1841. nr. 116. p. 963. et editores Turicenses omiserunt. Etsi omissio pronominis personalis, id quod Funkhaenelius urget ad observationes criticas in Philippic. III. p. 6., quas edidit, nos ablegans, tamen non ubique, ubi per libros licet, ferenda est, et minime hoc loco. Tum enim participium μνημονεύοντας sic nude positum intelligendum esset universe dictum et tamen significatio secundae personae hoc loco magis necessaria est quam in antecedentibus verbis βούλομαι μικρὰ πρὸς ὑμᾶς εἰπὼν καταβαίνειν. Offensus est haud dubie librarius in pronomine ter deinceps collocato. Ceterum sicut h. l. et paulo post et rursus §. 219. φυλάττειν et μεμνῆσθαι coniuncta sunt, ita etiam orat. c. Leptin. 168. p. 507., ubi item in peroratione auditores, quod faciant, admonentur. — παράγειν καὶ φενακίζειν. Vid. adnotat. ad §. 95. p. 322. s. Eodem modo ἐξαπατᾶν et φενακίζειν iuncta sunt orat. de fals. legat. 29. p. 350. et 220. p. 409. — ὁ πρῶτος νόμος. Vid. §. 22. ss. ibique adnotatt. — ἄν τις ἀποκτείνῃ. Recte τινά, quod plures boni libri post ἀποκτείνῃ exhibent, cum Σ aliisque a novissimis editoribus omnibus omissum est, ut deest in ipsa lege. Vid. §. 22. 30. 50. 53. Quamquam §. 26. scriptum est: ἄν τις ἀποκτείνῃ τινά, τὴν βουλὴν δικάζειν ἔγραψε.

§. 216. ὁ δεύτερος νόμος. Vid. §. 28. ss. ibique adnotatt. — ὁ δ' ἐν τῷ ποιεῖν ἀγώγιμον πάντα ταῦτα δέδωκεν. Cf. §. 35. καὶ μὴν ἔν γε τῷ ποιεῖν ἀγώγιμον πάνθ', ὅσα ἀπείρηκεν ὁ νόμος, δέδωκας. — ἀπάγειν ὁ νόμος ὡς τοὺς θεσμοθέτας κελεύει. Etiam haec ad secundam legem pertinent. Vid. §. 31. Et tertia et quarta et quinta, si eas orator hic revera attigit, in hac expositione contineri videntur, quod quidem ex oppositione κἂν τῆς ἀλλοτρίας που λάβῃ apparere puto. — τῷ τὴν αἰτίαν ἐπενεγκόντι. id est, accusatori. Orat. c. Aphob. 28. p. 851. c. Apatur. 22. p. 899. c. Eubulid. 33. p. 1308. in Neaer. 9. p. 1348. Epistol. II. p. 1471. 3. Ita quoque αἰτίαν ἐπάγειν τινὶ orat. de coron. 141. et 143. p. 275. Scripturam editionum veterum τὴν αἰτίαν ἐνεγκόντι, reum criminis significantem, recte dicit Reiskius ab hoc loco alienam.

Digitized by Google

§. 217. *κἂν τῆς ἀλλοτρίας που λάβῃ.* Ad genitivum explicandum in nonnullis libris *ἐπὶ* ante *τῆς* sine causa adiectum est. Pendet ille ex adverbio loci, ut Xenoph. Cyrop. VI, 1, 42. *ἐμβαλεῖν που τῆς ἐκείνων χώρας.* Homer. Il. XIII, 191. *οὔπη χροὸς εἶσατο.* ubi Passovius in lexic. s. v. *εἶμι* genitivum coniungere cum *εἶσατο* non debebat. Schaeferus citavit Homeri Odyss. IV, 639. *ἀλλά που αὐτοῦ ἀγρῶν.* et Euripid. Hecub. 1267. ed. Pors. *νήσων ἐρήμων αὐτὸν ἐμβαλεῖτέ που.* — *ἔστιν ἐφ' οἷς ἀδικήμασι.* id est, *ἐπί τισιν ἀδικήμασι.* Notandam dicit Schaeferus constructionem pro *ἔστιν ἀδικήματα ἐφ' οἷς.* Lex, cuius summam hic repetit orator, sexta est §. 53. exposita; haud dubie comprehendit etiam septimam §. 60., quod illud *ἐν τοῖς νόμοις* indicat. — *ὑπειπὼν.* Vid. adnotat. ad §. 53. p. 227. s. — *δίκας αἰτεῖν.* id est, ab iis, qui receperunt occisorem. — *δίδωσιν ἔκδοτον.* De hac dictione vid. adnotat. ad §. 85. p. 304. — *οὐδεμίαν κρίσιν οὔτ' αὐτὸς εἰπὼν οὔτε, παρ' ὧν ἀξιοῖ λαβεῖν, αἰτήσας.* Haec Schaeferus sic interpretatus est: "tametsi causae iudicationem neque ipse iussit neque eos quos vult reum tradere poposcit." Non aliter Reiskius et Jurinus, nisi quod hic ante *ἀξιοῖ* e coniectura interposuit *ἔκδοτον*, cuius loco in nonnullis libris *αὐτὸς* scriptum est. Ad *αἰτήσας* recte intelligendum pleniorem sic reddas orationem: *οὔτε αἰτήσας τὸν δράσαντα ἐκείνους, παρ' ὧν ἀξιοῖ λαβεῖν.* Sub *ἐκείνους* intelligendi sunt ii, ad quos fugit occisor. Hier. Wolfius *αἰτήσας* interpretando *ἐπειδὰν αἰτήσῃ ἢ μετὰ τὸ αἰτῆσαι* a vero prorsus aberravit. Ceterum his verbis et proximis praeparavit ea, quae statim de lege *τοῦ ἀνδροληψίου* adiungit. — *ἔκσπονδον ποιεῖ.* Verbum *ποιεῖ*, quod Funkhaenelius in commentariis literar. Darmstad. an. 1841. no. 116. p. 963., quia in *Σ* a prima manu omissum sit, ab ipso oratore non profectum putat omiseruntque editores Turicenses, mihi in ceterorum librorum dissensu omittendum esse minime probabile visum est. Displicet etiam *τὸ* ante *ἀνδροληψίου* ab iisdem hominibus doctis eadem de causa omissum. Utrumque et *ποιεῖ* et *τὸ* in *Σ* superscriptum est ita, ut si quis scribendo lapsus mendum scriptionis ipse correxerit. Neque iam idcirco posse *τὸ* ante *ἀνδροληψίου* deesse puto, quia articulus in ipsa lege §. 82. et in explicatione eius ubique collocatus est, ut §. 83. *τὸ ἀνδροληψιόν φησιν εἶναι μέχρι τριῶν.*

§. 218. *τὸ ἀνδροληψιον παρ' οἷς ἂν ὁ δράσας ᾖ.* Est haec nona lex, de qua §. 82. ss. ibique adnotata. Scripturam libri *Σ παρ' ὧν*, non commendatam ulla alia auctoritate, nisi quod in uno praeterea libro *παρ' ὧν εἰς* vitiose scriptum est, tuetur Funkhaenelius l. c. adhibita lege attractionis, ut, quia in verbis *ἀνδροληψιον παρὰ τινῶν εἶναι* vis motus insit, *παρ' ὧν* pro *παρὰ τούτων, παρ' οἷς* dictum

Digitized by Google

§. 218 putet. Est haec, si qua interpretatio, unice vera, si modo recta esset illa scriptura. Equidem non censeo ita scripsisse oratorem; scripsisset firma et stabili dicendi forma utens aliter ac supra §. 84. *ὁ μὲν νόμος, ἂν μήτε δίκας ὑπόσχωσι παρ' οἷς ἂν τὸ πάθος γένηται μήτε τοὺς δεδρακότας ἐκδιδῶσι, κελεύει κατὰ τούτων εἶναι μέχρι τριῶν τὸ ἀνδρολήψιον.* quod mihi non probabile est. Quare *παρ' ὧν* ex mea quidem sententia convenienter antegressis *παρ' ὧν ἀξιοῖ λαβεῖν* effictum a librario huc irrepsit. Sequuti sunt tamen editores Turicenses. — *ἂν ἀφέληταί τις τὸν ἄγοντα. si quis occisorem eripiat e manu abducentis.* Tayloris sententiam pro *τὸν ἄγοντα* proponentis *τὸν ἀχθέντα*, merito improbarunt Reiskius et Schaeferus, qui ad *ἀφέληται* alterum accusativum *αὐτὸν* sive *τὸν δράσαντα* intellexerunt. — *οὐ ἐᾷ νόμον.* Vid. §. 86. ibique adnotata. Post *οὐκ ἐᾷ* vocabulum *ὁ νόμος*, ab Im. Bekkero uncis inclusum, miro omnium librorum mss. consensu omisi. Idem fecerunt editores Turicenses. Eius absentia quidem nulla existit obscuritas: nam *ὁ νόμος*, quod in his enuntiatis subiectum est, cogitatione repetendum esse vix est quod moneatur. Non tamen nego, si adesset (facile autem propter *νόμον* excidere potuit), mihi magis placiturum, ut placuit Taylori, Reiskio, Dindorfio, solam tamen veterum editionum auctoritatem sequentibus. Fortasse aliquid ad omissionem istam defendendam facit locus orat. in Timocr. 59. p. 719. *Οὐκ ἐᾷ νόμον ἀλλ' ἢ τὸν αὐτὸν τεθέναι κατὰ τῶν πολιτῶν πάντων, καλῶς καὶ δημοτικῶς λέγων. — οὐκ ἐᾷ ψήφισμα ὁ νόμος.* De hac lege vid. §. 87. ibique adnotata. — *ὁ δ' ὑπαρχόντων τοσούτων νόμων ψήφισμα ποιεῖ κύριον τοὺς νόμους ἀναιρῶν.* Optime Schaeferus ita: *sed hic, tot cum leges sint, tollens leges facit, ut psephisma valeat.* Sic interpretatur ille Reiskii causa, qui aut *κυριώτερον* aut *ἀναιροῦν* scribi maluit et *ἀναιροῦν* dedit, ut ad *ψήφισμα* redeat. Neque probare possum, quod Funkhaenelius, quamvis assentientibus editoribus Turicensibus, *τοσούτων* omisit ita dicens: "Abest *τοσούτων* a Paris. I. August. I. Σκrs, recte, opinor. Nam quot leges sint addere non attinet: repetit orator sententiam verbis *ἀναιρῶν τοὺς νόμους.*" Sed cur non attinet dicere, postquam repetiit neglectas ab Aristocrate leges, eum tot legibus suo psephismate vim et auctoritatem subtraxisse, praecipue hoc loco, ubi statim adhortatio iudicum sequitur? Ut alia non commemorem, quae omitti v. *τοσούτων* non sinunt, non cogitavit Funkhaenelius, oratorem his verbis breviter repetere summam eorum, quae supra §. 87. pluribus exposuit: *ὃς γὰρ ὑπαρχόντων τοσούτων νόμων πάντας ὑπερβὰς τούτους γέγραφε καὶ κατέλιπεν ἴδιον πρᾶγμα ψηφίσματι, τοῦτον τί τις ἄλλο ποιεῖν φήσει πλὴν ψήφισμα νόμου κυριώτερον ἀξιοῦν εἶναι;* Nam

Digitized by Google

ibi quoque τοσούτων omittendum est? Esset certe ex Funkhaenelii §. 219
sententia eadem omittendi causa atque hic, fortasse etiam major. Non tamen omisit orator; omnes libri tacent. Sed quid librarios ad omissionem istam impulerit? Opinari tantum licet, et mea quidem opinio est, unum et alterum, quem reliqui sequuti sunt, incommodam habuisse istam vocem, quia repetitionem in antecedentibus non multarum legum, sed singularum tantum factam esse putarunt.

§. 219. καὶ τὰς μὲν παραγωγὰς ἃς οὗτοι ποιήσονται. Redit in adhortatione ad id, quod supra §. 213. dixit: ἂν παράγειν καὶ φενακίζειν οὗτοι ζητῶσιν ὑμᾶς. Οὗτοι sunt Aristocrates eiusque adiutores. — κελεύετε δὲ δεῖξαι. Componit nunc singula efferens in unum, quae si Aristocrates psephisma suum ratum esse vellet, observare debuisset. — ποῦ γέγραφεν — κατὰ τούτου τὰς τιμωρίας. Additum post τιμωρίας in pluribus libris εἶναι delevi secundum Σ aliosque, assentientibus Funkhaenelio in observatt. critic. in Philippic. III. p. 11. et editoribus Turicensibus. Vid. §. 53. καὶ γέγραφεν, οὐδὲν ὑπειπὼν ὅπως ἄν τις ἀποκτείνῃ, τὴν τιμωρίαν. §. 67. ἐξουσίαν γέγραφε τῷ Χαριδήμῳ ποιεῖν ὅ τι ἂν βούληται. §. 91. τότ' ἂν προσέγραψε κατὰ τῶν ἀφελομένων τὴν τιμωρίαν. Adde §. 144. Ita ex hac una oratione satis firmata est recepta scriptura. Quamquam frequentius apud Demosthenem post γράφειν et similia, ut orat. in Timocr. 122. p. 738. ἔγραψε τὰς τιμωρίας εἶναι. verbum substantivum addi solet, ut totus haec res, ubi id recte addendum, ubi omittendum sit, accuratiore adhuc indigeat quaestione. Idcirco Reiskium et Im. Bekkerum εἶναι h. l. plane omittere cunctatos esse, uncis appositis, atque Dindorfium eos amovisse arbitror.

§. 220. τὸ τῆς αἰτίας ὄνομα αὐτὸ γράψας. Errat Schaeferus scripturam ὑπογράψας, ex qua αὐτὸ γράψας ortum sit, praeferens, siquidem ὑπογράψας propter vim et usum praepositionis hic nullo modo stare potest. Vide adnotat. ad §. 53. p. 227. s. Αὐτὸ Reiskius recte interpretatur *merum*, *nudum facinoris nomen*, *nulla addita restrictione aut conditione*. — τὸ „καὶ ἀλῷ φόνου. De hoc usu articuli universae enunciationi praepositi vid. Matthiae gram. § 280. Ad exemplum huius loci firmanda erit scriptura optimorum librorum in Midiana 34. p. 525., si ita scripseris: ἅμα γὰρ τῷ Δημοσθένει καὶ ὁ χορηγὸς ὑβρίζετο, τοῦτο δ' ἐστὶ τῆς πόλεως καὶ τὸ „ταύταις ταῖς ἡμέραις", αἷς οὐκ ἐῶσιν οἱ νόμοι. — πάνθ' ὅσα ἐστὶ δίκαια ὑπερβάς. In repetitione participii ὑπερβὰς haesit aliquo modo Reiskius, tametsi ipse deinde sensit, id posse sua vi satis defendi. Enimvero nihil magis cordi erat oratori, quam identidem animis auditorum infigere, Aristocratis psephisma legibus repugnare. Omnino

Digitized by Google

§. 220 non offendebat veterum aures teretes et religiosas, idem vocabulum in eodem enunciato bis ponere; sunt qui idem etiam saepius repetant: de qua re vid. Wunderi adversaria p. 12. et Jahni annotationes ad Aeneid. libr. I. v. 315. — *πάντων παρανομώτατα.* In nonnullis libris *πάντων ἀνθρώπων παραν.*, uti orat. c. Pantaenet. 49. p. 980. in uno Bekkeri codice *δικαιότατ' ἀνθρώπων ἁπάντων* inventum est. Sed superlativis neutrius generis fere aut *πάντων*, ut Olynth. III. 16. p. 32. *πάντων αἴσχιστα πεισόμεθα*, aut solum *ἀνθρώπων* additur, ut orat. I. in Aphob. 18. p. 819. *ἀναισχυντότατ' ἀνθρώπων.* ibid. 26. p. 821. *ὠμότατ' ἀνθρώπων.* de fals. legat. 50. p. 356. *εὐφημότατ' ἀνθρώπων.* Apud Isocratem orat. de pace 97. p. 179. *Χίων δὲ προθυμότατα πάντων τῶν συμμάχων τῷ ναυτικῷ συγκινδυνευσάντων.* non coniungenda sunt *πάντων τῶν συμμάχων*, sed *πάντων* est neutrum: *am allerbereitwilligsten unter den Bundesgenossen.* Apponunt etiam *ἐν ἀνθρώποις*, ut Demosth. orat. c. Nicostrat. 2. p. 1246. *τῶν ἐν ἀνθρώποις ἁπάντων ἡγησάμενος δεινότατον εἶναι ἀδικεῖσθαι μὲν αὐτός*, quod Heindorfius ad Plat. Lys. p. 211. E. confert cum nostro: *in der Welt.* Vid. Schaeferi apparat. critic. II. p. 468. IV. p. 405. p. 646. Astii adnotat. ad Plat. legg. p. 24. Schneideri ad Plat. polit. p. 58. et Sauppii not. ad Xenophont. de rep. Lacedaem. c. X, 8. p. 57.

Digitized by Google

Scripturae discrepantia, quae et in Turicensi et in Voemeliana editione invenitur.

§. 1. εἴπερ ἄρ' ὀρθῶς in Turicensi et Voemeliana.

§. 3. δικαίαν καὶ βέβαιον Voemelius.

§. 4. ἄν τις καὶ ἡμῶν in Turicensi et Voemeliana est, τι post τίς omisso.
οἰήσεται δέ, ἐὰν, apud Turicenses et Voemelium nulla elisione.

§. 6. ἐγὼ δὲ ἄν περ, Turic. et Voemelius, nullo post δὲ commate posito.

§. 7. ἐάν τι πάθῃ pro ἄν τι π. Turicenses et Voemelius.
νυνὶ δ' ἕτερον, in Turicensi et Voemeliana.

§. 8. τοῦτο καὶ τὸ ἀδίκημα in Turicensi est, Voemelius τἀδίκημα.
τοῦτο, τελευτήσαντος Κότνος, editt. Turicenses, non τοῦτο, τὸ τελευτησ. sqq.

§. 9. κεχωρισμένον, editio Turicensis et Voemeliana.

§. 11. ἡσυχίαν ἔχειν, omisso μὲν, in Turic. et Voemeliana.
ἐάν τις αὐτὸν ἀποκτείνῃ, non ἄν τις etc. Voemelius.
βουλεύσασθαι Voemelius habet, Turicens. βουλεύσεσθαι.
αὐτοῖς pro — αὐτοῖς editores Turicenses.
ἐκβάλλειν, Voemelius, Turicenses ἐκβαλεῖν.

§. 13. τόν τε Κερσοβλέπτην καὶ τὸν — Voemelius.

§. 14. ἵνα εἰ Turicensis, ἵνα, εἰ Voemeliana editio.

§. 15. ἄνθρωποι in Turicensi et Voemeliana.
ὑφ' αὐτὸν ποιήσεται Turicens. et Voemeliana.
ἐφ' αὐτοὺς, Turicens. et Voemel.

§. 16. ἕνεκ' ἐρρήθη, Turicensis et Voemeliana.

